VERS. 8, 9. *Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis. Scripsissem fortasse Ecclesiæ; sed is qui amat primatum gerere in eis,*

Variæ lectiones et notæ.

(1) Vocem με τζοτέραν si quis rigorose vertere Latine vellet, diceret *majoriorem*: quæ vox non minus abhorret a genio linguæ Latinæ quam illa a proprietate linguæ Græcæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Diotrephes non recipit nos. Hic ἀπολαμβάνειν, *accipere*, est pro ἀναλαμβάνειν, id est, *suscipere*, sicut illud [1]: *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam.* Instruit vero nos per hæc, non exspectandos egenos, quousque ad nos venerint, sed in occursum illis prodeundum, et etiam insequendos esse, quemadmodum Abraham faciebat et Lot.

A αὐτῶν Διοτρεφῆς, οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς. — Ἀπολαμβάνειν, ἀντὶ τοῦ, ἀναλαμβάνειν, ὑποδέχεσθαι ὡς καὶ τό, Ὑπέλαβόν με ὡσεὶ λέων ἕτοιμος εἰς θήραν. Παιδεύει διὰ τούτου ἡμᾶς, μὴ ἀναμένειν τοὺς δεομένους, πότε πρὸς ἡμᾶς ἥξουσιν, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιτρέχειν καὶ καταλαμβάνειν, ὡς ὁ Ἀβραὰμ καὶ ὁ Λώτ.

Vers. 10. *Propter hoc si venero, commonebo ejus opera quæ facit.* Si præceptum est, non reddendum malum pro malo; quo modo nunc iste talia comminatur? Respondeo præceptum esse, ei qui in nos peccaverit nullum malum pro malo reddendum [2]. At si ita peccatur in nos, ut etiam fidei afferatur impedimentum, huic profecto malum reddendum : ut fecit Paulus Elimæ, qui vias Domini rectas subvertebat [3].

Διὰ τοῦτο ἐὰν ἔλθω, ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ. Εἰ προστέταται, [μὴ] ἀντιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, πῶς οὗτος τὰ νῦν ἀπειλεῖ ταῦτα; Φαμὲν οὖν, ὡς ἐκεῖνος μὲν τὸ μὴ ἀντιδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, τὸ [*f.* τῷ] εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς ἁμαρτάνοντι, ἔστιν ἐντολή· ἐπεὶ εἰ ἡ πρὸς ἡμᾶς ἁμαρτία, καὶ εἰς τὴν πίστιν ἐμπόδιον φέρει, ἀνταποδοτέον τῷ τοιούτῳ, ὡς καὶ Παῦλος τῷ Ἐλύμᾳ, τὰς ὁδοὺς Κυρίου διαστρέφοντι.

Verbis malignis garriens in nos et quasi non ei ista sufficiant, neque ipse sustinet fratres, et eos qui suscipiunt, prohibet, et de Ecclesia ejicit. Glitriens : nempe convitians, maledicens, insectans.

Λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς, καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφούς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλει. Οἱονεὶ λοιδορῶν, κακολογῶν, διασύρων.

Vers. 11. *Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est : qui male facit, non vidit Deum.* Cum nulla sit societas lucis ad tenebras, neque consentit Christi ad Belial [4], non oportet eum, qui cognitione Christi illuminatus est, tenebris per imitationem impiorum et petulantia ipsorum opera commisceri. Quemadmodum enim, inquit, qui bene operatur, ex Deo est, et intellectualem oculum habet notitia ipsius perfectum; adeoque totus lux est, et videt veram lucem Deum, et alis videtur tanquam luminare in mundo, ratibnem vitæ continens : ita et qui male operatur, in tenebris ambulat, ac Deum videre, seu quæ Dei sunt, facere non potest, neque aptus aliorum director esse; sed omnibus exosus est et abominabilis, juxta illud : [5] *Iniquitatem odio habui et abominatus sum.*

Ἀγαπητέ, μὴ μιμοῦ τὸ κακόν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. Ὁ ἀγαθοποιῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὁ δὲ κακοποιῶν, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν. Μηδεμιᾶς οὖσης κοινωνίας φωτὶ πρὸς σκότος, μηδὲ συμφωνίας Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ, οὐ χρὴ τὸν ἀπὸ τῆς γνώσεως Χριστοῦ πεφωτισμένον τῷ σκότῳ συμφύρεσθαι διὰ μιμήσεως τῶν ἀσεβούντων, ἤτοι τοῖς ἀσελγέσιν αὐτῶν ἔργοις. Ὡς γὰρ ὁ ἀγαθὰ, φησὶν, ἐργαζόμενος ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ τῷ τῆς γνώσεως αὐτοῦ φωτὶ τὸν νοερὸν αὐτοῦ ὀφθαλμὸν κατηρτισμένος, καὶ διὰ ταῦτα ὅλος τε φῶς ὤν, καὶ ὁρᾷ τὸ ὄντως φῶς τὸν Θεὸν, καὶ ὁρᾶται ὑπὸ τῶν ἄλλων φωστὴρ ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχων· οὕτω καὶ ὁ τὰ κακὰ ἐργαζόμενος, ἐν σκότῳ διαπορευόμενος, οὔτε αὐτὸς ὁρᾷν Θεὸν δύναται, τοῦτ' ἔστι τὰ τοῦ Θεοῦ πράττειν, οὔτε ἄλλοις ὁρᾶσθαι κατευθύνων· ἀλλὰ μισητός ἐστιν ἅπασι καὶ ἐβδελυγμένος, κατὰ τὸ, Ἀφαρτωλὸν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην.

Vers. 12-14. *Demetrio testimonium redditur ab omnibus, et ab ipsa veritate, sed et nos testimonium perhibemus : et nosti quoniam testimonium nostrum verum est. Multa habui tibi scribere, sed nolui per atramentum et calamum. Spero autem protinus te videre, et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Salutа amicos nominatim.* Ab omnibus, illis scilicet qui veritatem servant : et ab ipsa veritate quæ efficax verbum est. Sunt enim nonnulli, qui habent quidem testimonium virtutis; sed a verbo inefficaci, hoc est, operibus errante : adeoque illud nullum est. Si quis vero illud, ab omnibus, dictum intelligat cum de fidelibus, tum de infidelibus, juxta vim nominis collectivi *omnis*, is non male sermonem hunc accipit : jubet enim Paulus, ut fideles sine offensione sint [6] *Judæis, et gentilibus, et Ecclesiæ Dei : sicut et ego*, inquit, *per omnia omnibus placeo.*

Finis tertiæ Epistolæ sancti apostoli Joan., vers. 32.

Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὑπ' αὐτῆς ἀληθείας, καὶ ἡμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν, καὶ οἶδας, ὅτι ἡ μαρτυρία ἡμῶν ἀληθής ἐστι. Πολλὰ εἶχον γράψαι σοι, ἀλλ' οὐ θέλω διὰ μέλανος καὶ καλάμου γράψαι σοι. Ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσωμεν [vulg. -σομεν]. Εἰρήνη σοι. Ἀσπάζονταί σε οἱ φίλοι. Ἀσπάζου τοὺς φίλους κατ' ὄνομα. Ἀμήν. Ὑπ' αὐτῶν δηλονότι τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐχόντων, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας τοῦ ἐνεργοῦς λόγου. Εἰσὶ γάρ τινες, οἷς μαρτυρεῖται μὲν ἀρετὴ, κατεψευσμένη δὲ ἐπὶ ἀπράκτῳ λόγῳ. Εἰ δέ τις τὸ ὑπὸ τῶν πιστῶν καὶ τῶν ἀπίστων ἐκλάβοι, διὰ τὸ περιληπτικὸν τοῦ, πᾶς, μορίου, οὐ κακῶς αὐτὸ ὑπολάβοι· ἀπροσκόπους γάρ φησι Παῦλος τοὺς πιστοὺς πᾶσιν εἶναι, καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καθὼς κἀγὼ κατὰ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω.

Τέλος τῆς τρίτης Ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰωάννου, στίχων λβ'.

[1] Psal. xvi, 12. [2] Rom. xii, 17. [3] Act. xiii, 10. [4] II Cor. vi, 14. [5] Psal. cxviii, 3. [6] I Cor. x, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΙΟΥΔΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EXPOSITIO IN EPISTOLAM S. JUDÆ APOSTOLI.

—

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Ταύτην τὴν Ἐπιστολὴν γράφει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Ἡ δὲ πρόφασις αὕτη· Παρεισελθόντων τινῶν, καὶ διδασκόντων ἀδιάφορον εἶναι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀρνουμένων τὸν Χριστόν· ἀνάγκην ἔσχε γράψαι, καὶ ἀσφαλίσασθαι τοὺς ἀδελφούς. Καὶ πρῶτον μὲν παρακαλεῖ αὐτοὺς ἀγωνίζεσθαι καὶ ἐμμένειν ἐν τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς πίστει. Ἔπειτα ἀποκηρύττει τοὺς τοιούτους ὡς πλάνους· καὶ παραγγέλλει μηδεμίαν κοινωνίαν αὐτοὺς ἔχειν πρὸς τοὺς τοιούτους, εἰδότας ὅτι οὐκ ἀρκεῖ τὸ κληθῆναι μόνον, ἐὰν μὴ καὶ ἀξίως περιπατήσωμεν τῆς κλήσεως. Καὶ γὰρ καὶ τὸν πρότερον λαὸν ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου ὁ Κύριος, καὶ μὴ ἐμμείναντα τῇ πίστει ἀπώλεσε. Καὶ ἀγγέλων δὲ μὴ τηρησάντων τὴν ἰδίαν τάξιν οὐκ ἐφείσατο. Δεῖ οὖν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀναχωρεῖν. Καὶ γὰρ καὶ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος οὐχ ὑπήνεγκε τὴν βλασφημίαν τοῦ διαβόλου. Ἔσεσθαι οὖν τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων διδάσκει. Εἶτα παραινεῖ εἰς τὰ ἤθη. Καὶ ἐπευξάμενος αὐτοῖς βεβαιότητα τῆς πίστεως παρὰ τοῦ Κυρίου, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΑΥΤΗΣ.

α'. *Περὶ προσοχῆς τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, διὰ τὴν ἐπανάστασιν τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀσελγῶν ἀνδρῶν.*

β'. *Περὶ μελλούσης αὐτῶν κολάσεως καθ' ὁμοίωσιν τῶν πάλαι ἁμαρτωλῶν τε καὶ πονηρῶν.*

γ'. *Τυλαντισμὸς αὐτῶν ἐπὶ τῇ πλάνῃ, καὶ δυσσεβείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ βλασφημίᾳ, καὶ ἐπιπλάστῳ ὑποκρίσει, τῇ εἰς ἀπάτην δωροδοκίᾳ.*

ARGUMENTUM EPISTOLÆ JUDÆ.

A 445 Epistolam hanc scribit Judas iis qui jam credi-derant. Occasio autem hujusmodi est: Cum insurrexissent quidam docentes peccatum rem indifferentem esse, ac Christum etiam negarent; necesse illi fuit, Epistolam hanc conscribere, qua fratres commoneret et confirmaret. Et prime quidem hortatur illos, ut strenue certent, firmiterque in tradita sibi fide permaneant. Deinde propalat ejusmodi homines, tanquam seductores, præcipitque, ut nullam cum ipsis communionem habeant, scientes, quod satis non sit esse vocatos, si item non ambulent digne Dei vocatione. Nam Deus, licet Hebraicum populum eduxisset ex Ægypto, eum tamen perdidit, quod in fide non permansisset, et angelis, qui ordinem non servaverunt suum, neutiquam pepercit. Oportere igitur ab ejusmodi hominum congressu prorsus discedere: quandoquidem et Michael archangelus non tulit blasphemantem diabolum. Docet itaque non secus ac Sodomorum futuram eorumdem perditionem. Deinde ad mores rite componendos hortatur. Ac demum fidei firmitatem eis a Domino precatus, absolvit Epistolam.

CAPITA EJUSDEM EPISTOLÆ.

1. *De cura habenda pro fide in Christum contra insurrectionem impiorum et impudentium hominum.*

2. *De futura horum punitione ad similitudinem malorum qui olim fuerunt.*

3. *Descriptio calamitatum ipsorum ob seductionem, impietatem, impudicitiam, blasphemiam atque fucatam simulationem liberalitatis ad decipiendum.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

4. *De eorum ad quos scribit, firmitate in fide, et de compassione et benignitate erga proximum propter salutem in sanctitate.*

5. *Precatio pro ipsorum sanctitate et fiducia pura, cum glorificatione Dei.*

δ'. *Περὶ ἀσφαλείας αὐτῶν ἐπὶ τῇ πίστει, συμπαθείας τε καὶ φειδοῦς εἰς τὸν πλησίον ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐν ἁγιασμῷ.*

ε'. *Εὐχὴ ὑπὲρ αὐτῶν εἰς ἁγιασμὸν καὶ παῤῥησίαν καθαρὰν σὺν δοξολογίᾳ Θεοῦ.*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΙΟΥΔΑ.

EPISTOLA
SANCTI JUDÆ APOSTOLI.

446 VERS. 1. *Judas Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, his qui sunt in Deo Patre dilectis.* Satis utique ad gloriæ splendorem huic apostolo fuit, postquam se Christi servum nominavit, gloriari, se esse fratrem Jacob. Hujus enim summa ob eminentiam virtutis apud omnes celebritas eum in tradenda doctrina magis acceptum auditoribus reddebat : cum verisimile non sit, eum qui nativitate et sanguine conjunctus est, moribus et vita alienum esse ; præsertim cum eidem Christo Domino ministrans, servitutis jugum æqualiter cum fratre trahere deprehendatur.

VERS. 1, 2. *Et Christo Jesu conservatis et vocatis. Misericordia vobis, et pax, et charitas adimpleatur.* Dictum Christi Domini : [1] *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum*, verum nunc esse ostendit beatus iste ; cum eos qui Patri dilecti sunt, a Filio conservatos pronuntiet. Ideo etiam eos vocatos dicit : non enim a se ipsis, sed a Patre per hoc quod tracti sunt, habent, ut etiam sint vocati ; optat vero, ut misericordia illis, pax et charitas adimpleatur, Misericordia quidem, quia per viscera misericordiæ Dei [2] vocati, ipsique in servos assumpti sumus. Pax vero ; quia hanc etiam donavit nobis Deus Pater, per Filium suum Jesum Christum nos, qui offenderamus, sibi reconcilians. Charitas demum, quia propter charitatem in nos unigenitum Filium suum tradidit pro nobis in mortem. Hæc igitur, ut illis abundantius donentur, optat : quo convenit cum beato David, dicente : *Prætende misericordiam tuam scientibus te* [3]. His igitur salutaribus exemplis etiam nos excitati, sincera erga congeneres nostros dilectione, dignam **447** eo, qui nos vocavit, vitam ducamus.

[1] Joan. VI, 44. [2] Luc. I, 78. [3] Psal. XXXV, 11.

Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν Θεῷ Πατρὶ ἡγιασμένοις. Ἤρκεσεν αὐτῷ, τῷ παρόντι ἀποστόλῳ, φημὶ, εἰς περιφάνειαν δόξης, μετὰ τὸ δοῦλον ἑαυτὸν ὀνομάσαι Χριστοῦ, καὶ ἀπὸ Ἰακώβου σεμνολογήσασθαι. Τὸ γὰρ τοῦ Ἰακώβου παρὰ πᾶσιν ἐπ' ἀρετῇ ἐξυμνούμενον, εὐπαραδεκτότερον εἰς τὴν διὰ λόγου διδασκαλίαν καθίστησι τοῖς ἀκροαταῖς τοῦτον, εἴπερ ὁ γεννήσεως καὶ αἵματος κοινωνὸς οὐκ ἂν ἀπηλλοτριωμένος ὀφθείη καὶ τρόπων τοῦ, ᾧ κεκοινώνηκε, τῆς συγγενείας· καὶ μάλιστα καὶ ὑφ' ἑνὶ Δεσπότῃ Χριστῷ τελῶν τὸν τῆς δουλείας ζυγὸν, ἰσορρόπως τῷ ὁμαίμονι διορίζεται ἕλκειν.

Καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τετηρημένοις κλητοῖς. Ἔλεος ὑμῖν, καὶ εἰρήνη, καὶ ἀγάπη πληθυνθείη. — Τοῦ Κυρίου εἰρηκότος, *Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με ἐὰν μὴ ὁ Πατήρ μου ἑλκύσῃ αὐτὸν*, δείκνυσι τὸν λόγον ὁ μακάριος οὗτος ἀνὴρ ἐπαληθεύοντα νῦν. Τοὺς γὰρ τῷ Πατρὶ ἀγαπωμένους, τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ τηρῆσθαί φησι. Διὸ καὶ κλητοὺς λέγει· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἔχουσι, διὰ τὸ ἑλκῦσθαι [*f.* εἱλκ.] καὶ τὸ κεκλῆσθαι. Ἔλεον δὲ, καὶ εἰρήνην, καὶ ἀγάπην αὐτοῖς ἐπεύχεται πληθυνθῆναι· ἔλεον μὲν, ὅτι διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἀνεκλήθημέν τε καὶ ἀνελήφθημεν αὐτῷ εἰς ὑπηρέτας· εἰρήνην δὲ, ὅτι καὶ ταύτην ἡμῖν ὁ Θεὸς αὐτὸς καὶ Πατὴρ ἐδωρήσατο, διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοὺς προσκεκρουκότας ἡμᾶς ἑαυτῷ καταλλάξας· ἀγάπην δὲ, ὅτι διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Υἱὸς ἐκδέδοται ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον. Ταῦτα οὖν ὑπερεκπερισσοῦ [βραβευθῆναι] αὐτοῖς εὔχεται, συνῳδὰ τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ φθεγγομένῳ· *Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε.* Καὶ ἐκ τούτων γὰρ τῶν σωτηρίων ὑποδειγμάτων περικροτούμενοι καὶ ἡμεῖς, τῇ πρὸς τὸ συγγενὲς ἀνυποκρίτῳ διαθέσει, ἀξίως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς βιώσωμεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Ἀγαπητοί, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράψειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς ἡμῶν σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν. — Τὴν ὑπόθεσιν τῆς Ἐπιστολῆς διὰ τούτων μηνύει, ὅτι προμηθείᾳ τῆς αὐτῶν σωτηρίας, τοῦ μὴ ἁλῶναι δι' ἁπλότητα τοῖς μιαρωτάτοις αἱρετικοῖς, τοὺς παρόντας ἐκτίθεται λόγους, ὡσπερεὶ στίζων αὐτούς, καὶ διαβήλους ποιῶν τοῖς ἀγνοοῦσι, διὰ τῆς ἐκθέσεως τοῦ ἀσελγοῦς αὐτῶν βίου. Περὶ τούτων καὶ Πέτρος εἴρηκε μὲν, πλατύτερον δὲ οὗτος νῦν. Προγεγραμμένους δὲ αὐτοὺς λέγει, ἐπειδὴ καὶ Πέτρος, καὶ Παῦλος περὶ αὐτῶν εἴρηκεν, ὅτι ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐλεύσονται πλάνοι τοιοῦτοι· καὶ πρὸ τούτων ὁ Χριστὸς αὐτὸς φάσκων· *Πολλοὶ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. Μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.* Χριστιανοὺς γὰρ ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ πολλοὺς ἀπατῶσι. Λέγει δὲ τοὺς ἀπὸ Νικολάου, καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ Σίμωνος τῶν μιαρωτάτων. Οὗτοι γὰρ γαστρίμαργοι ὄντες καὶ ἀκόλαστοι, ὑπεκρίναντο [*f.* -νοντο] τὴν διδασκαλίαν, ἵνα διὰ τῆς παρεισδύσεως τῆς εἰς τὰς οἰκίας, εὕρωσι [καὶ αἰχμαλωτίζωσι] γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις. Τελετὰς γάρ τινας νυκτερινὰς πλασάμενοι, κοίταις καὶ ἀσελγείαις ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι. Τὸ δὲ, *Μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν*, ἀντὶ τοῦ, μεταποιοῦντες, παραχαράττοντες ἀπὸ τῆς σωφροσύνης εἰς ἀσέλγειαν. Ἀφ' οὗ καὶ ἀρνεῖσθαι αὐτοὺς συμβαίνει τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἀρνοῦνται οἱ διὰ τῆς τοῦ βίου ἀκαθαρσίας, τὸν πάσης σωφροσύνης διδάσκαλον, οἱονεί τινι διατόρῳ φωνῇ ἀπότομον ποιούμενοι; *Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;*

Παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον Δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. — Ἐπαγωνίζεσθαι παρακαλεῖ τοὺς ἅπαξ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν Σωτῆρα καταδεξαμένους, καὶ τούτῳ πεπιστευκότας. Δεξάμενοι γὰρ τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον, εἰ λέγοιμεν ἕτερον μὲν εἶναι τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἕτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς Μητρὸς καὶ κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν, πῶς οὐκ ἂν ἀρνηθείημεν τὸν ἕνα Κύριον καὶ Δεσπότην; Εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν. Ὁ γὰρ πρὸ αἰώνων Θεοῦ Λόγος καὶ Θεὸς, εἰς τὴν τῆς θεότητος δόξαν ἀναφοιτῶσαν τὴν σάρκα ἔχων, ἣν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἐξ ἀρχῆς συλλήψεως ἀνέλαβεν, εἷς καὶ αὐτός ἐστιν ἁπάντων Δεσπότης.

Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν. Ἀγγέλους δὲ, τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλ' ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς

A Vers. 3. *Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis.* — Per hæc præsentis Epistolæ argumentum indicat : nempe quod cura, quam de illorum salute gerebat, et timor ne ob nimiam simplicitatem a sceleratissimis caperentur hæreticis, hos sibi exprimeret sermones quibus hæreticos ipsos notare, et expositione impuræ ipsorum vitæ manifestos nescientibus facere volebat. De quibus etiam Petrus locutus est ; at fusius iste. Cæterum eos præscriptos dicit : quia cum Petrus, tum Paulus seductores hujusmodi extremis temporibus venturos prædixerunt. Et ante illos dixerat Christus [a] : *Venient in nomine meo, et multos seducent. Nolite igitur abire post ipsos.* Illi enim Christianos sese appellantes, multos hoc nomine decipient. Loquitur autem de Nicolaitis, Valentinianis et Simonianis : quippe qui, cum essent gulæ et impudicitiæ addicti, Christi doctrinam simulabant, ut sic facilem in domos ingressum nacti, mulierculas peccatis deditas invenirent et captivarent. Quam in rem nocturnos quosdam ritus commenti, cubilibus et impudicitiis operam dabant. Illud autem *transferentes in luxuriam*, positum est pro : transmutantes, et detorquentes a continentia in luxuriam : ex quo etiam consequens erat, ut Dominum nostrum Jesum Christum abnegarent. Et sane, quomodo non abnegarent ii, qui vitæ impuritate, velut alta et sonora voce divinum temperantiæ et continentiæ B Magistrum abs sese repellebant [b] ? *Quæ enim societas luci ad tenebras ?*

Vers. 3, 4. *Deprecans supercertare semel traditæ sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc judicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* — Hortatur, ut ii, qui Dominum nostrum Jesum Christum jam semel receperant eique crediderant, pro ejus fide indesinenter certare pergerent. Quicunque enim Verbum incarnatum recepimus, si dixerimus alium esse eum qui est ante sæcula ex Patre genitus, alterum, qui ex Matre in propria hypostasi natus est ; quo- C modo non abnegabimus solum, seu unum Dominatorem et Dominum ? Unus enim est Dominus per unionem incarnationis, idem ipse qui ante sæcula Verbum Dei, et Deus, unitam habens ad divinitatis gloriam carnem, quam ex sancta Virgine initio conceptionis suæ suscepit : unus et ipse omnium Dominus.

Vers. 5-7. *Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Jesus populum de terra Ægypti salvans, secundo eos qui* 448 *non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit. Sicut Sodoma et Gomorrha,*

[a] Marc. XIII, 6. [b] II Cor. VI, 14.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

et finitimæ civitates simili modo exfornicatæ. Luxuria impurorum Nicolaitarum et Marcionistarum ob oculos posita, addit : *Dominus populum ex Ægypto salvans*, etc., simulque ostendit, eumdem Deum cum Veteris, tum Novi Testamenti auctorem esse : ac non, ut scelesti illi dicebant, alium esse Veteris Testamenti Deum, ultionis cupidum et immitem ; alium Novi, placidum et benignum : unde ait, eos quoque, qui sub novo Fœdere peccant, haudquaquam punitionem evasuros, sicut non evaserunt Hebræi oducti ex Ægypto. Quanquam enim Deus cum ad immensam suam ostendendam virtutem, tum propter jusjurandum, quod ad patres eorum juraverat, eos ab Ægyptiaca tyrannide liberare voluerit : nihilo tamen minus, cum ipsi postea prævaricati essent, eos impunitos non reliquit, sed digna pœna multavit : quin illos quidquam juvaret aut benignitas, qua patres eorum complexus fuerat, aut eximia, quæ in eorum gratiam patraverat, miracula. Quare postquam mare Rubrum transierunt per siccum, iterum deficientes a fide perierunt. Eos etiam qui angelicam erant dignitatem assecuti, cum ex socordia in principatu non permansissent suo ; sed cœleste vitæ institutum summo munere sibi concessum parvipendissent, in judicium, seu in condemnationem magni diei puniendos recondidit : hoc enim hic illud *reservavit*, significat : sicut et cum dicitur [3] : *qui paratus est diabolo et angelis ejus.* Sodomitæ etiam in exemplum proponuntur ignis æterni, qui eos excipiet.

Et abeuntes post carnem alteram factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Illud : *abeuntes*, seu declinantes *post carnem alteram*, perinde est ac fornicantes. Carnem vero alteram masculam appellat naturam : quippe quæ ad congressum generationis causa inepta est. Caro enim ad hujusmodi congressum consentanea feminina est ; juxta illud protoparentis dictum [4] : *Os ex ossibus meis, et caro de carne mea.* Caro autem masculina altera, seu aliena est ab hoc congressu, ut dixi. Quin et in sexu feminino una quidem uni juxta leges juncta sola propria ac domestica caro est, quæ autem est prostituta et publica aliena est et propemodum ad masculinæ carnis impuritatem relicta.

VERS. 8. *Similiter et hi carnem quidem maculant somniantes* (1), *dignitates* (2) *autem spernunt.* Allatis exemplis, quæ præmissa sunt, id quod ex illis consequens est, auditori suo intelligendum reliquit. Quid vero hoc est ? Hæc videlicet illatio : Si igitur in illos, nulla habita prioris eorum sortis ratione, ita animadvertit, anne eos, qui hoc tempore tantopere lasciviunt, eximet ab hac lege

[3] Matth. xxv, 4. [4] Gen. II, 23.

A ἀΐδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα [vulg. Γόμορρα], καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι. Εἰρηκὼς τὴν ἀσέλγειαν τῶν ἀκαθάρτων Νικολαϊτῶν, καὶ Οὐαλεντινιανῶν, καὶ Μαρκιωνιστῶν, ἐπάγει καὶ ταῦτα· Ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, καὶ ἑξῆς· ὁμοῦ μὲν δεικνὺς, ὡς αὐτὸς τῆς Παλαιᾶς Θεός ἐστι καὶ Νέας εἰσηγητής, ἀλλ' οὐχ ὡς οἱ μιαροὶ οὗτοι, ἄλλον μὲν τὸν τῆς Παλαιᾶς φάσκοντες, τιμωρητικὸν καὶ ὠμὸν, ἄλλον δὲ τῆς Νέας, προσηνῆ καὶ φιλάνθρωπον, ἔφορον εἶναι Θεόν· ἅμα δὲ καὶ ὡς οὐδὲ οἱ νῦν ἀτιμώρητοι μείνειαν, ὡς οὐδὲ οἱ ἀπ' Αἰγύπτου. Διὰ μὲν οὖν τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ὁρκωμοσίαν, τοῦ Θεοῦ τῆς Αἰγυπτιακῆς αὐτοὺς ἀπαλλάξαντος βίας, οὐ μέντοι καὶ παρανομήσαντες, ἀτιμώρητοι διαμεμενήκασιν, ἀλλ' ἔδοσαν δίκας ἀξίας, οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελήσαντος τῆς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν τοῦ Θεοῦ εὐμενείας, οὐδὲ τῆς τῶν θαυμάτων διὰ ταύτης ὑπερφυοῦς ἐνεργείας· οἳ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν διὰ ξηρᾶς διελθόντες, ἐκ πίστεως ὕστερον ἀποστήσαντες ἀπώλοντο. Τοὺς δὲ τῆς ἀγγελικῆς ἀξίας λαχόντας τὸ τίμιον, ἐκ ῥᾳθυμίας μὴ ἐμμείναντας τῇ ἑαυτῶν ἀρχῇ, ἀλλ' ἀθετήσαντας τὴν δεδομένην αὐτοῖς δι' ἀγαθότητα δίαιταν ἐπουράνιον, εἰς κρίσιν, ἤτοι εἰς κατάκρισιν ἡμέρας μεγάλης τῇ τιμωρίᾳ τεταμίευκε (τοῦτο γὰρ νῦν τὸ, τετήρηκε, σημαίνει)· καθὸ καὶ ὁ Κύριός φησι· Τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Καὶ δὴ καὶ οἱ Σοδομῖται τεκμήριον τοῦ ὑποδεξομένου αὐτοῖς [*f.* αὐτοὺς] ἀτελευτήτου πυρὸς πρόκεινται.

B

C

Καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι. Τὸ δὲ, Ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, καὶ πορνεύσαντες, ἤτοι ἐκκλίναντες, ὃ τὸ πορνεύειν ἐμφαίνει. Σάρκα δὲ ἑτέραν τὴν ἄῤῥενα φύσιν λέγει, ὡς μὴ πρὸς συνουσίαν γενέσεως συντελοῦσαν. Ἡ γὰρ πρὸς συνουσίαν σὰρξ τοῦ θήλεός ἐστι, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ προπάτορος εἰρημένον· Ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Ἡ δὲ τῶν ἀῤῥένων σὰρξ, ἑτέρα, τῆς συνουσίας, φημί. Πλὴν καὶ ἐπὶ τοῦ θήλεος, ἡ μὲν κατὰ νόμους ἑνὶ μία, ἰδία σὰρξ καὶ οἰκεία· ἡ δὲ ἐκκεχυμένη καὶ δημοσία, ἑτέρα καὶ ἀλλοτρία, καὶ μικρῷ τῆς ἄῤῥενικῆς εἰς μίασμα λειπομένη.

D

Ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι. — Εἰρηκὼς ταῦτα τὰ ὑποδείγματα, ἃ φθάσας παρέθετο, κατέλιπε τὸ τούτοις ἀκόλουθον τῷ ἀκροατῇ ἐννοεῖν. Τί δὲ τοῦτο; Τὸ ἐπενεγκεῖν· Εἰ οὖν τούτοις οὕτως ἀπεχρήσατο, μηδὲν δυσωπηθεὶς τῇ προτέρᾳ αὐτῶν εὐκληρίᾳ· ἆρα τούτους τοὺς νῦν ἀσελγαίνοντας ἐξαιρήσεται, τὸ [*f.* τῷ] τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ δι' ἀνθρώπους

Variæ lectiones et notæ.

(1) Vulg. non habet vocem hanc *somniantes* ; seu, ut alii vertunt, *delusi in somnis.*
(2) Vulg. *majestatem.*

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

εἰ: τὸν κόσμον ἐλθεῖν, καὶ ἀνασχέσθαι ὑπὲρ τούτων ὕβρεως; καὶ παθῶν πειρασθῆναι; Οὐκ ἂν εἴποι τις τοῦτο. Κἂν γὰρ φιλάνθρωπός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ δίκαιος ἀληθείᾳ. Καὶ διὰ μὲν ἀληθῆ δικαιοσύνην τῶν ἡμαρτηκότων οὐκ ἐφείσατο· διὰ δὲ φιλανθρωπίαν πόρνους καὶ τελώνας εἰς τὴν βασιλείαν εἰσήγαγεν. Οὕτω τοῦ ἀκολούθου ὄντος χρήσασθαι, αὐτὸς παρῆκε, καὶ δι' ἃ μὲν προείπομεν, ἢ καὶ ὡς τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ προειρημένου, ὅτι Ἔλεγεν· *Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο*, καὶ ἑξῆς. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Τὸ δὲ, *Σάρκα μὲν μιαίνουσιν ἐνυπνιαζόμενοι*, θαυμάζειν ἄξιον τῆς σεμνότητος τοῦ λόγου. Τὸ γὰρ ἄγαν αἰσχρὸν τῆς πράξεως διὰ τοῦ, *ἐνυπνιαζόμενοι*, περιέστειλεν· ὃ μικρὸν ἡμεῖς καὶ ὅσον προσῆκε παραγυμνώσομεν, καὶ [*f.* ἐκ] τοῦ πεπονημένου τῷ μακαρίῳ Ἐπιφανίῳ τῷ Κύπρου περὶ τούτων, ὃ καὶ *Πανάριον* ἐκάλεσε, τὴν γνῶσιν εἰληφότες. Φησὶ γὰρ οὗτος, τοὺς Βορβορίτας τούτους καὶ μιαροὺς αἰσχρῶς γυναιξὶν ἐπιμιγνυμένους, μὴ τῇ μήτρᾳ τὴν γονὴν καταχεῖν, ἀλλ' ἀτελέστῳ τῇ βδελυρίᾳ, ταῖς ἑαυτῶν ὑπολαβόντες ταύτην χερσὶν, εὐθὺς τῷ στόματι ταύτην προσάγειν μεθ' ὧν συνεφθάρησαν γυναίων, καὶ οὕτως ἀπέρχεσθαι ἀπ' ἀλλήλων τοὺς ἀκαθάρτους, μέγα τι οἰηθέντας ἐπιτετελεκέναι. Τοῦτο τὸ ἀκάθαρτον δρᾶγμα [*f.* δρᾶμα], διὰ τὸ ἀτέλεστον, ἐνυπνίασμα καλεῖ· ἐπεὶ καὶ τοιαῦτα τὰ ἐνυπνιάσματα. Μιαίνοντες τοίνυν διὰ τῆς βορβορώδους ταύτης προσφορᾶς τὴν ἑαυτῶν σάρκα, ἔτι, φησὶ, καὶ κατὰ τῆς θείας φύσεως μαίνονται, τὴν κυριότητα ταύτης ἀθετοῦντες, καὶ τὴν τοῦ παντὸς αὐτῆς δεσποτείαν. Ἡλατύτερον δὲ περὶ τούτων ὁ μακάριος Εἰρηναῖος, ὁ Λουγδούνου ἐπίσκοπος, εἰρηκεν ἐν τῷ *Ἐλέγχῳ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως* ἐπιγραφομένῳ αὐτοῦ βιβλίῳ. Ἄλλως· Πλὴν αὐτῶν ἀσέλγειαν καταμαφτυρεῖ, φάσκων, ὅτι καὶ βίῳ εἰσὶν ἀκάθαρτοι, καὶ γνώσει ἀσελγέστατοι. Κυριότητα δέ φησιν ἀθετεῖν αὐτοὺς, τὴν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τελετήν. Ἀθετοῦσι γάρ, ἐν τέλει μυστηρίων ἀγγελικῶν τὰς ἑαυτῶν ἀσελγείας ἐκτελοῦντες. *Δόξας δὲ βλασφημοῦσιν.*—*Δόξας*, τὰς πολλὰς τῶν ἐγκρίτων ἀνδρῶν ὑπολήψεις εἰσηγητέον, ἃς καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι θέσεις καλοῦσιν, ὁριζόμενοι αὐτὰς παραδόξους ὑπολήψεις, οὐ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν γνωρίμων. Ἐπεὶ οὖν καὶ Μωϋσῆς τῷ ξενίζοντι τοῖς τότε ἐμπολιτευομένοις ἀνθρώποις, καὶ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι ἃ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμπνεόμενοι παρεισῆγον τῷ βίῳ, ἐδόκει δὲ ταῦτα παραδοξολογία διὰ τὸ ἦθος τῶν τότε, εἰς *δόξας*, ἤτοι ὑποκρίσεις, κατωνομάζετο ταῦτα οὐ κατενάρκησε. Πίστις τοῦ λόγου Παῦλος ὁ θεῖος, ὃς ὑπ' Ἀθηναίων εἰς τὸν Ἄρειον ἀναχθεὶς Πάγον, κἀκεῖ τὰ θεῖα διεξελθὼν αὐτοῖς, ἔδοξεν εἰς σπερμολογίαν ἀποτελευτᾷν. Ὡς ὧν ἐκεῖνα σπερμολογία διαβεβλημένως ὠνομάζοντο, οὕτω καὶ τὰ προειρημένα ὠνόμαζον δόξας. Διὸ καὶ ὡς συνήθει καὶ γνωρίμῳ πᾶσιν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐχρήσατο *δόξαις*, εἰπὼν τοὺς θεοδωρήτους

[7] Matth. II, 1, 32. [8] II Petr. II, 4.

A eo quod Filius Dei propter homines in hunc mundum venerit, ut pro ipsis injurias et passiones toleraret? Nemo hoc dixerit : quanquam misericors sit, vere etiam justus est. Et quidem quia vere justus, peccantibus non pepercit : et quia misericors, [7] meretrices et publicanos in regnum cœlorum introduxit. Hanc illationem quæ sponte fluebat, sacer auctor prætermisit, seu ob ea quæ jam diximus, seu beati Petri imitatus loquendi modum, quo dixit [8] : *Si angelis peccantibus non pepercit*. Et de his quidem ita.

In eo autem quod ait : *Carnem quidem maculant somniantes*, admiratione digna est locutionis honestas et verecundia : nam summam operis turpitudinem per illud *somniantes* pudoris causa obscure tantummodo indicavit : quam nos ex libro Epiphanii Cyprii, quem *Panarium* inscripsit, quantum quidem decet, paulo fusius explicabimus. Ait ille, sceleratos istos Borboritas, cum mulieribus turpiter commisceerentur, solitos fuisse, non in vulvam semen effundere, sed incompleto abominabili actu, illud propriis sumptum manibus in os mulierum quibuscum se corruperant, immittere : sicque impurissimi magnum quid se fecisse rati, ab invicem discedebant. Hujusmodi nefandum opus, quia complemento sui generis carebat, somnium vocat, ob quamdam cum somniis rationem imperfectionis similitudinem. Inquinantes igitur per fœculentam hanc oblationem carnem suam, ulterius progrediuntur : nam etiam contra divinam naturam insaniunt, dominationem ejus, seu dominium, quod in universum hoc habet, spernentes. Latius vero de his rebus agit. Irenæus Lugdunensis episcopus in libro quem inscripsit : *Confutatio falsi nominis scientiæ*. Aliter : Eorum luxuriam ob oculos ponit, dicens eos esse vita quidem impuros, mente vero impudentissimos. Dominationem autem ait ipsos spernere, nempe mysterii Christi celebrationem : quandoquidem angelicorum mysteriorum loco impudicitias suas illi exercebant. *Dignitates autem blasphemant*. Per dignitates hic excellentium virorum intelligendæ sunt propositiones, quas Græcorum probatissimi theses vocant, easque definiunt esse inopinatas propositiones, non quidem vulgarium hominum, sed eorum qui philosophia inclaruere. Quoniam vero cum Moses peregrina multa iis, quæ tunc temporis in usu erant, tum apostolica, quæ Deus inspirabat, in vitam introduxerunt, eorum sermones paradoxici videbantur, quod a moribus illorum temporum **450** abhorrerent, idcirco δόξας, seu opiniones, ea appellare non dubitavit. Argumentum in hanc rem esto divus Paulus, qui ab Atheniensibus doctus in Areopagum, cum ibi de rebus divinis disseruisset, visus est in nugacitatem prolabi. Quemadmodum igitur ea, quæ ab ipsis dicebantur, nugiloquium vocata sunt, ita et prædicta opinationes appellabant. Quare hujusmodi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

voce, ut jam consueta, ut omnibus nota divinus hic vir usus est, loqueus de hominibus a Deo datis et inspiratis. Aliter : Δόξας, seu dignitates, aut glorias Vetus ac Novum Testamentum appellat, sicut et Paulus ait[9] : *Si enim, quod evacuatur, per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria est.* Vel etiam dignitates ecclesiasticas potestates dicit, quas ii blasphemabant : ut colligitur etiam ex Epistola tertia dilecti discipuli, ubi ait Diotrephen verbis malignis garrire in illos. Quandoquidem vero de blasphemia mentionem fecit, non solum illos, sed omnes homines erudiens, ut puras servent ab hujusmodi malo linguas suas, ne quidem contra dignos convitiis hæc adhibenda docet, dicens : *Michael archangelus* etc. Velut si diceret: Isti quidem prompte et impotenter in omnes maledicta conjiciunt : quod adeo abhorret ab æquo, ut etiam eos, qui exsecratione dignissimi sunt, exsecrari non liceat, ut patet ex archangelo Michaele. Is enim disputans de Mosis corpore cum diabolo, cum ob illius impudentiam, eum exsecrari juste posset, non tamen ita fecit, sed tantum dixit : *Increpet tibi Deus.* Si igitur archangelus ita se gessit, profecto, si quæ nobis cum fratre ejusdem nobiscum naturæ, occurrat disceptatio, maledictis prorsus abstinere debemus. Cæterum disceptatio de Mosis corpore ita se habuit. Legimus in Apocryphis libris, archangelum Michaelem Mosi sepulturæ curam suscepisse. Id cum ægre ferret diabolus, objiciebat Mosi velut crimen, Ægyptii necem, contendebatque, hac de causa honore sepulturæ privandum esse. Hoc autem in medium profert hic apostolus, ut non solum doceat neminem ad maledicta facilem esse debere; sed etiam ut ostendat, quid omnibus hominibus post discessum ex hac vita debeatur, ac quod idem sit Veteris ac Novi Testamenti Deus : necnon quod diabolus cum pessimis sociis suis sese animabus nostris corpore solutis opponat, ut felix ipsarum iter, si fieri posset, abrumpat (Et is quidem obsistit : boni autem angeli pro iis pugnant : quemadmodum sanctus Antonius vidit) ista fieri permisit. Ait itaque, a Michaele diabolum quidem repressum fuisse : attamen non cum potestate ab illo increpatum, sed causam illam Deo permissam, adeoque Michaelem dixisse : *Increpet tibi Deus*, o diabole.

451 VERS. 9-11,. *Cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit : Increpet tibi Deus. Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant : quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur. Væ illis, quia in via Cain abierunt, et in errore Balaam mercede effusi sunt, et in contradictione Core perierunt.* Michael quidem, inquit, neque contra hominem, nempe Mosem, pertulit diaboli maledicta. Isti autem contra dogmata quidem, quæ

[9] II Cor. III, 1.

A ἀνθρώπους χρηματισμένους. *Ἄλλο εἰς τὸ αὐτό.*— Δόξας τὴν Παλαιάν φησι καὶ Νέαν Διαθήκην, ὡς καὶ Παῦλός φησι · *Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον ἐν δόξῃ·* ἢ καὶ δόξας τὰς ἐκκλησιαστικὰς φησιν ἀρχάς, ἃς ἐδυσφήμουν· ὡς ἔστι καὶ ἀπὸ τῆς τρίτης Ἐπιστολῆς τοῦ ἠγαπημένου Ἰωάννου μαθεῖν, ἐξ ὧν φησι, τὸν Διοτρεφῆ λόγοις πονηροῖς καταφλυαρεῖν αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ βλασφημίας ἐμνήσθη, σωφρονίζων οὐκ αὐτοὺς μόνους, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀνθρώπους, καθαρὰς ἔχειν τὰς γλώσσας τοῦ τοιούτου κακοῦ, καὶ μηδὲ κατὰ τῶν ἀξίων βλασφημίας τούτῳ κεχρῆσθαι, φησίν · *Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος*, καὶ ἑξῆς. Τί τοῦτο λέγων ; Ὡς οὗτοι μὲν προχείρως καὶ ἀκρατῶς κέχρηνται κατὰ παντὸς τῇ βλασφημίᾳ. Οὐ
B χρὴ δὲ τοῦτο, ὅπου γε οὐδὲ τοὺς ἀξίους βλασφημίας δίκαιον βλασφημεῖν · ὡς δῆλον ἀπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. Παρὼν [*f.* παρὸν] γὰρ αὐτῷ, κρινομένῳ μετὰ τοῦ διαβόλου περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος, βλασφημῆσαι τὸν διάβολον διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ, τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, εἰ μὴ τὸ, *Ἐπιτιμήσαι σοι μόνον ὁ Θεὸς, διάβολε*, χρησάμενος, ἐπήνεγκεν αὐτῷ. Ἄλλως· Εἰ γὰρ ὁ ἀρχάγγελος οὕτως, ἐκ [*f.* οὐκ] ἐν δίκῃ ἀνδρὸς ἀδελφοῦ καὶ ὁμογενοῦς βλασφημίαν συμπλέκοιμεν. Ἡ δὲ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος κρίσις ἔστιν αὕτη · Λέγεται ἐν ἀποκρύφοις, Μιχαὴλ τὸν
C ἀρχάγγελον τῇ τοῦ Μωϋσέως ταφῇ δεδιηκονηκέναι · τοῦ διαβόλου τοῦτο μὴ καταδεχομένου, ἀλλ' ἐπιφέροντος ἔγκλημα αὐτῷ διὰ τὸν τοῦ Αἰγυπτίου φόνον, ὡς διὰ τούτου ἔνοχος [*f.* ἐνόχου] ὄντος Μωϋσέως, καὶ μὴ συγχωρεῖσθαι τυχεῖν ταφῆς. Τοῦτο δὲ προφέρει ὁ παρὼν ἀπόστολος, οὐ μόνον παιδεύων μὴ προχείρους εἶναι πρὸς βλασφημίαν, ἀλλὰ καὶ διὰ τούτου τὸ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐποφειλόμενον λογοθέσιον μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἔξοδον παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ ὅτι αὐτὸς ὁ Παλαιὰς καὶ Καινῆς Διαθήκης Θεὸς, καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν ταῖς ἡμετέραις
D ψυχαῖς ἀντίκειται ὁ διάβολος μετὰ τῶν ἑαυτοῦ πονηρῶν δαιμόνων, ἐκκόψαι βουλόμενος τὴν ἀγαθὴν πορείαν αὐτῶν. Καὶ ὁ μὲν ἀνθίσταται · οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἄγγελοι συμμαχοῦσιν αὐταῖς, ὡς ὁ μακάριος Ἀντώνιος τεθέαται. Ταῦτα τότε πραχθῆναι συνεχώρει · πλὴν τὸν Μιχαὴλ τότε τὸν διάβολον ἀποσοβῆσαι μὲν, μὴ μέντοι ἐξουσιαστικῶς ἐπιτιμῆσαι, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ τῶν ὅλων παραχωρῆσαί φησι τὴν κρίσιν, καὶ εἰπεῖν · *Ἐπιτιμήσαι σοι ὁ Θεός, διάβολε.*

Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ ἀναχρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν · Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος. Οὗτοι δὲ ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι βλασφημοῦσιν, ὅσα δὲ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται. Οὐαὶ αὐτοῖς ! ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο.—Ὁ μὲν Μιχαὴλ, φησὶν, οὕτως οὐδὲ κατὰ ἀνδρὸς, ἤτοι τοῦ Μωϋσέως, ἠνέσχετο τῶν

τοῦ διαβόλου βλασφημιῶν· οὗτοι δὲ περὶ μὲν δογμάτων, ἃ οὐκ οἴδασι, βλασφήμους συντιθέασι λόγους· ὅσα δὲ φυσικῇ ὁρμῇ ἀδιακρίτως ὡς τὰ ἄλογα ἐπίστανται ζῶα, ταῦτα μεταδιώκουσιν, ὡς ἵπποι θηλυμανεῖς. Οὐαὶ αὐτοῖς! τῇ ὁδῷ γὰρ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν διὰ τῆς ἀδελφοκτονίας, ὅτι καὶ αὐτοὶ τοιαῦτα διδάσκοντες τοὺς ἀδελφοὺς, ἤτοι τοὺς ὁμογενεῖς ἀνθρώπους, ἀποκτείνουσιν αὐτοὺς ταῖς πονηραῖς αὐτῶν διδασκαλίαις· ἢ καὶ σπερμοφαγοῦντες, τοὺς δυνάμει ἀποκτείνουσιν ἀδελφοὺς, οὓς ἡ τοῦ σπέρματος τελεσφορία ἤνεγκεν ἂν εἰς βίον. Τῇ δὲ τοῦ Βαλαὰμ ὁδῷ, ὅτι κέρδους χάριν καὶ αὐτοὶ, ὡς ἐκεῖνος, ταῦτα πράσσουσι. Τῇ δὲ τοῦ Κορὲ, ὅτι καὶ οὗτοι, ὡς ἐκεῖνος, διδασκαλικὸν ἀξίωμα, ἀνάξιοι ὄντες, ἥρπασαν.

Οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, σπιλάδες, συνευωχούμενοι.—Ἦσαν ἔτι κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γινόμεναι τράπεζαι, ὡς καὶ Παῦλός φησιν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους· ἃς καὶ ἀγάπας ἐκάλουν. Ἐν ταύταις, φησὶ, συνέρχονται, οὐ διὰ χρείαν τὴν ἐν ταύταις γινομένην, ἀλλ' ἵνα καιρὸν εὕρωσι, ψυχὰς ἀστηρίκτους δελεάζειν, ὡς καὶ Πέτρος φησὶν ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ. Σπιλάσι δὲ αὐτοὺς ἀπεικάζει, καὶ ἀνύδροις νεφέλαις, καὶ δένδροις φθινοπωρινοῖς, καὶ ἄστροις πλανήταις. Ἃ γὰρ ἐκείνοις ὑπάρχει κατὰ φύσιν, ταῦτα τούτοις κατὰ προαίρεσιν. Αἵ τε γὰρ σπιλάδες τοῖς πλέουσιν ὀλέθριοι, ἀπροσδοκήτως ἐπιγινόμεναι, ὡς καὶ αὐτοὶ τοῖς συνδείπνοις ἀνέλπιστον κακὸν ἐπιφύονται. Ὡς τε νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων ἐλαυνόμεναι, οἷς ἂν τόποις ἐπενεχθῶσιν, οὐκ ἀναψύχουσι τῷ ὄμβρῳ (οὐ γὰρ ἔχουσιν), ἀλλὰ ζόφον αὐτοῖς ἀπεργάζονται· ὡσαύτως καὶ οὗτοι, οὐ λόγῳ σωτηριώδει τὰς ψυχὰς ἄρδουσι τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλὰ ζοφοῦσι ταῖς μιαρωτάταις αὐτῶν εἰσηγήσεσιν, ἐλαυνόμενοι τοῖς τῶν δαιμόνων πονηροῖς ἐπιτηδεύμασιν. Ἀλλὰ καὶ τὰ φθινοπωρινὰ δένδρα δὶς ἀποθνήσκοντα, ἔν τε τῇ τοῦ καρποῦ ἀποβολῇ, καὶ τῶν φύλλων ἀπορροῇ (ξηρὰ γὰρ τότε δοκεῖ, τοῦ κάλλους αὐτῶν ἐστερημένα, τῆς ἀπὸ τοῦ καρποῦ ἀγλαΐας, καὶ τῆς τῶν φύλλων ἀνθηρᾶς εὐπρεπείας), αὐτοῖς τι κατάλληλον πάσχει. Δὶς γὰρ καὶ οὗτοι ἀποθνήσκουσι, τὸν ἑαυτῶν καρπὸν ἀποβαλλόμενοι διὰ τῆς σπερμοφαγίας, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐμφρονος πολιτείας εὐκοσμίαν ἀφαιρούμενοι. Διὸ καὶ ἐκριζοῦνται ἀπὸ τοῦ παραδείσου τοῦ Κυρίου τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἔξω ῥιπτοῦνται τῷ αἰωνίῳ πυρὶ συλλεγόμενοι. Ποίαν γὰρ ἕξει οὗτος ῥίζωσιν, ὁ διὰ τοῦ βίου αἰσχρότητα ὑπὸ πάντων βδελυσσόμενος; Ἀστέρες δὲ πλανῆται χρηματίζουσι καὶ αὐτοὶ, οὐχ ὅτι τῷ τῆς πίστεως ἡμῶν στερεώματι μεταπρέποντες, τὸν τῆς δικαιοσύνης Ἥλιον Χριστὸν ἔχουσι δι' αὐτῶν διερχόμενον, καὶ τὰς τῶν ἀρετῶν ὥρας ἀποτελοῦντα, καὶ ζωογονοῦντα τοὺς κατὰ ταύτας πιστοὺς, ἀλλ' ὅτι δοκοῦντες εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματίζεσθαι, ὡς ὁ προκατάρχων αὐτῶν πονηρὸς δαίμων, ἀπεναντίας μόνον τῶν τοῦ Κυρίου φέρονται δογμάτων· οἳ καὶ ζοφοῦσι τοὺς προσπελάζοντας, καὶ ζόφον τὸν αἰώνιον ἑαυτοῖς ἐκπορίζονται. Ἀλλὰ καὶ κύμασιν ἀγρίοις ἀπεικα-

A ignorant, maledicos emittunt sermones: quæcunque autem naturali instinctu absque ratione, sicut irrationalia animalia, norunt, ea prosequuntur, equorum instar, cum in femellas amore insaniunt. Væ illis, quoniam via Cain abierunt: ejus scilicet fratricidium imitantur. Siquidem et isti perversis doctrinis suis fratres, seu ejusdem cum ipsis naturæ homines, interficiunt: vel etiam semen devorantes, eos qui potentia fratres sunt, quos scilicet seminis fructificatio educeret in vitam, e medio tollunt. Via autem Balaam: quia lucri causa etiam isti illius instar, hæc faciunt. In contradictione demum Core: quoniam sicut ille, eximium docendi munus quantumvis indigni, arripiunt.

B Vers. 12. *Hi sunt inter charitates vestras petræ maris, convivantes.* Usus obtinebat etiam eo tempore mensas in ecclesiis instruendi, de quibus Paulus loquitur in Epistola ad Corinthios: quas agapas, seu charitates, vel dilectiones appellabant. Has, inquit, isti non ad eum finem, ob quas institutæ sunt, frequentant, sed ut occasionem arripiant animas minus firmas inescandi, quemadmodum etiam Petrus inquit in secunda Epistola sua. Assimilat autem eos petris in mari latentibus, nubibus sine aqua, arboribus autumnalibus et sideribus errantibus: quæ enim illis naturaliter accidunt, eadem isti sibi libere asciscunt. Nam sicut petræ navigantibus inopinate occurrentes exitium illis afferre solent: ita isti convivantibus C adhærentes inespectati mali sunt causa. Et sicut: nubes sine aqua a ventis circumlatæ, loca ad quæ appelluntur, non imbre refrigerant (non enim habent,) sed tenebris obducunt; ita et isti animas eorum, qui in eos incidunt, haudquaquam salutaribus irrigant verbis, sed scelestissimis documentis obtenebrant. Sicut enim arbores autumnales bis mortuæ censeri possunt, nempe et fructuum depositione, et foliorum defluxu; eæque aridæ videntur, quod et fructuum splendore, et foliorum ornatu careant: ita et hi bis mortui sunt; nempe et quod fructu propter boni seminis consumptionem careant, et quod congruæ sapientisque conversationis **452** ornamentum nullum habeant. Quapropter eradicantur e paradiso Domini, nempe ex- D tra Ecclesiam projecti, æterno igni reservantur. Qualemnam enim radicem is, qui ob vitæ turpitudinem in omnium abominatione est, habere potest? Sidera quoque errantia ipsi dicuntur: non quod in fidei nostræ firmamento præfulgentes, solem justitiæ per se decurrentem habeant, aut virtutum perficiant horas, vel fideles eisdem deditos vivificent: sed quia in angelum lucis apparenter transformati, quemadmodum coryphæus ipsorum pessimus dæmon, dogmata Domino contraria effundunt: quibus et ad se accedentes obtenebrant, et sibimet ipsis æternam caliginem administrant. Fluctibus vero feri maris recte assimilantur; quod eorum satis referant similitudinem: nam insane

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et impotenter blasphemiis contra Deum ab nequitiæ spiritibus jactantur, adeoque despumant confusiones suas, id est, velut spuma evanescunt simul cum fastu blasphemiæ, ob instabilem vitam, fluxamque ipsorum turpitudinem. Ita enim se habet et fluctuum spuma, cui illi comparati sunt.

A σθέντες, τὴν πρὸς αὐτὰ ὁμοιότητα οὐκ ἀναίνονται. Μανικῶς γὰρ καὶ αὐτοὶ καὶ ἀκατασχέτως ταῖς κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίαις ἐλαυνόμενοι ὑπὸ τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων, ἐπαφρίζουσι τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, εἰς ἄφρον ἀποτελευτῶντες μετὰ τοῦ κόσμου τῆς βλασφημίας, ἐκ τῆς τοῦ βίου αὐτῶν ἀνυποστάτου καὶ εὐδιαλύτου αἰσχρότητος. Τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ πρὸς ἓν παρεικάσθησαν ἀφρὸς τῶν κυμάτων.

Vers. 12, 13. *Sine timore seipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, bis mortuæ, eradicatæ. Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia : quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* Illud, *sine timore*, vel cum illo, *petræ maris*, connectendum, ut istiusmodi sit sensus : Petræ maris sine timore convivantes, hoc est, nullum timorem convivis habentibus repente velut petræ maris, occurrentes, animabus ipsorum exitium inferunt. Vel connectendum cum illo : *seipsos pascentes* ; unde talis exsculpatur sensus : Sine timore seipsos pascentes, seu non paventes ex eo quod pascere non sciant, imminens judicium, cæci cæcos ducunt, et in foveam [10], juxta Domini effatum, simul cum iis quos pascunt, cadunt.

Ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες · νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι [vulg. περιφ] · δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα καὶ ἐκριζωθέντα · κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας · ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται.—Τὸ, Ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, ἤτοι B πρὸς τὸ, σπιλάδες, συντακτέον · ἵνα ᾖ τὸ νόημα οὕτω · Σπιλάδες ἀφόβως συνευωχούμενοι, τοῦτ' ἔστι μηδένα φόβον τοῖς συνδείπνοις προσδοκῶσιν, ἐξαίφνης ὥσπερ σπιλάδες ἐπάγοντες τὸν ὄλεθρον αὐτοῖς τῶν ψυχῶν · ἢ πρὸς τὸ, ποιμαίνοντες, τὸ, ἀφόβως ἑαυτούς, συντάττοντες, τοιοῦτον εὑρήσομεν νόημα · Ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, οὐ διδιότες τὸ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐπίστασθαι ποιμαίνειν κρῖμα, τυφλοὶ τυφλοὺς ὁδηγοῦντες, καὶ εἰς βόθυνον, τὸ τοῦ Κυρίου ἐρεῖν, μετὰ τῶν ποιμαινομένων ἐμπίπτοντες.

Vers. 14-18. *Prophetavit autem et de his septimus ab Adam, Enoch, dicens : Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere judicium contra omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie, egerunt, et de omnibus duris quæ locuti sunt contra Deum peccatores impii. Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, et os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causa. Vos autem, charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Jesu Christi. Qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum* **453** *desideria sua ambulantes in impietatibus.* Dictis quæ præmisimus, profert etiam Enochum, qui de præparata ipsis a Deo in extremo judicio pœna prophetavit. Impius autem a peccatore differt, quod impius immediate delinquat in Deum, peccator autem circa ea quæ aguntur in vita, a Justitiæ scopo recedit. Deinde absoluta impiorum comparatione, ad ipsos exacte manifestandos procedit, murmuratores et querulosos illos appellans. Est autem murmurator, qui intra dentes et subobscure, quod non placet reprehendit et damnat. Querulosus autem qui omnia cavillari ac dicteriis impetere solet. Sunt autem isti, inquit, murmuratores et querulosi : quia doctrina sua, propter ejus foeditatem, libere uti non audent ; neque enim periculo vacat impietatem cum luxuria, et blasphemia junctam publicare. Querulosi autem, quippe qui cuncta aliorum et veritatem ipsam calumniantur, ut exinde nequitiam lasciviasque suas stabiliant. Quod autem supra dixerat de Balaam, quoniam

Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδάμ, Ἐνὼχ, λέγων · Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ, ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐλέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. Οὗτοί εἰσι γογγυσταὶ, μεμψίμοιροι, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, καὶ τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα, θαυμάζοντες πρόσωπα, ὠφελείας χάριν. Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ · ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι Ἐπ' ἐσχάτου τοῦ χρόνου [vulg. ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ] ἔσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. — Εἰρηκὼς τὰ προεφθεγμένα ἡμῖν, ἐπιφέρει καὶ τὸν Ἐνὼχ, τὴν ἀποκειμένην αὐτοῖς προφητεύοντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κάκωσιν ἐν τοῖς ἐσχάτοις [*f. add.* τῆς] τοῦ Κυρίου δηλονότι δικαιοκρισίας. Ἀσεβὴς δὲ, ἁμαρτωλοῦ διαφέρει · καθὸ ὁ μὲν ἀσεβὴς περὶ Θεὸν ἔχει τὸ πλημμελές · ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς, περὶ τὰ κατὰ τὸν βίον πραττόμενα, τοῦ τῆς δικαιοσύνης σκοποῦ, ἔστιν ἀστόχημα. Μετὰ ταῦτα ἀφέμενος τοῦ τῶν ἀσεβῶν ὁμοιώματος, ἤδη δὲ καὶ εἰς αὐτόχρημα χωρεῖ τῆς κατ' αὐτῶν ἐνδείξεως, γογγυστὰς αὐτοὺς καὶ μεμψιμοίρους καλῶν. Ἔστι δὲ γογγυστὴς μὲν ὁ ὑπ' ὀδόντα καὶ ἀπαρρησιάστως τῷ δυσαρέστῳ ἐπιμεμφόμενος · μεμψίμοιρος δὲ, ὁ πάντα καὶ ἀεὶ σκώπτειν ἐπιτηδεύων. Γογγυσταὶ δὲ καὶ μεμψίμοιροι οὗτοί εἰσιν οἱ μιαροὶ, φησίν. Οὐ γὰρ ἔχουσι παῤῥησίαν τῇ διδασκαλίᾳ αὐτῶν δι' αἰσχρότητα χρήσασθαι. Οὐ γὰρ

[10] Matth. xv, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJFR

ἀκίνδυνον δημοσιεύειν τὴν μετὰ ἀσελγείας καὶ βλασφημίας αὐτῶν ἀσέβειαν. Μεμψίμοιροι δὲ, ὡς τὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ τῆς ἀληθείας διαβάλλοντες, ἵνα τὰ οἰκεῖα κακὰ αὐτῶν καὶ ἀσελγήματα δῆθεν στήσωσιν. Ὅπερ δὲ περὶ τοῦ Βαλαὰμ εἴρηκεν, ὅτι μισθῷ καὶ οὗτοι ὡς ἐκεῖνος ἐξεχύθησαν, νῦν σαφέστερόν φησιν, ὅτι πρόσωπα θαυμάζουσιν ὠφελείας χάριν· θαυμάζειν μὲν, τὸ κολακικῶς αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς ἐν τέλει λέγων· ὠφέλειαν δὲ, τὸ κέρδος.

A mercede etiam isti, quemadmodum ille, effusi sunt, nunc clarius explicat his verbis: Mirantur personas quæstus causa. Mirari est adulatorie se habere erga principes; quæstus vero est lucrum.

Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες ψυχικοί, Πνεῦμα μὴ ἔχοντες. Ἰδοὺ καὶ ἕτερον ἔγκλημα τῶν μιαρωτάτων τούτων ἀνθρώπων. Οὐ γὰρ αὐτοὶ μόνοι, φησὶν, ἀπόλλυνται, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας συλῶσαι τροφίμους (τοῦτο γὰρ τὸ, *ἀποδιορίζοντες*, σημαίνει), τοῦτ' ἔστιν ἔξω τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὅρων ποιοῦντες, ἤτοι τῶν τῆς πίστεως, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σκηνώματος. Σπήλαια ληστῶν γὰρ τὰς ἑαυτῶν συναγωγὰς ἀποδείξαντες, ἀπὸ μὲν τῆς Ἐκκλησίας ἀπάγουσιν, ἑαυτοὺς δὲ προσάγουσι. Ποιοῦσι δὲ τοῦτο, ψυχικοὶ ἄνθρωποι ὄντες, τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν τοῦ κόσμου συμπεριφορὰν ζῶντες. Εἴπομεν γὰρ ἤδη ὅτι ψυχὴν πολλάκις καὶ τὴν ζωὴν ἡ θεία Γραφὴ καλεῖν εἴωθεν, ὡς ἐν Ἰώβ· *Πάντα ὅσα ἔχει ἄνθρωπος δώσει ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ*, ἤγουν τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Καὶ Παῦλος δέ φησι ψυχικοὺς ἀνθρώπους ὄντας μὴ δύνασθαι δέχεσθαι τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ. Ψυχικοὶ τοίνυν ὄντες, καὶ ψυχικῇ χρῶνται διδασκαλίᾳ, περὶ ἧς εἴρηται· *Οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία* ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων *καταβαίνουσα, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονιώδης*, Πνεῦμα μὴ ἔχουσα θεῖον λαλοῦν.

B

Vers. 19. *Hi sunt qui segregant semetipsos animales Spiritum non habentes.* En aliud crimen scelestissimorum horum hominum. Non enim ii soli, inquit, pereunt, sed etiam Ecclesiæ alumnos deprædantur, (hoc enim hic significat *segregare*), hoc est, extra terminos ecclesiasticos, sive fidei, sive etiam ipsius ecclesiastici tabernaculi eos esse faciunt. Speluncas enim latronum congregationes suas reddentes, ab Ecclesia quidem abducere, ad se autem attrahere nituntur. Hoc autem faciunt, quia sunt animales homines, hoc est, mundanis moribus viventes. Jam enim diximus, vitam in sacra Scriptura non raro animam vocari, ut in Job: [11] Cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua, nempe pro vita sua. Paulus autem ait [12] animales homines non posse percipere ea, quæ Spiritus Dei sunt. Cum igitur, inquit, animales isti sint, etiam animali utuntur doctrina, de qua dictum est[13]: *Non enim est ista sapientia* a Patre luminum *descendens, sed terrena, animalis, diabolica*, Spiritum non habens Dei loquentem.

C

Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι ἑαυτοὺς, ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι· οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες. Οἱ μὲν ψυχικοὶ, φησὶν, οὕτω, καθὼς ἐξεθέμεθα. Ὑμεῖς δὲ, Πνεύματι ἁγίῳ καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες, ἤτοι ἀνακτώμενοι ἑαυτοὺς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλίαν, τὰς ἑαυτῶν ἀθροίσεις ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν ποιούμενοι, καὶ ἑαυτοὺς [ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε, τοῦτ' ἔστιν, ἑαυτοὺς] διαφυλάττετε, τὸν ἀπὸ τοῦ Κυρίου προσδεχόμενοι ἔλεον, τὸν εἰς τὴν ἐσχάτην ἡμέραν τῆς αἰωνίου ζωῆς βραβευόμενον ὑμῖν. Κἀκείνους δὲ, εἰ μὲν ἀποδίστανται ὑμῶν (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ διακρίνεσθαι), ἐλέγχετε, τοῦτ' ἔστι φανεροῦτε τοῖς πᾶσι τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν· εἴτε δὲ πρὸς ἴασιν ἀφορῶσι, μὴ ἀπωθεῖσθε, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀγάπης ὑμῶν ἐλέῳ προσλαμβάνεσθε, σώζοντες ἐκ τοῦ ἠπειλημένου αὐτοῖς πυρός. Προσλαμβάνεσθε δὲ μετὰ τοῦ ἐλεεῖν αὐτοὺς, καὶ μετὰ [φόβου,] περισκεπόμενοι [*f.* περισκεπτ.], μήπως ἡ πρόσληψις τούτων, ἀμελῶς ὑμῶν τὰ πρὸς αὐτοὺς διακειμένων, λύμης ὑμῖν γένηται αἴτιον, τῶν ἤδη ἐστηριγμένων κλεπτομένων ὑπ' αὐτῶν εἰς τὴν αὐτὴν αὐτῶν τῆς ἀσεβείας ἀνάχυσιν· εὐζήλωτον γὰρ ἡ κακία. Ἔστω οὖν ἡ πρόσλη-

νδ'. Οὐκ ἔστι μοι κόρος τὰ τῶν ἁγίων ἐκδιηγεῖσθαι τεράστια. Ὅθεν οὐδὲ τὴν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ γενομένην θαυματουργίαν παραλίποιμι ἀδιήγητον. Ὅς πολλάκις μὲν ὀκτὼ μεγίστους ἄρτους φαγὼν (οὓς εἴωθε τὸ τῶν Βουλγάρων γένος ποιεῖν, ὡς εἶναι τὸν ἕνα ἄρτον ἱκανὸν εἰς δέκα ἄνδρας, ἢ καὶ πλείους

A jam consenuisset, omni curationis amissa spe, domi manebat mortem exspectans tanquam unicum medicum tristitiæ quam ob loquendi impotentiam patiebatur. Ac dormienti sancti isti ter apparuerunt, suadentes, ut ad templum ipsorum accederet, ac sanitatem, si id faceret, promittebant. Persuasus ille iis quæ viderat, ad sacrum templum pergit, ipsa illustri ac magna die Dominica Paschatis. Ubi post decantatum Evangelium, accedens, ut sanctum Evangelii librum oscularetur (oh miraculum!) is qui in omnimodo loquendi impotentia consenuerat, tunc elata voce clamavit: *Kyrie, eleison.* Hac ratione sanatus domum suam repetit, acturus dies vere paschales, non solum decurrentis tunc solemnitatis, sed etiam reliquos B omnes vitæ suæ.

53. Mulier vero quædam divitiis suis superbiens, maligno quodam humore ex capite in oculos defluente videndi facultate privata erat: ac præterea sordidus quidam fœdusque humor ex oculis ejus indesinenter defluebat, adeo ut misera illa non solum alienis, sed etiam viro suo molestum spectaculum esset. Porro, cum ipsa facultates fere omnes suas in medicos insumpsisset, omniaque comperiisset infirmitate sua debiliora, ad indeficientem medicinam confugere decrevit. Accedit itaque ad sanctorum reliquias, postulat misericordiam, et ut aliquando sistatur tetri illius humoris ex oculis fluxus, enixe rogat. Quando igitur Deo placuit, sanitatem ei impertiri, talc illa C somnium habuit, quemadmodum ipsa postea narrabat. « Videbar mihi, inquiebat, videre aquilam, quæ ex alto advolans supra caput meum consideret, meque alis suis obtegeret: qua re turbata, evigilavi, et aquilam quidem non amplius vidi. Oculis autem nunc perfecte **511** valeo, ut videtis. » Sed neque istud nos tacitum prætereat. Milites quidam aliquando ad sanctorum cineres, audacius quam par erat, accesserunt; erant quippe homines indiscrete viventes, quique nullam moderandæ vitæ curam gerebant. Porro cum eos vidissent custodes ecclesiæ, ad sic dictos catechumenos profugientes, fores clauserunt. Unus vero ex illis militibus, cum eos fugientes vidisset, equum, cui D insidebat (oh audaciam! oh temeritatem!) ecclesiam versus impulit; sed neque usque ad ingressum vestibuli pertingere potuit: nam protinus simul cum equo omnibus spectantibus evanuit. Id cum cæteros milites terruisset, satis abunde fuit, ut veloci cursu a monasterio recederent.

54. Satiari vero non possum in narrandis sanctorum mirabilibus. Quare neque miraculum, quod in viro alio patratum est, silentio præteribo. Is cum sæpe octo panes ex iis sane maximis, quos Bulgari facere solent, ut singuli decem et amplius hominibus plene saturandis sufficiant, fame adhuc

Variæ lectiones et notæ.

(95-96) *Sc.* πεισθεὶς οὖν οἷς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

destinebatur: Ali quando etiam, cum arietem integrum devorasset, adhuc jejunus sibi videbatur. Quin ipse affirmabat, interdum nec taurum integrum ad famem expellendam satis sibi fuisse. Quadam die etiam torcular integrum uvarum devoravit. Erat utique dæmonum effectus fames ista : quæ enim præter naturam sunt, passiones, eas dæmonum perturbationes ipse puto. Porro vir ille intelligens pravam affectionem suam, erubescebat quidem ; at quid sibi agendum esset, ignorabat. Loca omnia miraculis inclyta circumire cœpit : unde et Romam profectus est, ut magni illius apostolorum principis Petri virtutem invocaret. Adiit quoque sanctum Irenæum, qui etiam miraculis valde celebris erat. Cum vero nullibi, quod postulabat, impetrasset, vix tandem in mentem illi venerunt sancti nostri. Ad eos igitur ire contendit. Cum autem adhuc a longe civitatis mœnia, et templum in quo sancti jacebant, vidisset, venit ad quemdam rivum aquæ, ubi reperit senem prope decursum ipsius sedentem. Erat vero senex ille gratiosissimus aspectu, cui alba canities decorem ac venerationem conciliabat : ante ipsum autem erat panis. Is igitur qui prædictam passionem coercere nunquam poterat, volebat a sene illo cibum petere. At cogitans modico illo pane famem suam adeo sedandam non fore, ut potius acrius esset incitanda, voluntatem petendi comprimebat. Interea ipsum hæc secum cogitantem, vocat senex, dicens : « Huc adsis, frater, ac mecum recumbe, ut ambo de isto pane comedamus. » Ille rursus eadem, quæ prius mente revolvens, panis illius parvitatem cum **512** inexplebili fame sua conferebat. Hinc aliquandiu ambiguus hæsit, num humanam adeo invitationem acceptaret. Sed demum aquiescens, assidet venerando seni : qui bifariam primum fracto pane, et rursus altero dimidio in duas partes secto, ex bis unam, hoc est quartam panis totius partem insaturabili illi homini comedendam tribuit. Hic eam comedens, adeo brevi saturatus est, ut etiam portio ipsi superfuerit. Qua secum sumpta, monasterium ingressus est, usque ad illud tantummodo tempus insatiabilis, in posterum vero ea infirmitate penitus liber, nunquam intermisit Deo O. M. gratias agere. Et hæc quidem de sanctis istis martyribus.

55. Ego vero similis videor homini, qui abyssum cavitate manus haurire studet, aut astra cœli, guttas pluviæ et arenam maris dinumerare ; vel qui propriam umbram persequitur, quam comprehendere nunquam potest, sed in vanum laborat, nihil plane proficiens, ut qui inutilia ac impossibilia conatur. Perinde enim se habet, qui horum sanctorum miracula per ordinem enarrare aggrediatur. Hic igitur finem dicendi faciens, hanc narrationem absolvam. Illa vero tanquam fluvius revera perennis et torrens voluptatis et fons inexhaustus fluunt indeficienter et fluent : suntque iis qui credunt, pignus et argumentum fruitionis

A τυχὸν ἐμπλησθῆναι εἰς κόρον), ἔτι πεινης [*f.* πείνῃ] κατείχετο. Ποτὲ δὲ καὶ κριὸν ὅλον βεβρωκὼς, ὡς νῆστις διέκειτο. Ἔλεγε δέ ποτε καὶ ταῦρον ὅλον μὴ ἀρκέσαι εἰς βρῶσιν αὐτῷ. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν, καὶ ληνὸν ὅλον βοτρύων κατέφαγε. Πάντως δὲ τοῦτο δαιμόνων ἦν. Τὰ γὰρ παρὰ φύσιν πάθη, δαιμόνων ἐνοχλήματα τίθημι. Αἰσθησιν δὲ τοῦ πάθους λαβὼν ὁ ἄνθρωπος, ἠσχύνετο μὲν, οὐκ ἔχων δὲ ὃ καὶ δράσοιε [*f.* -σειε], τοὺς ἀνὰ πάντας τόπους ἐν ἁγίοις θαυματουργοὺς περιῇει· ὥστε καὶ τῆς Ῥώμης [*f.* τῇ Ῥώμῃ] ἐπιφοιτῆσαι, τὴν τοῦ μεγάλου καὶ κορυφαίου Πέτρου τῶν ἀποστόλων ἐπικαλούμενος δύναμιν. Ἐπεζήτησε δὲ καὶ τὸν ἅγιον Εἰρηναῖον, πολὺν καὶ αὐτὸν ἀδόμενον ἐν τοῖς θαύμασιν. Ὡς δὲ τῆς αἰτήσεως οὐκ ἐτύγχανε, μόγις εἰς μνήμην ἔρχεται τῶν B καθ' ἡμᾶς τούτων ἁγίων· καὶ δὴ τὴν πρὸς αὐτοὺς πορείαν στέλλεται. Ὅτε δὲ τὰ ἐπιτείχια τῆς πόλεως εἶδε πόρρωθεν, καὶ τὸν ναὸν ἔνθα οἱ ἅγιοι ἔκειντο, ἦλθεν ἐπί τι ὕδωρ, καὶ εὗρε γέροντα παρὰ τὴν διέξοδον τοῦ ὕδατος ἀνακείμενον. Καὶ ὁ γέρων χαριεντέστατος τῷ εἴδει, τὴν τῆς πολιᾶς λευκότητα ἔχων ἐπιεικῶς αὐτῷ ἐπιπρέπουσαν· καὶ ἰδοὺ ἔμπροσθεν τοῦ γέροντος ἄρτος. Ὁ τοίνυν τῷ ῥηθέντι πάθει ἀκατάσχετος ἄνθρωπος, προεθυμεῖτο μὲν ζητῆσαι τροφὴν τῷ γέροντι· λογιζόμενος δὲ ὡς βραχὺς μὲν ὁ ἄρτος, οὐ μᾶλλον αὐτὸν παύσει τῆς πείνης, ἢ τὴν ὄρεξιν ἐρεθίσει, τὴν προθυμίαν ἐνεκόπτετο. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα διελογίζετο, προσκαλεῖται τοῦτον ὁ γέρων, καὶ, « Δεῦρο, φησὶν, ἀδελφὲ, καὶ συνανακλίθητι, καὶ C τοῦ ἄρτου ἄμφω γευσώμεθα. » Ὁ δὲ πάλιν τὰ αὐτὰ λογιζόμενος, καὶ τὴν τοῦ ἄρτου βραχύτητα, τῷ ἀκορέστῳ αὐτοῦ πάθει ἀντιμέτρει [*f.* -μετρῶν], καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν φιλάνθρωπον τοῦ γέροντος ἀναβαλλόμενος πρόσκλησιν, τέλος, πείθεται, καὶ συγκάθηται τῷ γέροντι. Ὁ δὲ διχῇ κλάσας τὸν ἄρτον, καὶ θάτερον τῶν διχοτομημάτων πάλιν εἰς δύο τεμὼν, τὸ ἥμισυ τῶν δυοῖν τούτων τμημάτων, τὴν τοῦ ἄρτου φημὶ τετάρτην μερίδα εἰς βρῶσιν τῷ ἀκορέστῳ ἐκείνῳ δέδωκε. Καὶ ἔφαγε καὶ ἐνεπλήσθη, καί τι μέρος αὐτῷ ἐπερίσσευσεν. Ὁ ἐπιφερόμενος εἰσῆλθεν εἰς τὴν μονὴν, ἕως τούτου μόνον ἀκόρεστος ὤν· τοῦ λοιποῦ δὲ τὴν εἰς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους εὐχαριστίαν οὐ διέλιπεν ἀναφέρειν [*f.* -ρων] καθεκάστην. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως τὰ κατὰ τῶν ἁγίων D ἱερομαρτύρων.

νε'. Ἐγὼ δὲ ἔοικα ἀνθρώπῳ ἀντλοῦντι τῇ κοτύλῃ τὴν ἄβυσσον, καὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ ἀριθμοῦντι, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ψάμμον παράλιον, καὶ τὴν σκιὰν αὐτοῦ καταδιώκοντι, καὶ μὴ καταλαμβανομένῳ, ἀλλ' εἰς κενὸν καὶ μάτην κοπιοῦντι [*f.* -ῶντι] καὶ μηδὲν ὀνουμένῳ, ἀνόνητα μοχθοῦντι καὶ ἀτέλεστα. Ἴσον γὰρ τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν, καὶ πειρᾶσθαι τῶν ἁγίων ἐφεξῆς διηγεῖσθαι τὰ θαύματα. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα, πέρας λαβὼν τοῦ λόγου, στήσομαι τὴν διήγησιν. Τὰ δὲ ποταμὸς ὄντως ὄντα ἀένναος καὶ χειμάρρους τρυφῆς, καὶ πηγὴ ἀνεξάντλητος, ῥεῖ τε ἀκαταπαύστως καὶ ῥεύσοιεν [*f.* -σειεν]· ἀῤῥαβὼν πιστευόμενα, καὶ δόγματα τῆς

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσεως, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ* A *εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν·* καθὼς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς εἴρηκε· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Ὧν καὶ εἰσμεθέξουσιν [*f.* συμμεθ.] γυμνότερόν τε καὶ τελειότερον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀϊδίῳ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους ξύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

cœlestium bonorum, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se* [87]: quemadmodum et in Evangelio Dominus dixit: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi* [88]. Quorum bonorum purius et perfectius participes sunt hi (sancti) in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria, honor et adoratio, simul cum æterno ingenito ipsius Patre et cum sanctissimo optimo et vivificante ejusdem Spiritu, nunc et per omnia infinita sæculorum sæcula. Amen.

[87] I Cor. II, 9. [88] Matth. XXV, 34.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΚΥΡΙΟΥ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ

ΤΙΝΙ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΟΜΙΛΗΤΩΝ

ΠΕΡΙ ΩΝ ΕΓΚΑΛΟΥΝΤΑΙ ΛΑΤΙΝΟΙ.

BEATI BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

DOMINI THEOPHYLACTI

ALLOCUTIO

AD QUEMDAM EX SUIS FAMILIARIBUS

DE IIS QUORUM LATINI INCUSANTUR (*).

Interprete Bonifacio Finetti ord. Prædicatorum.

Εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου ἐνώπιόν μου, εὐλαβέστατέ μοι ἐν Κυρίῳ υἱὲ, καὶ κατενόησα μὲν αὐτὸ καλὸν, καὶ ὀφθαλμῶν ἀρχιερατικῶν ἄξιον· πλὴν ἀλλ' ὑπὸ τοῦ νῦν καιροῦ, ὥσπερ θυρωροῦ τινος αὐστηροῦ καὶ ἀγνώμονος, ἐξωθούμενον. Ἠξίωσας μὲν γὰρ ἡμᾶς ἀντειπεῖν διὰ βραχέων, ὡς οἷόν τε, τοῖς τῶν Λατίνων περὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ σφάλματα [*f.* -σι], πολλοῖς τε οὖσιν ὡς ἔφησας, καὶ περὶ τὸ σχίζειν τὰς Ἐκκλησίας, οὐ μικρὰν ἰσχὺν ἔχουσιν. Ἡμεῖς δὲ οὕτω μὲν φρονεῖν B **513** Intravit postulatio tua in conspectu meo [1], religiosissime mi in Domino fili, eamque perspexi et rectam esse, et archiepiscopi conspectu dignam, tametsi a præsentis temporis conditione, tanquam ab austero et improbo janitore, repellatur. Etenim rogasti nos, ut Latinorum circa res ecclesiasticas errores, breviter quoad fieri potest, refelleremus; quoniam, inquiebas, et multi sunt, et ad scindendas Ecclesias haud modicam vim habent. Nos tamen,

[1] Psal. CXVIII, 170.

Variæ lectiones et notæ.

(*) Prodit ex codice Cæsareo-Vindobonensi. Vide Præfationem, num. XXV, superioris tomi col. 441

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

etsi plures, et tantum non omnes ita sentire, novimus, non ita sentimus : neque enim multos eorum errores esse scimus ; neque tales, qui ad discindendas Ecclesias sint idonei, quandoquidem nullum est, quod ad ipsum fidei caput pertineat. Idcirco piget nos tot hominibus adversari, et animas turbare, quæ alias turbari facile possunt ; eo quod *refriguerit* jam *charitas* [1], et quidem in me præsertim, ob præsens tempus, in quo (ut audivimus) *abundat iniquitas*. Non enim fraterne suscipimus, quæ a fratre inducuntur ; sed iis lubenter adversamur : et satagimus unusquisque videri æmulum suum retro pepulisse : putamusque nobis primatum theologos inter adjudicandum, si pluribus **514** hæreseos notam affricuerimus, ac fore, ut perspicaces oculos nos habere videamur, si luciferum nigrum esse sustinuerimus. Idcirco mihi hæc silentio premenda videntur ei, qui tempus (silendi, et tempus loquendi) intelligit, ut vetus habet prophetia. Aliunde tamen probe sciens, haud justum esse, ut benevolentia charitatis tuæ ex aliorum improbitate damnum patiatur, Ægyptios quidem dimittam palpabilibus in tenebris languere, et loco aquæ sanguinem habere ; quemlibet vero Israelitam lubenter videbo et lumine ad opera, et aqua ad vitam frui : et simpliciter gaudebo considerans divina portenta aliis quidem in pœnam, aliis vero ad salutem esse.

2. Multa itaque, ut dixi, videntur Latini peccare : nempe quod et azyma offerant, et jejunii ante Passionem dies, non uti nos, enumerent ; et quod clericorum matrimonia dissolvant, laicorum vero indiscriminatim permittant : addam, modo non rideas, quod barbas tondeant, etiam qui sacri sunt ordinis : quorum etiam manus aureis micant annulis, vestemque sacerdotalem gestant sericis contextam staminibus et variis coloribus pictam : et ascetæ seu monachi ipsorum carne vescuntur : et, cum Dominum adorare sese inclinando oporteret, ipsi genua flectunt. Et hoc quidem communiter omnes peccant. Videbis vero etiam aliquos sicarianos et suffocata comedentes : indeque Romanam abominaberis Ecclesiam, quæ talia docet. Fortasse vero insurgens hic aliquis ex valde fidelibus, et fervidioribus orthodoxiæ zelatoribus nos etiam inscitiæ, ac crassioris in rebus sacris judicii, vel incuriæ, ac nostrarum rerum proditionis condemnabit, ipse autem et alia multa recensebit. Ast ego et ista ipsa, alia quidem nullius emendationis indigere puto ; alia autem mediocris, et talis, ut si

A περὶ αὐτῶν, καὶ τοὺς ἄλλους εἰδότες σχεδόν τι σύμπαντας, αὐτοὶ δὲ οὐχ οὕτω φρονοῦντες. Οὔτε γὰρ πολλὰ τὰ σφάλματα οἴδαμεν, οὔτε σχίζειν Ἐκκλησίας δυνάμενα. Ὅτι μὴ μόνον ἐν τὸ φέρον πρὸς αὐτὸ τῆς πίστεως ἡμῶν τὸ κεφάλαιον, ὀκνοῦμεν τὴν ἐναντίαν θέσθαι τοσούτοις καὶ ταράξαι ψυχὰς εὐθολώτους, διὰ τὴν *τῆς ἀγάπης ἀπόψυξιν*, ἣν ὁ νῦν καιρὸς ἐν ἐμοὶ πρώτῳ εἰργάσατο, *πληθύνας τὴν ἀνομίαν*, ὥσπερ ἠκούσαμεν. Οὐ γὰρ ἀδελφικῶς δεχόμεθα τὰ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ εἰσαγόμενα, ἀλλ' ἀντιθετικῶς αὐτοῖς προσφερόμεθα, καὶ σπεύδομεν αὐτὸς ἕκαστος δόξαι τις, τὸν φθάσαντα παραγκωνισάμενος. Καὶ κριθήσεσθαι παρὰ τοῖς πολλοῖς τὰ πρῶτα τῶν τὰ θεῖα σοφῶν, οἰόμεθα, εἰ τοῖς πλείουσιν (1) αἱρεσίν τινα ἐπιτρίψαμεν [*f.* —ψομ.] καὶ

B φανήσεσθαι δοκοῦμεν, δμματα ἔχοντες, εἰ ἐωσφόρον μελαναυγῆ παρεισάξομεν. Διὰ (2) ταῦτα δοκεῖ μοι σιωπητέα εἶναι, συνιέντι τὸν καιρὸν, ὡς ἡ παλαιὰ προφητεία. Συνιδὼν δὲ ἑτέρωθεν τὴν εὐγνωμοσύνην τῆς σῆς ἀγάπης, οὐ δικαιοῦσαν ἐκ τῆς ἑτέρων ζημιοῦσθαι κακοηθείας, τοὺς μὲν Αἰγυπτίους τῷ ὑπὸ τῷ ψηλαφητῷ τε σκότει ἀργεῖν, καὶ τῷ ὕδατι ἐντυγχάνειν αἵματι· σύμπαντα δὲ τὸν Ἰσραηλίτην, ἡδέως ὁρῶ τοῦ τε φωτὸς πρὸς τὰ ἔργα, καὶ τοῦ ὕδατος πρὸς τὴν ζωὴν ἀπολαύοντας· ἁπλῶς τε τὰ θεῖα τεράστια χαίρω βλέπων τοῖς μὲν κολαστήρια, τοῖς δὲ σωτήρια.

β'. Πολλὰ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, δοκοῦσι Λατῖνοι

C σφάλλεσθαι ἄζυμά τε προσφέροντες, καὶ ἐν Σαββάτῳ νηστεύοντες, καὶ τὴν πρὸ τοῦ πάθους δὲ νηστείαν οὐ καθ' ἡμᾶς ἀριθμοῦντες, γάμους τε τοὺς μὲν τῶν ἱερωμένων λύοντες, τοὺς δὲ τῶν λαϊκῶν χύδην καὶ ἄνευ φραγμοῦ τινος ἐπιτρέποντες. Εἰ δὲ μὴ γελάσειν μέλλεις, καὶ ξυρόμενοι τοὺς πώγωνας, οἵ τε ἄλλοι, καὶ τὰ γένη τὰ ἱερά· ὧν τε καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς αἱ χεῖρες ἀστράπτουσι, καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν σηρικοῖς ὑφασμένην νήμασι, καὶ ποικιλόχρουν ἐνδύονται· ἀλλὰ καὶ κρεοφαγοῦντες οἱ ἀσκηταὶ (3) καὶ προσκυνῆσαι δεῆσαν τῷ Κυρίῳ, τῷ ἐδάφει κολλώμενοι. Τοῦτο μέν γε πάντες κοινῶς ἁμαρτάνοντες· ἴδοις δ' ἂν τοὺς σικαράνους (4), καὶ πνικτῶν

D κατευωχουμένους· καὶ βδελύξῃ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν, ὡς τοιαῦτα διδάσκουσαν. Τάχα δ' ἂν τις ἐπαναστὰς τῶν λίαν πιστῶν τε καὶ θερμοτέρων, καὶ ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ζηλούντων, ἡμῶν μὲν ἀμαθίαν κατεγνοήκει, καὶ ἀκρισίαν περὶ τὰ θεῖα, ἢ ψυχρότητα καὶ προδοσίαν τῶν ἡμετέρων. Αὐτὸς δὲ καὶ ἄλλα πλείω τῶν ῥηθέντων ἀπαριθμήσαιτο. Ἐγὼ δὲ καὶ τούτων τὰ μὲν, οὐδεμιᾶς ἐπιστροφῆς δεῖσθαι νομί-

[1] Matth. xxiv, 12. [2] Eccle. iii, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(1) Cod. Bonon., τοῖς πλησίον.

(2) *Ισ.* διό. Vel si retineatur διὰ ταῦτα fortasse legendum σιωπητέον loco τοῦ σιωπητέα.

(3) μοναχοὶ habet cod. Bon. eodemque modo legit Choma'enus. Cod. vero noster habet compendiarie duplex α· quod legendum esse ἀσκηταὶ ex aliis codicibus, in quibus simile compendium occurrit, deprehendi.

(4) Hanc vocem ut in Græco textu se habet vertendo posui, quod neque ex lexicis, neque ex peritissimis Græcæ nationis hominibus, qui in hac urbe sunt quosque ipse consului, ejus significationem assequi potuerim. Simili causa Mingarellius eam penitus omisit.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

ζων, τὰ δὲ, μετρίας, καὶ οἵας, εἰ μὲν ἀνύσειέ τι (7), μικρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ χαρίζεσθαι· εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ μηδὲ ἡμίαν γε τιθέναι τὸ ἀνεξάνυστον. Ὃ δὲ μάλιστά μοι ζόχεῖ τὴν πρὸς Λατίνων κοινωνίαν τοῖς φρονοῦσι (6) δποιεῖν ἀπότομον (7), καὶ ὃ μὴ κατορθούμενον μεγάλην προξενεῖ τὴν ζημίαν τῇ τοῦ Υἱοῦ κληρονομίᾳ, ἣν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔλαβε, τοῦτό σοι καὶ δείξω, καὶ διελέγξω καθόσον ἐνεστιν. Εἰ δὲ μὴ μακρὸν ὁρῶμεν τὸν λόγον, καί τινα τῶν ἄλλων μετρίως ἐπισκεψόμεθα.

γ'. Ἔστιν οὖν τὸ μέγιστον ἐκείνων σφάλμα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Σολομῶντος Ἅδου πεταύρῳ ποιοῦν συναρτῶν, ἡ ἐν τῷ τῆς πίστεως Συμβόλῳ καινοτομία, ἣν ἐποιήσαντο ἀνακηρύττοντες *τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον*. Δεῖ δὲ Σύμβολον εἶναι τοῦ πιστοῦ τὸ Σύμβολον πάσης ἀπηλλαγμένον παραποιήσεως. Οὐδὲ γὰρ ἄν, οὐδ' οἱ παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ *πελεκυφόροι τῶν σεσημειωμένων* ἐφείδοντο, οὐ [*f.* εἰ] μὴ ἐνεώρων αὐτοῖς τὸ σημεῖον ἀπαραποίητον. Πῶς οὖν πρὸς τὴν καινοτομίαν ἀπαντησόμεθα, ἁπλῶς τε καὶ ἀφελῶς, καὶ τὸ ὅλον, ὡς τοὺς ἁλιέων προσῆκε μαθητάς; Εἰ μὲν γὰρ ἄλλον διδάσκαλον προὐστησάμεθα, εἴχομεν ἂν ἐκ τῶν ἐκείνου συμπείθειν τοὺς τοῦ αὐτοῦ μαθητὰς, καὶ τῶν ἐναντίων λόγων προστάτας. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου τοῦτον αὐτὸν παρέδοσαν ἡμῖν, τὸ Πνεῦμα, καὶ *ἀληθείας* λέγοντα *Πνεῦμα*, καὶ *παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον*, ἁπλοῦς ὁ λόγος· ἢ ἄλλον διδάσκαλον ἀντεισάγαγε, τοῦ Λόγου τρανότερα λέγοντα, καὶ τῆς σοφίας σοφώτερα, παρ' οὗ τὸ νέον τοῦτο δόγμα λαβὼν ὑπερφυῶς ἔστερξας· ἢ τοῦτον μὴ ἔχων, δέξαι τὸν *ἕνα καθηγητὴν* ἡμῶν, *τὸν Χριστὸν*, περὶ τοῦ συγγενοῦς διδάσκοντα Πνεύματος, ἐκ τίνος, καὶ πῶς ἔχει τὸ εἶναι, καὶ μαρτυροῦντα τῷ αὐτοῦ *μάρτυρι*, ὅτι *παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*. Καίτοι καθ' ὑμᾶς, εἰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, τί ἐκώλυεν εἰπεῖν· Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐμοῦ ἐκπορεύεται; οὕτω μὲν εὑρέθης οὐ κατακολουθῶν τῷ *τῶν πτωχῶν εὐαγγελιστῇ* Χριστῷ· εἰ καὶ τὸν αὐτοῦ σταυρὸν αἴρειν λέγεις. Εἰ δέ τινι τῶν ἐγκεκριμένων Πατέρων τοῦτο ἐπείσθης, *δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν*. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις δεῖξαι, κἂν πολλὰ κάμοις· ἢ γὰρ ἐγκεκριμένος οὐκ εἶπεν, ἢ εἰπὼν οὐκ ἐγκέκριται. Ἔπειτα, κἂν εἰ τοῦτό σοι δῶμεν, ἀλλ' οὔ τί γε τὸ σπάνιον ἐλκύσομεν εἰς ὑπόδειγμα. Νόμος καὶ τοῦτο ἡμέτερος (8). Ὅπου γὰρ μυρίων θεολογούντων μὲν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μηδενὸς δέ τι τοιοῦτον λέγοντος, εἰ μὴ τὸ *δι' Υἱοῦ πεφηνέναι*· καὶ *δι' Υἱοῦ ἐκ θεοῦ εἶναι*· εὑρίσκεταί τις εἷς, ἢ καὶ δεύτερος τἀναντία παρεισηγούμενοι, τὸ μὴ ἐκείνοις, ἀλλὰ τούτοις προσθέσθαι, γεμόντων ἐστὶ τοῦ τῆς πλάνης πνεύματος.

quis eam perficiat, modicum Ecclesiæ beneficium impendat; sin vero, non sit hoc inter damna computandum. Quod autem mihi omnium maxime videtur Latinorum communionem iis, qui sapiunt, exosam facere, quodque si corrigatur, magnum afferre potest detrimentum hæreditati Filii Dei, quam in gentibus acquisivit [a], illud tibi indicabo, et quoad licuerit, refellam. Tum vero, nisi orationem nostram justo longiorem fieri viderimus, aliqua etiam ex cæteris mediocriter discutiemus.

3. Summus igitur eorum error est, quodque in Salomonicum *Inferni profundum incurrere* fac.t [b], est innovatio in Symbolo fidei, quam ii fecerunt, enuntiantes, *Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere*: **515** oportet enim fidelis Symbolum esse Symbolum omnis adulterationis immune: nam neque *securiferi* illi apud Ezechielem, *signatis* pepercissent [c], nisi in eis minime falsatum signum vidissem. Quomodo igitur innovationi isti occurremus? Et simpliciter et candide, et omnino ut piscatorum discipulos decet. Si enim magister alius propositus nobis esset, ex ejus dictis discipulos ipsius, et adversæ sententiæ patronos utique persuaderemus. Cum vero ii, qui ab initio oculati testes, et ministri fuere Verbi, tradidere nobis eum dixisse, Spiritum sanctum esse *Spiritum veritatis*, et ex *Patre procedere* [d], simplex, et absoluta hæc est ratio: vel tu magistrum alium profer, qui Verbo clariora, et sapientia sapientiora doceat, a quo novum istud dogma, quod adeo mirifice amas, acceperis; vel alium non habens, amplectere *unum magistrum* nostrum *Christum* [e], docentem de cognato Spiritu, a quo et quomodo esse habeat, et attestantem *testi* suo, eum *a Patre procedere*. Et quidem si ex Filio etiam, ut vos contenditis, procedit, quid prohibuit, ne diceret: Qui ex Patre et ex me procedit? sic quidem tu convinceris non sequi *pauperum evangelizatorem* Christum [f]: etsi crucem ipsius tollere te dicas. Si vero ab aliquo ex probatis Patribus hoc edoctus es, *ostende nobis Patrem et sufficit nobis* [g]: at ostendere non poteris, etiamsi multum, diuque fatigeris: si enim probatus est, non dixit; et si dixit, probatus non est. Deinde etsi hoc tibi daremus, attamen quod rarius est, non utique in argumentum trahendum: quod legi quoque vestræ consentaneum est. Si enim plurimi theologi de Spiritu sancto disserentes, nemo quid tale dicat, sed tantummodo *per Filium apparuisse, et per Filium ex Deo esse*, reperiatur vero unus, vel alter qui contrarium doceat, profecto non illis, sed istis adhærere, res est illorum qui spiritu erroris pleni sunt.

[a] Psal. II, 8. [b] Prov. IX, 19. [c] Ezech. IX, 6. [d] Joan. XV, 26. [e] Matth. XXIII, 8. [f] Luc. IV, 18. [g] Joan. XIV, 12.

Variæ lectiones et notæ.

(5) Chomatenus, ἀνύσειέ τις.
(6) Chomat., εὐφρονοῦσι.
(7) ἀπώμοτον Chomat.

(8*) Cod. Bon. ὑμέτερος. Hanc lectionem ego quoque ut verisimiliorem secutus sum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

4. Verum scriptum est, inquiunt, *Spiritus Filii, et Spiritus Christi* [11]. Et ego similia appono, nam *Spiritus veritatis et Spiritus vitæ* [12] est etiam Filius; addam etiam, et *sapientiæ, et fortitudinis* [13]. Ita igitur dicitur Spiritus sanctus, non quia ex Filio profluat, sed quia proprius ipsius est (cognatus enim illi est, et non alienus), et quia in eo conquiescit, et ab ipso dignis immittitur, tribuitur ac donatur. Sed alacriter prosequamur orationem, quoniam progrediens jam ad id quod præcipuum est, nos perduxit. Videmini enim mihi vos, qui *quæ sursum* dicta *sunt, sapitis* [14], non tam animi improbitate, quam ignoratione veritatis errare. Putantes enim, idem esse *procedere*, ac *tribui, et donari*; quoniam **516** reperitur Spiritus sanctus a Filio *mitti, distribui et donari*; nullatenus vos impingere existimatis, si ipsum etiam ex Filio procedere dixeritis. Sed hæc profecto non ita se habent: quin ea omnino differre affirmamus. Siquidem *procedere* significat modum quo Spiritus sanctus esse habeat. Quemadmodum enim Filius est ex Patre, sed *generatione*, et non alio quocunque modo; ita et Spiritus sanctus est ex eodem principio, nempe, ex Patre, non *generatione* (non enim sunt duo Filii) sed *processione*. Igitur procedere est modus, quo Spiritus sanctus habet esse a Patre: quod etiam *proprietas* ipsius esse dignoscitur. *Mitti* autem, *dari* et *donari* haud significant, quomodo Spiritus sanctus sit; sed his verbis significatur ditatio quædam, ac veluti effusio bonitatis, quæ a Patre quidem habet esse: sed a Filio in dignos effunditur: quibus etiam per Filium apparuisse dicitur; quoniam iis qui verbum receperunt, non vero Verbo, aut ratione carentibus Spiritus apparet: et quoniam hujus divinitatem, nulli antea clare cognitam per Filium didicimus ex eo quod eum Patri, et sibi in divini baptismatis forma copulavit. Hac etiam ratione *insufflasse* dicitur Dominus Spiritum sanctum post resurrectionem, non tanquam productor ipsius (non enim *substantiatio*, ut ita dicam, seu productio substantialis, Spiritus erat *insufflatio* illa: et alias neque totus tunc datus est: sed unum tantum donum, scilicet, remissionis peccatorum; totus enim ut tantummodo Pentecostes tempore daretur, decretum erat) sed quatenus etiam ipse eum habet substantialiter; et quando vult, ipsum dat; et quibus vult, et quomodo vult: id est aliquibus quidem secundum unam speciem Joni; aliis autem secundum plures; aliis demum totum ipsum *alium Paracletum* [15]. Desinamus igitur in unum conferre, quæ diversa sunt (dari, scilicet non sunt.

5. Quod si hoc te quoque scire mihi dixeris, ac Patrem esse Spiritus sancti auctorem per modum *processionis*, sicut est Filii per *generationem*; nihilominus te affirmare, Spiritum sanctum *procedere* ex Filio non eadem significatione sumendo eam

δ'. Ἀλλὰ γέγραπται, φησί· *Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ*, καὶ *Πνεῦμα Χριστοῦ*. Κἀγὼ τίθεμαι· ἐπειδὴ καὶ *Πνεῦμα τῆς ἀληθείας*, καὶ *Πνεῦμα τῆς ζωῆς* ὁ Υἱός· προσθήσω δὲ καὶ *σοφίας* καὶ *ἰσχύος*. Καὶ ταῦτα γὰρ ἐκεῖνος, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖον αὐτοῦ (συγγενὲς γάρ, καὶ οὐκ ἀλλότριον), καὶ ὡς αὐτῷ ἐναναπαυόμενον, καὶ ὡς παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις πεμπόμενον καὶ χορηγούμενον καὶ μεταδιδόμενον. Ἀλλ' εὖγε τοῦ λόγου ὅτι προήκων ἐπ' αὐτὸ τὸ καιριώτατον ἤγαγεν. Ἔοικατε γάρ μοι, ὦ *τὰ ἄνω φρονοῦντες* ὑμεῖς, οὐ κακίᾳ γνώμης τοσοῦτον, ὅσον ἀγνοίᾳ τῆς ὀρθότητος σφάλλεσθαι. Τὸ γὰρ *ἐκπορεύεσθαι*, νομίζοντες ἴσον εἶναι τῷ *χορηγεῖσθαι*, καὶ *μεταδίδοσθαι*, ἐπειδὴ τὸ Πνεῦμα εὑρίσκεται παρὰ τοῦ Υἱοῦ *πεμπόμενον*, καὶ *χορηγούμενον*, καὶ *μεταδιδόμενον*, οὐδὲ οἴεσθε προσκόπτειν, εἰ καὶ ἐκπορεύεσθαι τοῦτο ἐκ τοῦ Υἱοῦ φαίητε. Ἔστι δὲ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχοντα. Πόθεν, ἄγε [*f.* ἄ γε] καὶ παντὶ φαμεν διαφέρειν; Τὸ μὲν γὰρ *ἐκπορεύεσθαι*, τοῦ πῶς ἐστι τὸ Πνεῦμα δηλωτικόν. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς ἔστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς, *γεννητῶς* δὲ, καὶ οὐ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τῆς αὐτῆς μὲν ἀρχῆς, τοῦ Πατρὸς δὴ λέγω, οὐ *γεννητῶς* δὲ (οὐ γὰρ δύο Υἱοί), ἀλλ' *ἐκπορευτῶς*. Τὸ μὲν οὖν *ἐκπορεύεσθαι*, τρόπος ἐστὶ καθ' ὃν ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ εἶναι ἐκ τοῦ Πατρός· ὅπερ δὴ καὶ *ἰδιότης* αὐτοῦ γινώσκεται. Τὸ δὲ *πέμπεσθαι* καὶ *χορηγεῖσθαι* καὶ *μεταδίδοσθαι*, οὐ τοῦ πῶς ἐστι τὸ Πνεῦμα δηλωτικὸν, ἀλλὰ πλουτισμός τις ἐν τούτοις δηλοῦται, καὶ οἷον χύσις τῆς ἀγαθότητος, τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν ἐχούσης τὸ εἶναι, παρὰ τοῦ Υἱοῦ δὲ εἰς τοὺς ἀξίους ἐκχεομένης· οἷς καὶ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι λέγεται. Ὅτι δὲ τοῖς τὸν λόγον δεξαμένοις, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀλογίστοις τὸ Πνεῦμα ἐμφαίνεται· καὶ ὅτι τὴν τούτου θεότητα μὴ πρότερόν τινι γνωσθεῖσαν τρανῶς, διὰ τοῦ Υἱοῦ μεμαθήκαμεν, τῷ Πατρὶ καὶ ἑαυτῷ τοῦτο συντεταχότος ἐν τῷ θεοποιοῦντι βαπτίσματι. Οὕτω καὶ *ἐμφυσᾷν* λέγεται τὸ Πνεῦμα τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐχ ὡς προβολεὺς αὐτοῦ (οὐ γὰρ *οὐσίωσις*, ἵν' οὕτως εἴπω, τοῦ Πνεύματος, ἡ *ἐμφύσησις*· ἄλλως τε, μηδὲ ὅλου τότε δοθέντος, ἀλλ' ἑνὸς χαρίσματος, τοῦ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν· τὸ γὰρ ὅλον τοῖς τῆς Πεντηκοστῆς καιροῖς ὥριστο), ἀλλ' ὡς ἔχων καὶ αὐτὸς αὐτὸ οὐσιωδῶς, καὶ ὅτε βούλεται τοῦτο διδοὺς, καὶ οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται· ὅπερ ἐστὶ τοῖς μὲν καθ' ἓν εἶδος χαρίσματος, τοῖς δὲ, κατὰ πλείω, τοῖς δὲ ὅλον αὐτὸν τὸν *ἄλλον Παράκλητον*. Παυσώμεθα τοίνυν εἰς ταὐτὸν ἄγοντες τὰ ἀσύμβατα, μετάδοσιν καὶ ἐκπόρευσιν, καὶ συγκλώθοντες τὰ ἀσύγκλωστα.

et procedere) et simul conjungere quæ conjuncta

ε'. Εἰ δέ μοι τοῦτο καὶ αὐτὸς φήσεις εἰδέναι, καὶ ὡς αἴτιος τοῦ εἶναι τῷ Πνεύματι ὁ Πατὴρ κατὰ τὸν τρόπον *τῆς ἐκπορεύσεως*, ὥσπερ κατὰ τὸν *τῆς γεννήσεως*, τῷ Υἱῷ· *ἐκπορεύεσθαι* δὲ λέγεις τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, ἀλλὰ

[11] Galat. IV, 6. [12] Rom. VIII, 9. [13] Isa. IX, 11. [14] Coloss. III, 2. [15] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατὰ τὸ *χεῖσθαι* καὶ *διαδίδοσθαι*· καὶ ὑγιαίνων τὸν νοῦν βιάζῃ πρὸς τὸ τ[οι]οῦτο πενίᾳ λέξεων, καὶ Λατίνου γλώττης στενότητι· ἐνταῦθά σοι δείξω τὴν μακαριζομένην *πτωχείαν τοῦ Πνεύματος* (9), καὶ τὴν ἀδελφικὴν πρόσληψιν· βδελύξῃ δὲ καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ὑψηλῆς καρδίας ἀκαθαρσίαν· καὶ οὕτως ἐν ἑνὶ Πνεύματι φρονήσαντες τὸ αὐτό, δοξάσομεν ὁμοθυμαδὸν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν μὲν, ὡς *γεννῶντα* καὶ *προβάλλοντα*· τὰ δὲ, τὸν μὲν, ὡς *γεννώμενον*, τὸ δὲ ὡς *ἐκπορευόμενον*. Εἰ γὰρ ἀληθῶς εἶ πτωχὸς τὸν πλοῦτον τῆς γλώττης, καί σοι ἀπορία τῶν ἱματίων τοῦ νοῦ καὶ τῶν λέξεων, καὶ διὰ τοῦτο διελεῖν οὐκ ἔχεις τὴν παρὰ τοῦ Υἱοῦ γινομένην *χύσιν* τοῦ Πνεύματος, ἢ *μετάδοσιν* (ἢ ὡς ἂν τις λέγειν ἑτέρως βούλοιτο) ἐκ τῆς *ἐκπορεύσεως*, καθ' ἣν ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου τὸ εἶναι τῷ Πνεύματι· ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις συγχωρήσω χρῆσθαί σε τούτοις, ὡς ἡ γλῶττά σοι δίδωσιν, ἐν κοινοῖς λέγω καὶ ὁμιλίαις, εἰ βούλῃ [*f.* βουλή] σοι, ἐκκλησιαστικαῖς· καὶ τοῦτο, μετὰ τοῦ προσδιορισμοῦ τοῦ προσήκοντος, ὥστε μὴ ἀγνοεῖν τοὺς ἀκούοντας τὴν ἐν μιᾷ λέξει διπλόην τῶν νοημάτων. Ἐν δὲ τῷ Συμβόλῳ τὴν *ἐκπόρευσιν* ἀνακηρύττειν ἐκ μόνου τοῦ Πατρός· ἐνταῦθα γὰρ ἡμῖν ἡ *ὁμολογία* τῆς πίστεως· ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι καὶ φωτοειδῆ καὶ ἁπλῆν (τοιαῦτα γὰρ καὶ τὰ πιστευόμενα), καὶ μηδὲν συγκεχυμένον, ἢ σκοτεινὸν, ἢ πολλαπλοῦν ἐν ἑαυτῇ φέρουσαν· ὥσπερ οὖν ἔχει καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς τῆς πίστεως Ἔκθεσις, ἐκφώνησίς τε οὖσα τοῦ ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ νικήσαντος Πνεύματος. Οὗπερ ἔμπνοια, καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν Πατέρων σύμπνοια, καὶ πάσαις τηρουμένη ταῖς Ἐκκλησίαις· αἷς τὸ μὲν ἀξίωμα, μὴ ταπεινότερα φρονεῖν ὑμῶν δίδωσιν (ἴσον γάρ), ὁ δὲ ἀριθμὸς, καὶ νικητικώτερα· πλείων γάρ.

ς'. Προσλόγισαι δέ μοι καὶ τόδε· εἰ μὴ τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ *χορηγεῖσθαι* τὸ Πνεῦμα, ἕτερόν ἐστι τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς *ἐκπορεύεσθαι*, δυοῖν ἀνάγκη θάτερον· ἢ καὶ τὸν Υἱὸν αἴτιον εἶναι τοῦ Πνεύματος, ἢ τὸν Πατέρα χορηγὸν μόνως, ὡς καὶ τὸν Υἱόν. Εἰ μὲν οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος αἴτιος, δύο ἀρχαὶ τοῦ ἑνός. Τὸ δὲ πλειόνων δεόμενον εἰς τὴν ὕπαρξιν, ἢ *μεῖζον* ἔσται τοῦ ἐξ ἑνὸς τὸ εἶναι ἔχοντος, ἢ *ἴσον*, ἢ *ἔλαττον*· ἀλλ' *ἴσον* μὲν, οὐκ ἂν εἴη· ἦν γὰρ ἂν ἐξ ἑνὸς, καὶ οὐ λείπεται τοίνυν εἶναι ἢ *μεῖζον*, ἢ *ἔλαττον*. Καὶ τὸ Πνεῦμα ἄρα ἢ *μεῖζον* ἔσται τοῦ Υἱοῦ (καὶ ὅρα τὴν τῆς ἀσεβείας καινοτομίαν· οὐδεὶς γάρ πω τοῦτο τῶν κατὰ τοῦ Υἱοῦ θρασυνθέντων εἰπεῖν ἐτόλμησεν), ἢ ἔλαττον ἔσται· καὶ ἀναζῇ Μακεδόνιος. Εἰ δὲ παρὰ τοῦ Πατρὸς χορηγεῖται μόνως, ὡς παρὰ τοῦ Υἱοῦ· ἢ ἄναρχον ἔσται καὶ αὐτὸ, καὶ

A vocem; sed ut perinde sit, ac *effundi*, et *dari*: adeoque te quidem recte sentire, ad ita tamen loquendum cogi penuria vocum, Latinæque linguæ egestate; si hæc, inquam, mihi dixeris, ego protinus exhibeo tibi beatificatam illam *paupertatem Spiritus* [16], ac excusationem tuam fraterne suscipiam: abominaberis vero et ipse elati cordis impuritatem: sicque in uno Spiritu idem sentientes unanimiter glorificabimus Patrem, 517 et Filium, et Spiritum sanctum: eum quidem ut *generantem* et *producentem*; alterum ut *genitum*; hunc autem ut *procedentem*. Si itaque revera pauper es lingua, et vocabulorum inopia laboras, et idcirco verbis distinguere non vales *effusionem* Spiritus, vel *communicationem* (seu quomodocunque aliter quis dicere malit) a *processione*, secundum quam a solo B Patre esse habet; ego quidem tibi veniam facile dabo, ut in aliis, hoc est in familiaribus, ac etiam in ecclesiasticis, si velis, sermonibus, vocibus, ut tua tibi lingua concedit, utaris, adjecta tamen congrua declaratione, ne, qui audiunt, ignorent, duplicem inesse eidem dictioni intelligentiam. At in Symbolo exprimas *processionem* ex solo Patre: id enim continet *confessionem* nostræ fidei, quam puram, claram ac simplicem esse oportet (talia enim sunt etiam quæ creduntur) nihilque confusum, vel obscurum, vel ambiguum in se continere: cujusmodi se habet etiam nostra fidei Expositio, quæ est enuntiatio ejus qui in secunda synodo vicit, Spiritus sancti (cujus sane inspiratio etiam fuit ea C Patrum pro ipso conspiratio) quæque ab omnibus custoditur Ecclesiis: quibus profecto propria sua dignitas concedit, ut viliora vobis non sentiant: æqualis enim est; numerus autem, ut et præstantiora: est enim major.

6. Verum et istud perpendas, velim. Si Spiritum sanctum *dari* a Filio diversum non est a *processione* ejusdem a Patre, duorum alterum sequi necesse est, vel etiam Filium auctorem esse Spiritus sancti; vel Patrem esse tantummodo datorem, sicut est Filius. Si vero Filius Spiritus Sancti auctor est, jam duo sunt principia unius personæ. Quod autem pluribus principiis opus habet ad exsistendum, vel *majus* erit eo, quod ex unico principio D esse habet (10), vel *æquale*, vel *minus*. Sed *æquale* esse non potest; alias esset illud quoque ex uno principio. Restat igitur, esse aut *majus* aut *minus*. Igitur etiam Spiritus sanctus aut major erit Filio (et ecce impiam innovationem: nemo enim illorum, qui contra Filium audacius insurrexerunt, hoc dicere ausus est); vel erit minor, et sic reviviscit

[16] Matth. v, 3.

Variæ lectiones et notæ.

(9) In nostro codice ascripta hic est ad margĭnem hæc alia lectio, τὴν μακαρίαν πτωχείαν μακαριζομένου τοῦ Πνεύματος, hoc est, *beatam paupertatem illius beatificati Spiritus.*

(10) Mingarellius hic vertit: *Aut majus erit, quam unum, quod exsistentiam habet*, inhærens scilicet codici suo, in quo deest particula ἐξ, *ex*, quam habet codex noster, ac necessariam hic esse, consideranti patet: instituitur enim comparatio inter eum qui ex *uno* principio tantum, et inter eum qui ex *duobus* principiis procedit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Macedonius. Si autem a Patre solummodo datur, ut a Filio, vel Spiritus sanctus erit absque omni principio ; et sic, ubinam Patris dignitas ? ac quomodo *proprietas* evasit communis ? Vel alium Spiritus Sancti auctorem perquiremus : sicque quaternitas (12) nobis introducetur personarum, et dualitas divinitatum, altera videlicet **518** illorum trium ; altera vero quarti illius introducti, qui nobis ex mira ista innovatione tua procedit. Præterea, si idem est *procedere* ac *dari*, quæro : quænam alia dictio significat modum, quo Spiritus sanctus esse habet a Patre ? Amplius : Si Pater major est Filio propterea quod auctor ejus sit, erit eadem de causa major etiam Spiritu sancto. Si vero etiam Filius auctor est Spiritus sancti, erit etiam pari modo major ipso. At ubinam tu reperisti, Filium dici majorem Spiritu sancto ? Ad hæc. Si Domini in discipulos *insufflatio* significat juxta vos, Spiritus sancti ab ipso *processionem*, quæ nempe est totius, ac non unius tantum doni, profecto tunc illis sanctum dedit Spiritum : ubi ergo, quod dixit : *Si ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos* [17] ? Rursus. Si tunc *Paracletus* datus est per *insufflationem*, et non tantum donum remissionis peccatorum (solet enim Scriptura etiam dona appellare *spiritus*) adventus, qui contigit die Pentecostes, vel fuit ejusdem Spiritus, et sic fuit superfluus, vel alterius, et hunc quis fuerit, inquiremus. Et hæc quidem a nobis in confirmationem *processionis* Spiritus sancti a solo Patre, dicta sunt.

A ποῦ τῷ Πατρὶ τὸ ἀξίωμα ; πῶς δὲ ἡ ἰδιότης κοινωνται ; Ἢ ἄλλον τούτου ζητήσομεν αἴτιον, καὶ τετρὰς (11) μὲν ἡμῖν εἰσαχθήσεται προσώπων, δυὰς δὲ θεοτήτων, ἑτέρα μὲν ἡ τῶν τριῶν, ἑτέρα δὲ ἡ τοῦ ἐπεισάκτου τετάρτου, δ; ἐκ τῆς θαυμαστῆς σου καινοτομίας ἡμῖν ἐκπορεύεται (12). Ἔτι, εἰ ταὐτὸν τὸ *ἐκπορεύεσθαι τῷ χορηγεῖσθαι*, ζητῶ, τίς ἑτέρα λέξις δηλοῖ τὸ, πῶς ἔστι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός; Ἔτι, εἰ τοῦ Υἱοῦ μείζων ὁ Πατὴρ τῷ αἰτίῳ, ἔσται καὶ τοῦ Πνεύματος τῷ αὐτῷ · εἰ δὲ καὶ ὁ Υἱὸς αἴτιος τοῦ Πνεύματος, ἔσται καὶ οὗτος μείζων αὐτοῦ. Καὶ ποῦ σοι τοῦτο ἐξεύρηται μείζονα τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος λέγεσθαι ; Ἔτι, εἴπερ ἡ τοῦ Κυρίου εἰς τοὺς μαθητὰς *ἐμφύσησις*, δηλοῖ τὴν ἐξ αὐτοῦ καθ' ὑμᾶς *ἐκπόρευσιν* τοῦ Πνεύματος, ἥτις ἐστὶν ὅλου B δηλαδὴ, οὐχ ἑνὸς χαρίσματος · τηνικαῦτα Παράκλητον αὐτοῖς δέδωκε · καὶ ποῦ τὸ, *Ἐὰν μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς* ; Ἔτι, εἰ αὐτὸς ὁ *Παράκλητος* ἐδόθη τότε διὰ τῆς *ἐμφυσήσεως*, ἀλλὰ μὴ τὸ χάρισμα τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν (οἶδε γὰρ ὁ λόγος καὶ τὰ χαρίσματα καλεῖν *πνεύματα*) · ἡ κατὰ τὴν Πεντηκοστὴν *παρουσία*, ἢ τοῦ αὐτοῦ, καὶ περιττή · ἢ ἄλλου Πνεύματος, καὶ ποῖον τοῦτο, ζητήσομεν. Ταῦτα μὲν οὖν παρ' ἡμῶν εἰς σύστασιν τοῦ *ἐκπορεύεσθαι* τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

7. Porro nonnemo ex antiquis sapientibus alia etiam, quibus nos ad præsentem orationem nullatenus usi sumus, illud Pauli ratum habentes, non oportere *super alienum fundamentum ædificantes, ex iis quæ parata sunt, gloriari* [18] : sed conandum, ut quod proferimus nostri proprium sit; si tamen quidpiam boni proprium habet nostra tenuitas, et non totum sit gratiæ. Audio vero et hodierno tempore nonnullos hac de re libros haud exiguos conscripsisse. Et fortasse illi *aurum*, et *lapides pretiosos* et *purpuram* [19] ad Dei tabernaculum attulerint : tu vero nunc accipe meæ crassitudinis *pelles*, quæ sin aliud, saltem *rubricatæ* [20] sunt ex divino Verbo, quod propter me crassum factum est (13) quique sanguinem effudit, ut mihi panderet cum alia mysteria, tum quæ ad Spiritum sanctum pertinent, et me *regalem* constitueret, et *unctum*, *obsignans*, et ungens *sanguine* [21], et Spiritu.

C ζ'. Εἴρηται δὲ καὶ ἄλλα τινὶ τῶν παλαιοτέρων σοφῶν, ὧν οὐδενὶ πρὸς τὸν παρόντα λόγον, συνεχρησάμεθα, τοῦτό γε κατὰ Παῦλον φρονήσαντες, τὸ, *μὴ ἐπ' ἀλλοτρίῳ θεμελίῳ οἰκοδομοῦντες, εἰς τὰ ἕτοιμα καυχᾶσθαι* · ἀλλ' εἴπερ ἄρα ὡς οἰκείῳ ἐμφιλοτιμεῖσθαι τῷ ὅλῳ, εἴ γέ τι οἰκεῖον ἀγαθὸν ἡ ἡμετέρα ἔχει ἀσθένεια, ἀλλὰ μὴ τὸ πᾶν ἦ τῆς χάριτος. Ἀκούω δὲ καὶ τῶν νῦν τινας πολύστιχα βιβλία περὶ τούτου συντάξαι τοῦ δόγματος, καὶ τυχὸν ἂν *χρυσὸν*, καὶ *λίθους τιμίους*, καὶ *πορφύραν* τῇ τοῦ Θεοῦ σκηνῇ συνεισήγαγον · ἀλλά σύ γε νῦν δέχου τὰ τοῦ ἐμοῦ *πάχους δέρματα*, εἰ μή τ' [*f.* τι] ἄλλο, τὸ γοῦν *ἐρυθρὸν* ἔχοντα ἐκ τοῦ δι' ἐμὲ παχυνθέντος Λόγου, καὶ τὸ αἷμα κενώσαντος, ἵνα ἐμὲ μυσταγωγήσῃ, τά τε ἄλλα καὶ τὰ περὶ τοῦ D Πνεύματος, καὶ *βασιλικὸν* δείξῃ, καὶ *χριστὸν*, *σφραγίσας*, καὶ χρίσας τῷ *αἵματι* καὶ τῷ Πνεύματι.

8. Quoniam vero de azymorum oblatione multis ingens est zelus, et igne, quod dici solet, ferventior, adeo ut vitam potius quam suam de istis opinionem desererent (sic enim nonnulli propriæ

η'. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τῆς προσφορᾶς τῶν ἀζύμων πολὺς ὁ ζῆλος τοῖς πολλοῖς, καὶ πυρὸς θερμότερος, ὃ δὴ λέγεται, καὶ πρότερον ἂν τὰς ψυχὰς πρόοιντο, ἢ τὴν περὶ τούτων δόξαν αὐτῶν παραλύσαιεν, οὐδέ

[17] Joan. xvi, 7. [18] Rom. xv, 20 ; II Cor. x, 16. [19] Exod. xxv, 3. [20] Ibid. 5. [21] II Cor. i, 21.

Variæ lectiones et notæ.

(11) Mingarellius hic vertit *monstrum personarum* ; in suo enim codice pro τετρὰς legit τέρας. Sed nostri codicis lectionem præferendam esse nullus dubito : perspicuum enim est, Theophylactum hoc sophismate suo concludere velle, ex dogmate nostro sequi, quatuor esse divinas personas et duas deitates.

(12) Cod. Bon., ἐκπεπόρευται.

(13) Nempe per assumptam carnem in incarnatione.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τινες (14) οἰκείῳ πάθει κατιχαρίζονται, ὃ *κρῖμα* καὶ *παγὶς τοῦ διαβόλου* Παύλῳ δοκεῖ · ἃ μὲν δεῖ πρὸς τούτους εἰπεῖν, ἐν ὑστέρῳ λέξομεν · τῶν μέν, τὸ ἄμετρον τοῦ ζήλου κολάζοντες · τοῖς δὲ, ταπεινὸν δεικνύντες τὸ ἀταπείνωτον. Πρὸς δὲ τοὺς Λατίνους οὐ τὴν *πρώτην παρεξηγησόμεθα τῶν ἀζύμων*, φάσκοντες εἶναι ταύτην, τὴν τοῦ μηνὸς *δεκάτην*, καθ' ἣν τὸ πρόβατον ἐλαμβάνετο. Οἴδαμεν γὰρ τὸν νόμον *πρώτην τῶν ἀζύμων* τὴν *ιε' ἡμέραν* λέγοντα · εἰς ἣν ἡ νὺξ ἐπεφώσκει τῆς *τοῦ πάσχα βρώσεως*. Ὅθεν καί τις τῶν παρ' ἡμῖν θείων διδασκάλων, ἐξηγούμενος τὴν παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ λεγομένην *πρώτην τῶν ἀζύμων*, *πρώτην*, φησὶ, *τῶν ἀζύμων* τῷ Ματθαίῳ, τὴν πρὸ τῶν ἀζύμων ἡμέραν λέγεσθαι, εἰδὼς μὲν τὸν νόμον κατὰ τῆς πόστης ἡμέρας τοὔνομα τίθησιν, ὡς δὲ καινόν τι τοῦτο παρὰ τοῦ εὐαγγελιστοῦ λεγόμενον ἐπισημαινόμενος. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν Κύριον παρεισάξομεν, ἢ μὴ τελέσαντα τὸ *πάσχα τὸ νομικὸν*, ὡς ἂν μηδὲ τῶν ἀζύμων μεταλαβόντα συναποδείξωμεν · ἢ τελέσαντα μὲν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ καιροῦ τοῦ τὴν *ζύμην* αἴροντος · ὥστε καὶ ἄρτον ζυμίτην εὑρίσκεσθαι. Ταῦτα γάρ τινες ἤδη καὶ τῶν ὑπὲρ λίαν ἐθάρρησαν. Οὔκουν αὐτός τινος τῶν οὕτω λεγομένων ἀνάξομαι (15) · οὐ γὰρ θέμις σπεύδειν συνιστᾷν ἐκ τοῦ ψεύδους τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια. Εἰ δὲ καὶ ἔστιν ἡ *ὁδὸς* καὶ ἡ *ἀλήθεια* ὁ Χριστὸς, οὔτε τῆς ὁδοῦ ἑκὼν εἶναι ἀποπλανήσομαι, οὔτε τῆς ἀληθείας τὸ μὴ ὂν καταψεύσομαι. Τίς οὖν ὁ ἐμὸς λόγος ; Φαγεῖν μὲν τὸ πάσχα τὸν Κύριον ἐν καιρῷ, καὶ ὅτε ἡ ὥρα ἐγένετο, ἑτοιμασθὲν αὐτῷ παρὰ τῶν μαθητῶν καὶ τοῦ οἰκοδεσπότου, κατὰ τὸ ἔθος δηλαδὴ, καὶ οὐκ ἄλλως (ἢ γὰρ ἂν ἐπεσημήνατο τὴν καινοτομίαν, τὸ Εὐαγγέλιον, ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα, οἷς τὸν νόμον ὑπεραναβαίνων ἐχρῆτο, οὐ μόνος αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ οἱ μαθηταί · οἷον, τὸ ἐν Σαββάτῳ *πηλὸν ποιεῖν*, τὸ κελεύειν *αἴρειν τὸν κράββατον*, τὸ *ψώχειν τοὺς στάχυας*, τὸ *τὸν ἄρτον ἐσθίειν ἀνίπτοις χερσί*) · φαγεῖν δὲ τὸ νομικὸν πρότερον, εἶτα καὶ τὸ μυστήριον τοῦ κατ' αὐτὸν Πάσχα παραδοῦναι τοῖς μαθηταῖς, δηλονότι, ὡς ἐκ τοῦ παρευρεθέντος ἄρτου · εὑρητο δὲ τηνικαῦτα ἄζυμος. Οὐ μὴν ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὁ ἄρτος ἄζυμος ἦν, τῆς ἀνάγκης τοῦ νόμου τουτο ποιούσης, ἤδη καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς ἐν Χριστῷ ἐλευθερίας καταπολαύοντες, ἄζυμον ἐξ ἀνάγκης ποθήσομεν, τὸν ζυμίτην ἀποῤῥαπίσαντες. Ἢ οὕτως (οὐ χεῖρον γὰρ καὶ τοιουτοτρόπως συμπλακῆναι τοῖς ἄλλον τρόπον περιεχομένοις τοῦ γράμματος), ἐπειδὴ τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, εἰκὸς, μᾶλλον δὲ καὶ πλεῖον τοῦ εἰκότος, εὐτελῆ τινα εἶναι, καὶ τυχὸν κρίθινον (οὐ γὰρ ἁβροδίαιτος οὗτ' ὁ ἑστιάτωρ, οὔθ' οἱ δαιτυμόνες · ἀλλὰ τῇ τε ἄλλῃ εὐτελείᾳ τοῦ βίου σύντροφοι, καὶ τῶν κριθίνων ἄρτων ἐθάδ[*f.* ἐθάδες], ἐξ ὧν καὶ χιλιάδες αὐτοῖς ἐτράφησάν,

passioni indulgent, quod *judicium, et laqueus diaboli* [22] Paulo censetur) : quæ quidem ad hos dicere oporteat, inferius declarabimus, ubi aliorum quidem zeli immoderantiam castigabimus ; aliis vero ostendemus, vile et abjectum esse, quidquid humilitate caret. Quoad Latinos attinet, non nos prave interpretabimur, **519** illis *primam diem azymorum* [23], dicentes hanc esse *decimam* mensis, qua sumebatur agnus. Novimus enim a lege *primam diem azymorum* dici *decimam quintam*, circa quam illucescit nox in qua *pascha comedebant* [24]. Quare et quidam ex nostris theologis exponens diem quæ ab evangelista *prima azymorum* dicitur, ait, *primam azymorum* a Matthæo dici diem quæ Azyma præcedit, sciens quidem ille, cui diei nomen istud lex imponeret, at insinuans, novo quodam sensu ab evangelista hoc dictum esse. At neque dicemus, Dominum vel *Pascha legale* non perfecisse, ut sic neque azymis usum esse ostendamus ; vel perfecisse quidem, sed ante diem qua *fermentum* exterminabatur, ut et tunc quoque panis fermentatus reperiretur. Hæc enim nonnulli nimis audacter dixerunt. At ipse nihil horum in medium afferam : neque enim fas est, velle mysteria veritatis mendacio confirmare : et ego sane, cum Christus Dominus sit *via* et *veritas* [25], neque a via sponte aberrabo, neque falsitati contra veritatem patrocinabor. Quæ igitur sententia mea est ? Dominum comedisse Pascha tempore et hora præscripta paratum sibi a discipulis et a domino domus, juxta consuetudinem, et non aliter (si enim quidquam præter legem hac occasione Dominus fecisset, novitatem ejusmodi adnotasset Evangelium, quemadmodum adnotavit alia quæ ipse legem supergrediendo peregit, et non solum quæ ipse, verum etiam quæ discipuli ejus peregerunt cujusmodi sunt, Sabbato *lutum facere* [26], jubere paralytico, ut *tollat grabbatum ; vellere spicas; non lotis manibus manducare* [27], etc.); comedisse vero legale Pascha prius, deinde mysterium Paschatis sui tradidisse discipulis, nempe ex pane, qui tunc repertus est, repertus autem est azymus. At non propterea quod panis ille azymus fuerit necessitate a lege inducta, nunc etiam nos, qui libertate in Christo fruimur, necessario azymum procurabimus rejecto fermentato. Si enim ita se res habeat (pari jure hoc modo argumentari possumus contra eos, qui aliter litteræ adhærent), quoniam verisimile, imo plus quam verisimile est, panem illum viliorem fuisse, et fortasse hordeaceum (neque enim delicati cibo erant convivator, neque convivæ, et alias frugalitati innutriti erant, et præsertim hordeaceis panibus assueti, ex quibus etiam

[22] I Tim. II, 6. [23] Matth. XXV, 17. [24] Exod. XII, 3. [25] Joan. XIV, 6. [26] Joan. IX, 6. [27] Matth. XII, 1 ; VI, 28.

Variæ lectiones et notæ.

(14) Chomatenus, οἱ δέ τινες καί.

(15) Cod. Bonon., ἀνέξομαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

aliquot hominum millia saturarunt, ut hinc discas, frugalitatem etiam prodigia operari), cur igitur etiam nunc, non talem quæremus panem, et præsentem similagineum procul ab altari amandabimus? quasi etiammodo Dominum audiremus dicentem: *Si offeratis similam,* **520** *frustra* [28]. Idem de calice dicere possumus, quoniam fortasse illud fuit vini aqua diluti, vel etiam vappidi (hoc ex alio sequitur, nec infra Dei humilitatem est): nunc vero vinum generosum et odoriferum sæpe offertur: anne ergo hoc quidem abjiciemus pretiosum; illud vero seligemus, quod frugalitatem redolet? Quid vero? etiamne ex Palæstina ipsum procurabimus, et ex eodem agro, ex quo illud erat, quod Domini calicem implebat? addam, si hoc non sit nugas congerere, etiam ex eadem amphora! (multa sane B et in his mentium imbecillitas). Quin etiam tu post cœnam, et recumbens bocce mysterium sumes, et cœnaculum etiam ad hoc requiras et alia quæ tunc quidem in usu erant temporis conditione ita exigente, nunc vero in aliam formam sunt translata, pietate ita præscribente ac fide.

9. Fortasse vero etiam quispiam legens in libro Actuum apostolorum multoties factam mentionem *fractionis panis*, idemque reperiens et apud Paulum, talem fuisse inferet panem tunc temporis mystice fractum, qualis et ad mensam communem prostabat, qui certe azymus non erat: hujus enim usus ad certas quasdam dies et sacrificia determinatus erat. Etsi vero hæc necessaria non sunt, (ponderant enim et in alteram partem) nihilominus plus mihi certe lanx tribuit, quod satis est ad victoriam: nam etiam cursor coronatur, qui unico passu aliis præcurrit. Verum amplius te persuadet multitudo orientalium sacerdotum Dei, et Hierosolymitanæ Ecclesiæ dignitas, a qua tanquam a fonte fides et apostolica traditio promanarunt; quæ etiam panem fermentatum offerre solet. Ad quid Orientales tibi dico, in quibus recte adnumeraveris et Indos et Æthiopes? respice, quæso, et ad *Ægyptum et partes* siticulosæ *Libyæ*, *quæ est circa Cyrenem* [29], et vide hic omnes idem sentientes, eidemque regulæ insistentes circa panes mysticæ propositionis. Verum et Corinthiorum Ecclesiæ panem expende, quam profecto non incusabis veluti non D servantem traditiones [30]: nam qui eas tradidit, eam ut servantem commendavit: cui refragari omnem excedit audaciam, ne te contristem dicendo, impietatem. Audis, bene novi, et Sardos tuos testimonium ferentes contra azymorum oblationem. Sed surdum te simulas. Ego autem et hos acute audio, et vetus adagium, *Domesticus testis*,

A ἵνα σὺ μάθῃς τερατουργὸν (16) τὴν εὐτέλειαν)· τί γοῦν κωλύει καὶ νῦν τοιοῦτον ζητοῦντες [*f.*-τας] ἄρτον, παρόντα τὸν σεμιδαλίτην τοῦ θυσιαστηρίου ποιεῖν ὑπερόριον; ὥσπερ καὶ νῦν ἀκούοντας τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἐὰν προσφέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον.* Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνο μὲν, οἶνου τυχὸν ἂν ἦν ὑδαροῦς, ἢ καὶ ἐκ τροπίου [*f.* ἐκτρ.], (ἀκολούθως τῇ ἄλλῃ οὐ κάτω Θεοῦ ταπεινότητι)· νῦν δὲ ἀνθοσμίας πολλάκις προσφέρεται· ἆρ' οὖν τοῦτον μὲν ἀποπεμψόμεθα τὸν πολύτιμον, ἐκεῖνον δὲ ἐγκρινοῦμεν τὸν τῆς εὐτελείας ἀπόζοντα, εἰ καὶ Παλαιστιναῖον ἀξιώσαιμεν εἶναι τοῦτον, καὶ τοῦδε τοῦ χωρίου, ἐξ οὗπερ ἦν καὶ ὁ τὸ τοῦ Κυρίου πληρῶν ποτήριον, εἰ δὲ μὴ λήρους ἐπισυνείρω, καὶ τοιοῦδε τοῦ κεραμίου (17). Πολλῆς ὄντως ταῦτα τῆς τῶν φρενῶν εὐτελείας. Ἤπου σὺ καὶ μετὰ τὸ φαγεῖν μεταλήψῃ τοῦ μυστηρίου, καὶ ἀνακείμενος, καὶ ἀνώων γε (18) ζητήσεις, καὶ τἄλλα, ὅσα τότε μὲν ἐτελεῖτο τῷ καιρῷ ἀπαιτούμενα, νῦν δὲ πρὸς ἄλλον τύπον μετεσχημάτισται, οὕτω τῆς εὐλαβείας νομοθετούσης ἡμῖν καὶ τῆς πίστεως.

θ'. Ἴσως δέ τις ἀκούων καὶ τῆς βίβλου τῶν Πράξεων, πολλαχοῦ μεμνημένης *κλάσεως ἄρτου*, εὑρίσκων δὲ ταυτὸ τοῦτο καὶ παρὰ Παύλῳ, τοιοῦτον εἶναι συλλογίσεται τὸν μυστικῶς τότε κλώμενον, οἷος καὶ πρὸς τὴν κοινὴν βρῶσιν προὔκειτο. Ἠσθίετο δὲ οὐ πάντως ὁ ἄζυμος· οὗτος γὰρ ῥηταῖς τισιν ἡμέραις καὶ θυσίαις ἀποκεκλήρωτο. Εἰ δ' οὐκ ἀναγκαῖα C ταῦτα (ῥέπει γόρ τοι καὶ ἐπὶ θάτερον), ἀλλ' ἔμοιγε, τὸ πλεῖον ἡ πλάστιγξ νέμει, ἐξ οὗ καὶ τὸ νικᾷν δίδοται, καὶ δρομεὺς δὲ στεφανίτης ἑνὶ βήματι προτερῶν. Καὶ πρός γε δυσωπείτω σε τὸ πλῆθος τῶν Ἑῴων τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν, καὶ τὸ τῆς [*f. add.* ἐν] Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας ἀξίωμα, ἀφ' ἧς ὡς πηγῆς ἡ χύσις τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως, ἧς καὶ τὸ τοὺς ἄρτους ζυμίτας προσφέρεσθαι. Τί τοὺς Ἑῴους σοι λέγω, ἐν οἷς εὐριθμήσεις [*f.* ἀριθμ.] τοὺς Ἰνδούς τε καὶ τοὺς Αἰθίοπας; Ἀπόβλεψόν μοι καὶ πρὸς τὴν *Αἴγυπτον*, *καὶ τὰ μέρη Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην*, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς διψητρᾶς· καὶ ὄψει πάντας τὸ ἓν φρονοῦντας, τῷ αὐτῷ κανόνι στοιχοῦντας περὶ τοὺς ἄρτους τῆς μυστικῆς προθέσεως. Ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς Κορινθίων D Ἐκκλησίας ἄρτον ἐπίσκεψαι, ἣν οὐ διαγράψῃ ὡς μὴ τὰς παραδόσεις κατέχουσαν. Ὁ γὰρ παραδοὺς ἐπήνεσεν ὡς κατέχουσαν· ὥπερ ἀντιψηφίζεσθαι, πᾶσαν ὑπερβάλλει αὐθάδειαν, ἵνα μὴ λυπήσω λέγων ἀσέβειαν. Ἀκούεις, οἶδ' ὅτι, καὶ Σαρδώων τῶν σῶν καταμαρτυρούντων τῆς τῶν ἀζύμων ἀναφορᾶς, ἀλλὰ προσποιῇ τὸν κωφεύοντα. Ἐγὼ δὲ καὶ τούτων ὀξέως ἀκούω, καὶ τῆς παλαιᾶς παροιμίας, *Οἰκοθεν*

[28] Isa. I, 3. [29] Act. II, 10. [30] I Cor. I, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(16) Cod. Bonon, τερατουργῶν. Quare vertit Mingarellius, *ut appareat, quanta essent frugalitate, vel dum prodigia parabant.*

(17) Cod. Bon. pro κεραμίου habet κεραμωές, unde Mingarellius hic vertit *ejusdem etiam figuli.* Lectio nostri codicis mihi magis arridet, quod non intelligo ad quid *figulus* hic nominari possit: anne enim vinum calicis Domini fuerit alicujus *figuli?*

(18) ἀνώγεων.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁ μαρτυς, ἐπιβοώσης, καὶ τὴν λευκὴν διδούσης ἐμοί. Τί τοίνυν τοῖ; τοσούτοις, ἐρῶ δὲ καὶ τηλικούτοις, ἀντινομοθετοῦντες, οὐδὲν ἁμαρτάνειν οἴεσθε, καὶ παρὰ τὴν συνήθειαν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τελοῦντες, τὴν ὀφρὺν αἴρετε; καὶ δέον συνυπαχθῆναι, ὑμεῖς δὲ συναπάγειν βιάζεσθε, καὶ κατηγορεῖτε ἡμῶν, τῶν, εἰ θελήσαιμεν, κατηγορησόντων ἂν δικαιότερον. Ἡμεῖς μὲν γὰρ εὐλαβούμεθα τούτου γε ἕνεκα πράγματα παρέχειν ὑμῖν, καὶ προσερεθίζειν τὸ φιλότιμον καὶ φιλόνεικον· ὑμεῖς δὲ οὐ φειδομένων οἴδατε φείδεσθαι.

ι'. Ἐπεὶ ἄλλως γε καὶ τὴν ἐν τοῖς Σάββασι νηστείαν ὑμῶν, εἰ βουλοίμεθα πικρῶς ἐξετάζειν, δείξομεν οὔτε ἀποστολικαῖς, οὔτε Πατρικαῖς διδασκαλίαις ἀκόλουθον. Οἵ τε γὰρ ἀπόστολοι, τῶν τὴν Κυριακὴν ἡμέραν, ἢ τὸ Σάββατον νηστευόντων, ἑνὸς ὑπεξῃρημένου, καταψηφίζονται, λαϊκῶν μὲν ἀφορισμὸν, κληρικῶν δὲ καθαίρεσιν. Καὶ οὐ δήπου παρεγγράπτους τούτους τοὺς κανόνας κρινεῖς, οὓς ἡ ἕκτη σύνοδος ἐσεβάσατο. Ἣ δογματιζούσῃ μὲν παρῆσαν οἱ τοῦ ὑμετέρου Ἀγάθωνος τοποτηρηταί· κανονιζούσῃ δὲ, ὁ Ὀτρυναίων Βασίλειος οὕτω πολὺς, ὡς πάσης τῆς καθ' ὑμᾶς συνόδου τὸν τόπον πληροῦν. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν Λαοδικείᾳ Πατέρες, οἷς καὶ αὐτοῖς ἡ ἕκτη πᾶσαν τιμὴν ἀποδέδωκεν, οὐ δεῖν εἶπον, ἐν Τεσσαρακοστῇ προσφέρειν ἄρτον, εἰ μὴ ἐν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ· οὐκ ἂν τοῦτο νομοθετήσαντες, εἰ τὸ Σάββατον νηστείας ἡμέραν ἤδεσαν. Ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ οὐ παραστοχαζόμεθα, καὶ τὰ γενέθλια τῶν μαρτύρων, εἴτουν τὰς μνήμας, οὐκ ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ τελεῖσθαι νομοθετοῦσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς Σαββάτοις καὶ ταῖς Κυριακαῖς· ἑορτῆς γάρ εἰσιν, οὐ κακώσεως, ἣν ἡμῖν ἡ νηστεία βούλεται· τί δὲ μαρτύρων μνήμης φαιδρότερον; Βούλει σοι καὶ βασιλικὸν (19) ἐπιδείξω ψήφισμα; Βασίλειος ἐκεῖνος, οὗ τὸ ἐν λόγῳ καὶ Πνεύματι κράτος, πᾶσαν ἐπίσχε τὴν γῆν, ἐν οἷς Περὶ νηστείας ὡμίλησε τῇ δι' αὐτὸν καὶῇ καὶ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ τῶν Καισαρέων, πενθήμερον τὴν νηστείαν ἀπαριθμούμενος, τὴν καθ' ὑμᾶς ἑξαήμερον παρεμβόλιμον ἀποδείκνυσιν. Ὥστε καὶ πρὸς ὑμᾶς, εὐστόχως ἂν τις τοῖς τοῦ Ἡσαΐου χρήσαιτο· *Οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει Κύριος.*

A inclamans, mihique album calculum tribuens. Quomodo igitur vos, dum tam multis, dicam etiam, tam magnis contrarium statuitis, nihil vos peccare existimatis, et præter Ecclesiarum consuetudinem facientes supercilium attollitis, et cum oporteret **521** vos cedere, nos vobiscum abducere conamini; nosque incusatis, qui, si hæc nobis esset voluntas, potiori jure vos accusare possemus? Sed nos quidem refugimus molestiam vobis hac de causa creare, vestramque ambitionem lacessere: at vos neque parcentibus parcere nostis.

10. Alias enim, si vestrum quoque Sabbaticum jejunium severius discutere nobis lubitum esset, ostendere utique possemus, illud nec apostolorum, neque Patrum doctrinæ consentaneum esse. Nam B et apostoli contra eos qui Dominicam, vel Sabbatum, (uno excepto) jejunaverint, si laici quidem sunt, excommunicationem, si vero clerici depositionem decernunt. Neque vero supposititios hosce canones recte judicabis, quos sexta synodus venerata est; cui quidem dogmata condenti interfuerunt Agathonis vestri legati; canones autem sancienti adfuit incitator episcopus Basilius tantæ auctoritatis, ut integræ vestræ synodi locum impleret. Verum et concilii Laodiceni Patres, quibus etiam sexta synodus honorem detulit omnem, non oportere sanxerunt in Quadragesima offerre panem, præterquam in Sabbato, et Dominica: quod sane non præscripsissent, si Sabbatum tanquam jejunii diem agnovissent. Quod vero ita sese res habeat, et nos non male conjectemur, argumento est, C quod etiam natalitia martyrum, sive memorias in Quadragesima celebranda non esse, sanxerunt, præterquam in Sabbatis et Dominicis: ea enim festivitatis, seu lætitiæ sunt, non afflictionis, quam a nobis exigit jejunii dies: quid vero martyrum memoria lætius? At vero vis etiam, ut regium tibi suffragium proferam. Basilius ille, cujus in verbo, et Spiritu virtus omnem obtinuit terram, in suis De jejunio sermonibus ad Cæsariensem nobilem magnamque propter ipsum Ecclesiam, quinario dierum numero jejunium in hebdomada definiens, senarium vestrum numerum illegitime insertum esse demonstrat. Quare in vos quispiam illud Isaiæ usurpare posset[21]: *Jejunium istud ego non elegi, dicit Dominus.*

ια'. Ἃ μὲν οὖν ἔδει πρὸς τοὺς Δυτικοὺς εἰπεῖν τὸν ἀληθῆ καὶ μαθητὴν, καὶ διδάσκαλον, περί τε τῶν ἀζύμων καὶ τῆς ἐν Σαββάτῳ νηστείας, κατὰ τὴν δύναμιν ἡμῖν εἴρηται. Ἀξιώσειε δ' ἂν τις λόγου καὶ τὸ περὶ τοὺς γάμους αὐτοῖς, ὡς δοκεῖ, πλημμελούμενον. Ἐμοὶ δὲ οὐ σχολὴ τὴν καμήλιναν κινεῖν, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι παρ' ἐκείνων ἡμῖν ὁ γάμος τῶν ἱερωμένων ἐγκαλεῖται, καὶ οὐ μόνος οὗτος, ἀλλ', ὥς φασι, καὶ ἄλλα δυσεξαρίθμητα. Τοιοῦτον γὰρ ἡ φιλονεικία, περὶ τὰ ὄντα τυφλὸν, περὶ τὰ μὴ ὄντα

D 11. Jam vero, quæ ad Occidentales a veritatis et discipulo et magistro, cum de azymo, tum de jejunio Sabbati dicenda sunt, jam pro virili mea satis exposui. Operæ vero pretium quispiam putabit esse, ut de eo etiam, quod circa connubia ii peccare videntur, sermo habeatur. Verum mihi minime lubet, camerinam hanc movere, cum aliis de causis tum quod ab illis sacerdotum nostrorum connubia reprehenduntur; et quidem non ea solum, sed et alia quæ, ut inquiunt, haud facile numerari

[21] Isa. LVIII, 5.

Variæ lectiones et notæ.

(19) Alludit ad nomen *Basilii*, quod Græce idem est ac *regius*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

possunt. Sic enim se habet ambitiosus vincendi amor : circa ea quæ sunt (seu recte facta) cæcus est ; circa quæ non **522** sunt, (seu defectus,) linceus. Quando igitur hos defendendos suscipiemus a criminibus quæ nobis objiciuntur, tunc etiam de connubiis disserere opportunum erit, et inquirere an illi, vel nos circa illa peccemus, vel utrique recte agamus, juxta diversum scopum quem nobis præfigimus. Reliquum vero est, ut moneamus populares nostros, qui *zelum quidem habent, sed non secundum scientiam* [32], et eos qui, quod gravius est, ex cæco sui amore Christi corpus dilacerant. Et primo quidem ad simpliciores verba faciemus.

12. Non omnia ab omnibus sunt exigenda, o fratres ; quemadmodum neque omnia omnibus condonanda : at si quæ sint, quibus non constitutis, magnum in rebus capitalibus infertur detrimentum, his manibus pedibusque, ut dicitur, insistendum, ac tanquam quoddam vectigal inexorabiliter exigenda, scientes ex horum pensitatione haud modicam rebus afferendam esse utilitatem. Quorum vero nec multum nocet absentia, et si violentius procurentur, damna imminent majora ; ea relinquere uti se habent, hominis est judicio pollentis, et negotiationis callentis leges, quibus præscribitur magnis parva, non minimis maxima commutare. Idem a medicis in corporum curatione observari video. Ii enim, cum cerebrum, aut cor, vel jecur male affecta sunt, omnem adhibent diligentiam cum in victus qualitate, tum in usu medicamentorum, aliquando etiam, arte non proficiente, ad naturales antipathias confugiunt, et incantamenta quoque submurmurant : quin et collectionem aliquam multi generis materiarum patienti applicant, et non magis ab ipso illa pendere faciunt, quam ipsi ab eorum adjumento pendeant. Et quamquam videant aliquod ex minus principalibus membris ejusmodi curatione lædi, parvi vel nihili id faciunt, licet alias quam maxime cuperent, et illam corporis partem optime se habere : at, si utrumque obtinere non possunt, minus malum eligunt præ majore. Eamdem quoque methodum in præcipuis ignobiliorum membrorum infirmitatibus servant. Nam si aliquo illorum ægrotante, ex illius curatione quodpiam ex nobilioribus damno affici perspexerint, confestim ab eo curando desistunt. Hoc item in pulcherrimo Ecclesiæ corpore ab iis qui illius curam habent, servandum. Si enim fides ac dogmata læsa fuerint, dignum censeo, ut omnem ad horum curationem impendant studium et verbis et factis morbi causas impugnando. Postquam vero propria medicamenta adhibuerint, imo antequam ea adhibeant, veram e cœlo deposcant antipathiam, et incantationem, quæ omnia potest, admurmurent Jesu Christi nomen, qui *portavit infirmitates nostras, morbos nostros tulit, et languorem omnem sanavit* [33], qui **523** est Verbum Dei,

[32] Rom. x, 2. [33] Isa. LIII, 4.

A ὀξυδερκές· τὸ μὲν κατορθώματα, τὸ δὲ, ἐλαττώματα. Ὅτε τοίνυν ἀπολογεῖσθαι τούτοις καιρὸς πρὸς τὰ καθ' ἡμῶν ἐγκλήματα, τότε καὶ περὶ τοῦ γάμου λέγειν καιρὸς, εἴτ' ἐκείνοις εἴθ' ἡμῖν ἁμαρτάνεται, εἴτε καὶ ἀμφοτέροις ἔχει καλῶς πρὸς τὸν σκοπὸν ὃν ἕκαστοι τοῦ πράγματος προϊστάνομεν. Λοιπὸν δὲ νουθετῆσαι καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἡμετέρων, ὅσοι *ζηλοῦσι μὲν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν*, καὶ ὅσοι, τὸ δεινότερον, ὑπὸ φιλαυτίας τὸ Χριστοῦ σῶμα σπαράττουσι. Καὶ πρότερόν γε, πρὸς τοὺς ἁπλουστέρους τὸν λόγον ποιήσομαι.

ιβ'. Οὐ πάντα πάντας ἀπαιτητέον, ἀδελφοι, ὥσπερ οὐδὲ πᾶσι πάντα συγχωρητέον· ἀλλ' ὅσα μὲν μὴ B καταβαλλόμενα φέρει τὴν ζημίαν ἐπὶ τὰ καίρια, τούτων ἀνθεκτέον καὶ χερσὶ καὶ ποσίν, ὅ λέγεται, καὶ ὥς τινα φόρον εἰσπρακτέον ἀπαραιτήτως, εἰδότας τὴν τούτου συντέλειαν οὐ μικρὰν εἰσφέρουσαν τοῖς πράγμασι λυσιτέλειαν. Ὅσα δὲ μήτε τῇ ἀποστερήσει ζημιοῖ μεγάλα, κἂν προσβιασθεῖεν ὥστε κερδανθῆναι ζημιώσει τὰ μέγιστα, ταῦτα καταλείπειν ἔχειν ὡς ἔχει, ἀνδρὸς κριτικοῦ, καὶ τοὺς τῆς πραγματείας εἰδότος νόμους, μεγάλων ἐλλατωμένους [*sic* ἁλλαττομ.] μικρὰ, ἀλλὰ μὴ τῶν ἐλαχίστων τὰ μέγιστα. Οὕτω κἂν ταῖς τῶν σωμάτων θεραπείαις, ὁρῶ τοὺς ἰατροὺς κρίνοντας· ἐγκεφάλου μὲν, ἢ καρδίας, ἢ ἥπατος πασχόντων, πᾶσαν εἰσφέροντας ἐπιμέλειαν ἔν τε διαίτης τρόποις καὶ φάρμακείαις· ἔστι δ' ὅτε, τοῦ τῆς τέχνης λόγου μηδὲν C ἀνύοντος, ἐπὶ ἀντιπαθείας φυσικὰς μεταβαίνοντας, καὶ ἐπῳδὰς ὑποβαρβαρίζοντας, καί τινα συρφετὸν πολυειδῶν ὑλῶν τῷ κακῶς ἔχοντι προϊάπτοντας [*sic* περιάπτ.], καὶ οὐ μᾶλλον ἐκείνου ταῦτ' ἐξαρτῶντας, ἢ αὐτοὺς τῆς τούτων βοηθείας ἐξαρτωμένους. Κἂν τι τῶν ἀκυρωτέρων ὁρῶσιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπιμελείας βλαπτόμενον, σμικρὰ τούτου, ἢ οὐδ' ὅλως φροντίζοντας· καὶ μάλιστα μὲν εὐχομένους κἀκεῖνο τὸ μέρος τοῦ σώματος ἀμέμπτως ἔχειν καὶ ὑγιῶς· εἰ δ' ἀμφότερα μὴ ἐνδέχεται, τὸ μεῖον κακὸν προαιρουμένους τοῦ μείζονος· κἂν ταῖς πρωτοπαθείαις δὲ τῶν ἀκυρωτέρων, τὴν αὐτὴν κρίσιν φυλάττοντας. Καὶ γάρ τινας τούτων νενοσηκότας, ἐπ' ἰδ' ἂν τὴν θεραπείαν ποιούμενοι κατασκέ- D ψωνταί τι τῶν κυριωτέρων ἐνταῦθα κακοπραγοῦν, τοῦ θεραπεύειν ἀφίστανται. Ταὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ καλοῦ τῆς Ἐκκλησίας σώματος τηρητέον τοῖς τούτου θεραπευταῖς. Οὓς τῆς πίστεως μὲν κακῶς πασχούσης καὶ τῶν δογμάτων, ἀξιῶ πᾶσαν εἰσφέρειν πρὸς τὴν θεραπείαν σπουδὴν, καὶ λόγοις καὶ ἔργοις πρὸς τὰς νοσοποιοὺς αἰτίας ἐνισταμένους, καὶ μετὰ τοῦ τὰ οἰκεῖα εἰσφέρειν, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τούτου τὴν ἄνωθεν ἐξαιτεῖσθαι τὴν ἀληθινὴν ἀντιπάθειαν, καὶ τὴν πάντα ἰσχύουσαν ἐπῳδὴν ἐπιλέγειν τὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα, ὃς *τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἦρε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἰάσατο*· ὅς ἐστι Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ σο-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φία, καὶ δύναμις, καὶ χεὶρ δεξιὰ καὶ βραχίων, καὶ ὅσα ἄλλα θείας ἐπιστήμης καὶ ἰσχύος ὀνόματα. Τῆς δὲ τοιαύτης θεραπείας μὴ εὐοδουμένης διὰ τὸ τῆς νόσου δυστράπελον καὶ κακόηθες, ἃς ὁ Παῦλος γαγγραίνας καλεῖ, ἐνταῦθα παραληπτέον τὸν τῆς ἀκοινωνησίας, ἢ τοῦ ἀναθέματος σίδηρον, ἢ τὴν καῦσιν, ἢ τὴν τομὴν ἐνεργήσοντα, ἵνα μὴ *νομὴν* ὁ πονηρὸς λόγος ἕξει, καὶ τῶν τέως ὑγιῶν ἐπιλάβηται. Οὕτως ὁ τεχνίτης ἐκεῖνος ἰατρὸς τὰς κατ' αὐτὸν γαγγραίνας ἐχειρίσατο, τοὺς μὲν *παραδοὺς τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν*, τοὺς δὲ παρὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν *εὐαγγελιζομένους*, ὑποβαλὼν *ἀναθέματι*, κἂν τῶν δοκούντων ὦσι, κἂν ἀξιωματικώτερον ἔχωσι. Τοῦτο γὰρ αὐτὸ βούλεται ὁ *ἄγγελος* τῷ λόγῳ ἐπεισαγόμενος.

A et sapientia, et virtus, et manus dextera, et brachium, et quæcumque alia divinæ scientiæ et fortitudinis nomina. Quod si hujusmodi curatio haud feliciter procedat propter morbi contumaciam et malignitatem (quæ Paulus gangrænas vocat [36]), tunc arripiendum separationis, vel anathematis ferrum, quod vel exustionem, vel præcisionem efficiat, ne *pabulum* error habeat, et membra, quæ hactenus sana fuere, corripiat. Hoc modo sagax ille medicus sui temporis gangrænas tractavit, quosdam quidem *tradens Satanæ, ut discerent non blasphemare* [35]; alios vero, qui contra ipsius doctrinam *evangelizabant*, subjiciens *anathemati* [36], tametsi personæ spectabiles ac in dignitate constitutæ forent. Hoc enim significatur per *angelum* ab eo in sermonem inductum.

B

ιγ'. Καὶ τοῖς Δυτικοῖς τοίνυν, εἴ τι μὲν περὶ τὸ δόγμα διαμαρτάνεται, τὴν Πατρικὴν πίστιν σαλεῦον, οἷον δὴ τὸ ἐν τῷ Συμβόλῳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος προστιθέμενον, ἔνθα καὶ ὁ κίνδυνος μέγιστος, τοῦτο μὴ διορθώσεως ἀξιούμενον, ὁ συγχωρῶν ἀσυγχώρητος, κἂν ἀπὸ τοῦ θρόνου τοὺς λόγους ποιῶνται, ὃν ὑψηλὸν ὑψηλοὶ *προτιθέασι* (20), κἂν τὴν τοῦ Πέτρου ὁμολογίαν *προβάλλωνται*, κἂν τὸν ἐπ' ἐκείνῃ μακαρισμὸν ἐπιφέρωσι, κἂν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας ἡμῖν ἐπισείωσιν· οἷς ὅσῳ τιμᾷν ἐκεῖνον δοκοῦσι, τοσοῦτον ἑαυτοὺς ἀτιμάζουσι, ἃ ἐκεῖνος ἥδρασεν, αὐτοὶ καταλύοντες, καὶ τοὺς θεμελίους ὑποσπῶντες τῆς Ἐκκλησίας, ἣν ἐκεῖνος ἀνέχειν πιστεύεται. Ἐνταῦθά μοι μαχητής, ὁ τἆλλα πραΰς, *περίζωσαι* τὴν τοῦ Πνεύματος μάχαιραν, χρῆσαι τῷ ῥήματι τοῦ Θεοῦ, τῷ *μερίζοντι σάρκα καὶ πνεῦμα*, τῦφον κοσμικὸν, καὶ θεῖα μυστήρια, καὶ κριτικῷ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ σφαλερῶν ἐνθυμήσεων· ἀποκέντησον ὡς Λευΐτης καὶ Θεοῦ λειτουργὸς τοὺς μαχοποιοῦντας (21) τὰ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀναπλάσματα, καὶ προτιθέντας τὴν κεφαλὴν εἰς προσκύνησιν καὶ πάντας ὑποπίπτειν ἀξοῦντας τῷ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματι.

13. Igitur Occidentalibus, si quidem circa aliquod dogma errent, quod Patrum fidem lædat, cujusmodi est additamentum illud in Symbolo, ubi et periculum est maximum, qui hoc minime correctum condonat, ipse venia est indignus, etiamsi ex throno, quem sublimem sublimes cæteris præponunt, verba faciant; etiamsi Petri confessionem proferant; quamvis claves regni cœlorum nobis quatiant: quibus quanto honorare ipsum putant, tanto se dehonorant, cum, quæ ille constituit, ipsi dissolvant et fundamenta subruant Ecclesiæ quæ illi sustinenda concreditur (22). Hac in re, si quis es pugnator alias mitis, succinge gladium spiritus, utere verbo Dei, quod dividit carnem et *spiritum*, tumorem mundanum et divina mysteria, ac damnat fallaces hominum cogitationes: punge et feri sicut Levita et Dei minister, eos, qui pro cogitationum suarum figmentis bellum gerunt et caput adorationi proponunt, et omnes succumbere volunt imperii sui auctoritati.

C

ιδ'. Ἂν δὲ τοῦ δόγματος αὐτοῖς εὐθετηθέντος, καὶ τῆς καινοτομίας ὑπεκστάσης τοῖς πρεσβυτέροις, τὰ περὶ τῶν ἀζύμων καὶ τῶν νηστειῶν ἐγκάλπια στέργηται, καὶ ἀποπηδῶσιν ἡμῶν αἰτούντων ἐν τῷ τῆς πραότητος Πνεύματι τὸ καὶ ἐν τούτοις ὁμόγνωμον· γενοῦ *Παῦλος ἐν τούτῳ τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον γαινόμενος, καὶ τοῖς ἐσχὴν ἔχουσι συναγνιζόμενος καὶ ξυρόμενος*, καὶ πρὸς τὰς θυσίας τοῦ ἁγνισμοῦ *δαπανώμενος*, καὶ *περιτέμνων Τιμόθεον*, ὁ *τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην ἡγησάμενος σκύβαλα*· ὁ Γαλάτας *περιτεμνομένοις*, *ἄχρηστον* ὑποδεικνὺς τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ τῆς εἰς τοῦτον

14. Si vero eo dogmate recte constituto, ac novitate sublata, presbyteri eorum azyma et jejunia sua impensius adament ac recusent, tametsi nos in mansuetudine Spiritus postulemus, in istis quoque nobiscum concordes fieri; in hoc tu esto [37], *Paulus, qui iis, qui sub lege erant, quasi sub lege esset, factus est, et cum votum habentibus se purificavit, et rasit*, et pro sacrificiis purificationis *impendit*, seu sumptus fecit, et *Timotheum circumcidit* (tametsi ipse *justitiam, quæ ex lege est*, arbitraretur, *ut stercora* [38]): qui Galatis enuntiavit Christum, si *circumciderentur, nihil profuturum* [39]. Ut quid

D

[31] Tim. I, 17. [35] Tim. I, 10. [36] Galat. I, 18. Philipp. III, 6, 8. [39] Galat. V, 2. [37] I Cor. IX, 24; Act. XXI, 23, 24. [38] Act. XVI, 3;

Variæ lectiones et notæ.

(20) Cod. Bon., προστιθέασι. Textus a Chomateno aliatus cum nostro apographo omnimode consentit.

(21) Cod. Bonon. pro μαχοποιοῦντας habet μασχοποιοῦντας: unde Mingarellius vertit, *qui e propriarum cogitationum figmentis quasi vitulum conflant*. Quæ si vera lectio est, ut est sane probabilis, allusio fit ad *vitulum* ab Hebræis in deserto conflatum.

(22) Verti etiam potest *quam ille creditur sustinere*, ut vertit Mingarellius; qui etiam adnotat, *his verbis Romani pontificis primatum aperte indicari*. Idem ante ipsum adnotaverat cl. auctor Dissert. præviæ in hanc editionem, n. 98.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

vero lucraretur hac arte? Nempe innumeros illos fideles Ecclesiæ Hierosolymitanæ, atque **524** procellam contra Evangelii prædicationem apparentis dissensionis causa excitatam sedaret. Sic etiam navium gubernatores faciunt : laxare enim solent funes, ut vela naufragium minantia evacuent, et simul cum navi salvum fiat ejus onus. Simile quid ars gubernatoria tua a te postulat, ut nempe non omnia urgeas, et præsertim, cum nimius flat ventus arrogantiæ et ethnicæ existimationis. Præstat hoc in casu remittere et laxare prudenter, et navigationem facere tarditate incolumem potius quam festinationem lethalem; et navim cursus imminutione servare potius, quam ejus immodicitate naufragium facere. Sane enim pulcherrimum quidem foret fidelium corpus, si præter integritatem membrorum, haberet etiam in capillis, et unguibus venustatem, tanquam corpus *filiæ Regis*, ac *sponsæ Christi, speciosi præ filiis hominum* [40], et completi et perfecti, ac similem sibi adjungere expetentis. Attamen pulchrum etiam est, si nullum membrum ei desit, ac præsertim oculi (quibus Trinitatis solem intuemur, et per eum etiam alia, quibus ad confirmationem Spiritus indigemus), etiamsi capilli et ungues reliquæ pulchritudini non respondeant; sed ii quidem paulo nigriores sint, et non similes capillis regis *David*, qui *rufus erat et pulcher aspectu* [41]; neque sicut capilli *fratris sponsæ*, qui erat *candidus et rubicundus* [42] : isti vero, seu ungues vel nimium prominentes, vel justo breviores sint : unde parvæ festucæ vel nullo modo, vel minus commode capi possint. Tu non propter ista reliquum despicies corpus; sed potius neque respicies ista, voluptatem ex aliis capiens, et in illorum pulchritudinem ita defixos tenens oculos, ut neque nictent aliorsum. Sic et magis fervebis Spiritu, et Domino famulaberis velut *servus bonus et fidelis* [43], si Dominicæ domus curam habueris : habebis autem curam, si non patieris eam detrimentum pati : detrimentum autem ea patietur, si parum plena fuerit : parum vero plena est, dum nos conservos persequimur : persequimur autem, cum erga illos obdurescimus : obdurescimus vero, cum non indulgemus. Indulgeamus igitur, neve simus duri : si non duri erimus, fratres *suscipiemus* [44] : suscipientes autem Domini domum replebimus : replentes vero, eam ditiorem faciemus : ditantes autem, benevolentiam nostram de-

πίστεως ὄνομα ἵνα τι κερδάνῃ, τεχνώμενος ἐκείνας τὰς μυριάδας τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ Ἐκκλησίας, καὶ στήσῃ τὸν τοῦ κηρύγματος (23) σάλον, διὰ τῆς δοκούσης διαφωνίας ἐπεγειρόμενον. Οὕτω καὶ κυβερνῆται ποιῶσιν [*f.* ποιοῦσιν], ἐνδιδόντες τὸν πόδα, ἵνα τὸ ἱστίον βάπτον ἀποκενώσωσι, καὶ συνδιασωθῇ τῇ νηῒ τὸ πλήρωμα. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀπαιτεῖτο παρὰ τῆς σῆς κυβερνητικῆς, μὴ πάντα ἐντείνειν καὶ μάλιστα ὅπου περιττὸν τὸ πνεῦμα τοῦ τύφου, καὶ τῆς ἐθνικῆς οἰήσεως· ἀλλὰ χαλᾷν ἐπιστημόνως, καὶ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν μετὰ τῆς βραδυτῆτος βιώσιμον, ἢ μετὰ τῆς ταχυτῆτος θανάσιμον· καὶ πλοῦν φυλάττειν διὰ τῆς ὑφέσεως, ἢ διὰ τοῦ ἀπαχωρήτου [*f.* ἀπαραχ.] τιθέναι ναυάγιον. Κάλλιστον μὲν γὰρ εἰ τὸ σῶμα τῶν πιστῶν, μετὰ τοῦ ἀρτιμελὲς εἶναι, καὶ τῶν τριχῶν εὖ ἔχοι καὶ τῶν ὀνύχων, ὡς σῶμα *θυγατρὸς βασιλέως, νύμφης Χριστοῦ, τοῦ ὡραίου κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*, καὶ πλήρους, καὶ ἐντελείου [*f.* -λοῦς], καὶ ἡδέως ἁρμοζομένου τὸν ὅμοιον· καλὸν δὲ καὶ εἰ μηδενὸς μὲν λείποιτο μέλους, καὶ μάλιστα ὀφθαλμῶν (οἷς ὁρῶμεν τῆς Τριάδος τὸν ἥλιον, καὶ διὰ τούτου καὶ τἆλλα ὧν πρὸς σύστασιν τοῦ Πνεύματος χρῄζομεν)· αἱ τρίχες δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ὄνυχες, οὐ κατὰ τὸ λοιπὸν κάλλος· ἀλλ' αἱ μὲν, βραχύ τι μελάντεραι, καὶ οὐ κατὰ τὰς τοῦ βασιλέως Δαβὶδ (ὃς ἦν *πυῤῥάκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν*), εἴτουν τὰς *τοῦ ἀδελφοῦ τῆς νύμφης τοῦ λευκοῦ καὶ πυροῦ* [*f.* πυῤῥοῦ]· οἱ ὄνυχες δὲ ἢ ὑπερέχοντες, ἢ ἐλλείποντες, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοῖς τὰ μικρὰ κάρφη, ἢ μηδόλως, ἢ ἀδεξίως περιλαμβάνεσθαι. Οὔκουν διὰ ταῦτα καταφρονήσεις τοῦ λοιποῦ σώματος· ἀλλὰ τοὐναντίον οὐδὲ ὄψει ταῦτα, τοῖς ἄλλοις ἐντρυφῶν καὶ πρὸς τὸ ἐκείνων κάλλος πεπατταλευμένος τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς μηδὲ νεύειν ἑτέρωσε. Οὕτως ἂν μᾶλλον καὶ ζέοις τῷ Πνεύματι, καὶ τῷ Κυρίῳ δουλεύοις *δουλείαν ἀγαθοῦ καὶ πιστοῦ*, εἰ τοῦ Δεσποτικοῦ οἴκου φαίνῃ κηδόμενος· κήδοιο δ' ἄν, εἰ μὴ ἀνέχῃ ζημιουμένου· ζημιοῦται δὲ, ὅταν ὀλίγον ἔχῃ τὸ πλήρωμα· ἔχει δ' ὀλίγον, ὅτε τοὺς συνδούλους διώκομεν· διώκομεν δὲ, ὅτε πρὸς αὐτοὺς σκληρυνόμεθα· σκληρυνόμεθα δὲ, ὅτε μὴ συγκαταβαίνομεν. Συγκαταβῶμεν οὖν, μὴ φανῶμεν σκληροί· μὴ σκληρυνόμενοι γὰρ, *προσληψόμεθα*· προσλαμβάνοντες δὲ τὸν τοῦ Κυρίου οἶκον πληρώσομεν· πληροῦντες δὲ, πλουσιώτερον ἐργαζόμεθα· πλουτίζοντες δὲ, τὴν εὔνοιαν δείξομεν· ἐκ δὲ τῆς [*f.* ταύτης], *ἀγαθοὶ δοῦλοι* μαρτυρησόμεθα, *καὶ πιστοί*· ἐκ δὲ

[40] Psal. XLIV, 3. [41] I Reg. XVII, 42. [42] Cant. V, 10. [43] Matth. XXV, 21. [44] Rom. XV, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(23) Cod. Bonon. pro κηρύγματος mendose habet κηρύματος. Doctissimus Mingarellius facile vidit legendum esse κηρύγματος, ut habet codex noster : sed neque hanc lectionem sibi satisfacere subdit. Cur ita vero, non pandit. Ipse non video quid eam impetere possit : nam sensus, ut ego quidem verti, recte procedere videtur. Cum enim *Hierosolymis millia essent in Judæis, qui credidissent*, ut inquit Jacobus ad Paulum (Act. 21, 22) *et omnes æmulatores essent legis*, ipsi tumultum ciebant contra prædicationem Pauli, quoniam de illo audierant, *quod discessionem doceret a Moyse eorum, qui per gentes erant, Judæorum.* Ad eum tumultum sedandum Jacobus suasit Paulo ut *cum votum habentibus purificaretur* : quod et Paulus fecit. Cæterum Mingarellius, voce illa abjecta, ita vertit, *tumultumque ob dissensionem, quæ in speciem erat, excitatum compesceret.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τούτου, εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου εἰσαχθησόμεθα. Ὁρᾷς ποῖ φέρουσα ἡμᾶς ἡ συγκατάβασις ὑψωσεν;

ιε'. Οὐ τοίνυν, οὔτε περὶ τῶν ἀζύμων, οὔτε περὶ τῶν νηστειῶν ἀντισκληρυνθησόμεθα τῷ ἀκαμπεῖ τοῦ ἔθνους φρονήματι. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὀστράκῳ συγκολλᾶν ὄστρακον, μηδὲν εἴδους ὑγροτέρου παρεντιθέντας· ὅπερ ἐγένετ' ἂν ἴσως ἐχέκολλον. Θύδε πολλοῦ δεῖ περὶ τῶν ἀπηριθμημένων λοιπῶν, ἅπερ ὁμολογοῦντες καὶ αὐτοὶ τηρεῖν, ἐκτὸς τῆς πνικτογαγίας (ταύτης γὰρ οὐδὲ τοὔνομα τοῖς Λατίνοις σώφροσιν ἀνεκτὸν, ὥσπερ οὐδὲ παρ' ἡμῖν τὸ τῆς λῃστείας, ἢ πορνείας· κἂν εἰ θηριώδεις, καὶ κτηνώδεις, ταῦτα ἐπιτηδεύωσι), δοκοῦσι πολλοῖς ἀσύγγνωστα σφάλλεσθαι. Ὧν μὴ συντίθεσθαι τοῖς λόγοις, ἀνδρός ἐστιν, ὡς οἶμαι, ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἱστορίαις ἐγγυμνασθέντος, καὶ μαθόντος, ὡς οὐ πᾶν ἔθος ἀποσχίζειν Ἐκκλησίας ἰσχύει, ἀλλὰ τὸ πρὸς διαφορὰν ἄγον δόγματος. Ἔθη δὲ πάντως καὶ ταῦτα τὰ παρὰ τοῖς θαυμαστοῖς κριταῖς σφάλματα· τὰ μὲν, ἐξ εὐλαβείας, ὡς τὸ προσάγειν τοὺς ἀσπασμοὺς τοῖς θείοις ἐδάφεσι (μὴ γὰρ δὴ παραδεξόμεθα (24) τὴν σατανικὴν ἐκείνην συκοφαντίαν, ὡς ἄρα Λατίνοις οὐ παραδεκτέα ἡ τῶν εἰκόνων προσκύνησις)· τὰ δὲ ἐξ οἰκονομίας οἰκοδομούσης ἀσθένειαν, τάχα μὲν καὶ ψυχῆς, πάντως δὲ τὴν σωματικὴν, ὡς τὸ τοὺς πρώτους ἐν ταῖς νόσοις μεταλαμβάνειν κρεῶν, καὶ τοῦτο κεκολασμένως καὶ τῷ ὄντι πνευματικῶς. Εἰ δέ τινες αὐτὸ χυδαιοῦσι ταῖς ἀδιαφορίαις, ἕτερος οὗτος λόγος (25), οὐ πρὸς τοὺς πρώτους τοῦτο κατὰ λόγον οἰκονομήσαντας, καὶ ἄλλα κατ' ἄλλους τινὰς λόγους ἐμπαγέντας (26) ταῖς Δυτικαῖς Ἐκκλησίαις· ὧν οὐδὲν διασπᾷν ἡμᾶς δύναται, οὐκ ἦν γε τοὺς κρίνοντας ἔχῃ, τὴν ψῆφον φέροντας (27) πατρικοῖς νόμοις ἀκόλουθον.

ις'. Καὶ εἴ γε μὴ μακρός μοι ὁ λόγος ἐμέλλεν ἔσεσθαι, καὶ ἱστορίας ἐγγὺς, ἔδειξα ἂν σοι μυρία ἐπὶ μυρίοις ἔθη τοῖς παλαιοῖς Πατράσι παραχωρηθέντα πρὸς τὴν τῶν ἀδελφικῶν ψυχῶν περιποίησιν. Ἤδεσαν γὰρ ἐκεῖνοι μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν, ἀλλ' ἕκαστος τῷ πλησίον εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν. Ἀλλὰ νῦν (φεῦ τοῦ ὑδερικοῦ ἡμῶν ὄγκου), Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; λέγομεν, καὶ μυρίους καταβάλλομεν ἱσταμένους, ἵνα τὸ οἰκεῖον στήσωμεν (28) θέλημα (ὃ οὐχ ὅπως ἵστασθαι, ἀλλὰ καὶ καταχωννύεσθαι ἄξιον)· καὶ πάντα μεταστοιχειοῦμεν καὶ μετατάττομεν, ἵνα τὸ ἀνούσιον οὐσιώσωμεν, καὶ μορφώσωμεν τὸ ἀμόρφωτον· κἂν τι ῥῆμα προέσθαι φθάσωμεν, καὶ εἰ τῶν γελοίων φαίνοιτο γελοιότερον, Θεοῦ φωνὴν ἀποδεῖξαι τοῦτο σπουδάζομεν, ἀξίαν ἀκοῆς Μωσέως τυχὸν καὶ Ἀαρὼν (ταπεινὸν γὰρ

monstrabimus : ex hac *servi boni et fideles* declarabimur : et hinc in gaudium Domini introducemur. Vides, quousque indulgentia nos sublimaverit?

525 15. Non igitur neque propter azyma, neque propter jejunia durius nos habebimus erga inflexibile gentis hujus genium. Hoc enim esset testam testæ copulare velle, nulla adhibita molliore materia quæ agglutinandi fortasse vim habuisset. Multo vero minus propter reliqua supra enumerata, quæ se ipsi fatentes servare (excepto *suffocatorum* esu ; hujus enim ne nomen quidem bene moratis Latinis ferendum videtur, sicut neque apud nos furti, aut fornicationis : quanquam hæc etiam homines quidam ferini ac brutales exerceant) multis irremissibiliter peccare videntur : quorum non astipulari sententiæ hominis, ut puto, est in ecclesiastica historia exercitati, quique exinde didicit, non omnem diversam *consuetudinem* ad Ecclesias scindendas validam esse ; sed tantum quæ diversum dogma inducit. Porro meræ *consuetudines* sunt etiam ista, quæ apud præclaros istos judices sunt errores. Quædam enim ex pietate, ut sacra pavimenta deosculari (neque enim satanicæ illi assentiemur calumniæ, quasi Latinis sacrarum imaginum veneratio non probetur) : alia vero ex provida dispositione ob imbecillitatem, fortasse quidem animæ, certe autem corporis ; ut quod ascetæ seu monachi ægrotantes vescantur carnibus, parce tamen, et vere religiose. Si vero id aliqui laxant ad vulgarem usum, alia res hæc est, quæ minime spectat ad priores illos, qui secundum rationem ista disposuerunt, sicut et alia ob alias rationes, quæ in Occidentalibus vigent Ecclesiis, et quorum nihil nos ab invicem divellere jure potest : neque sane divellent unquam, si judices habeant, qui patrum legibus consentaneum calculum ferant.

16. Et quidem, si sermo meus longior, ac pene historiæ similis evasurus non esset, ostendere utique possem, innumeras *consuetudines* a priscis Patribus ad fraternarum animarum *acquisitionem* toleratas. Noverant enim illi *non sibimet ipsis placere, sed unusquisque proximo suo in bonum ad ædificationem* [46]. At nunc (o hydropicum nostrum tumorem!) *Et quis est meus proximus* [47]? dicimus : et innumeros stantes dejicimus, ut nostram statuamus voluntatem (quam nullo modo stare, sed obrui, dignum est) et omnia transformamus et transmutamus, ut non exsistenti esse tribuamus, et forma donemus, quod informe est : et si quidem vel verbum a nobis proferatur, utut omnium perridiculum, vocem Dei esse contendimus, dignam quam Moses et Aaron attente audiant (parum enim

[46] Rom. xv, 1, 2. [47] Luc. x, 29.

Variæ lectiones et notæ.

(24) Sic etiam Chomatenus ; at cod. Bonon. habet. παραδεξώμεθα.

(25) Chomatenus hic addit πρὸς τούτους.

(26) Chomatenus, ἐμπαγέντα : quod mihi magis placet.

(27) Chomatenus ἐκφέροντας.

(28) Chomatenus συστήσωμεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ad dignitatem esset dicere, *Ithamar*, et *Eleazar*; et minus adhuc, si dicerem : *Gregales Israelitæ*, etsi triduo ante **526** *sanctificati*). Et non animadvertimus, nos dupliciter peccare, cum ob ea quæ initio male dicimus ; tum ob ea quæ postea prima propugnando superaddimus. *Perfectus* enim *ille* quidem *est, qui non offendit in verbo* [47], ut quidam dixit : sed laudandus etiam, qui postquam peccavit, peccatum deprehendit, cognoscit, ac ut horridum aspectu detestatur, tanquam scilicet monstrum quod in nocte partum, sed de die visum, horrori est, et procul abjicitur. Cur vero non imitamur Domini humilitatem, qui *non sibi* ipsi *placuit* [48], sed nobis hominicolubus, et ut inutilis alligatus est, ut nos sibi, et nobis mutuo colligaret in *vinculo pacis* : et sanguinem profudit, *ut filios Dei dispersos congregaret in unum*, et *unum fieret ovile* [49], ex omnibus ovibus eidem subjectis Pastori, et fugientibus plus quam lupos, carentiam gubernationis, quæ non minus quam illi, dilacerare valet ; imo ipsa illis ad gregis dilacerationem vires validiores subministrat?

17. Quid Pharisæos deplorabiles effecit? Nunne ambitio et prælationis amor, et *velle ab hominibus vocari Rabbi* [50] ? Nonne hoc ipsum etiam delicidas infelices illos reddidit ? Quis sit *fumus furoris Domini* [51], scire desidero : et Isaias mihi respondet, esse illud : *Noli me tangere*, a *superbis* iis prolatum quibus *Deus resistit* [52]. Ostendam vero ego tibi Pharisæum aliquem imitatione dignum, nempe Gamalielem, qui nihil pharisaicum contra apostolos protulit, sed e contra pium pro ipsis ac religiosum consilium dedit. Nos vero, qui *justitia* supra *Pharisæos abundare* ita necessario debemus, ut non aliter possimus *intrare in regnum cœlorum* [53], ad quod ab eo, qui nos *justificavit*, vocati sumus et destinati ; plus quam Pharisæi superbe sapimus, ut haud scio, an ab Ecclesia fratres nostros, vel nosmetipsos a regno cœlorum excludamus. Non vides, ut Paulus Evangelii sui judicem Petrum sibi gerit ? Non vides Petrum a Paulo reprehensum, et reprehensiones æquo animo tolerantem. Tu vero si ad tonitru vocis tuæ non omnes trementes ac venerabundos videas, et ad verbi tui fulgur pronos corruentes (quemadmodum sacer textus testatur, in Thabore accidisse apostolis ad fulgorem manifestatæ deitatis), tunc sane, tunc Simones et Marciones a te e tumba refodiuntur et demonstrantur, quos recte tempus defoderat et contexerat : et cœnum movetur Gnosticorum, et Sabellii refinguntur præstigiæ, et Arii rabies, et tenebrosus Photinus, et reliqua turba filiorum perditionis (ne omnes recensendo vel ipsis eorum nominibus inficiam orationem meam), et hos fratri tuo, o cæcitatem! et quidem uni eidem, tametsi inter se dissentientes et contrarios, velut longos quosdam funiculos, **527** annectis, ut fugientem comprehendas ; et non tu

A εἰπεῖν Ἰθάμαρ καὶ Ἐλεάζαρ, καὶ ἔτι ταπεινότερον τῶν πολλῶν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα καθηραμένων πρότριτα), καὶ οὐ συνίεμεν ἀσχημονοῦντες διπλῇ· οἷς τε τὴν ἀρχὴν κακῶς λέγομεν, καὶ οἷς ἐπαγωνιζόμεθα. *Μακάριος* μὲν γὰρ *ὁ μὴ ἁμαρτὼν ἐν λόγῳ*, καθώς τις ἔφησεν· ἐπαινετὸς δὲ καὶ ὁ, μετὰ τὸ ἡμαρτηκέναι, τὴν ἁμαρτίαν εὑρὼν καὶ γνούς, καὶ ὡς εἰδεχθῆ βδελυξάμενος, οἷόν τι τέρας ἐν νυκτὶ τεχθὲν, εἶτα ἐν ἡμέρᾳ ὀφθέν τε καὶ βδελυχθὲν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπορριφθέν. Οὐ μιμησόμεθα τὴν τοῦ Κυρίου ταπείνωσιν, *οὐχ ἑαυτῷ ἀρέσαντος*, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς πολλοῖς, καὶ ὡς δυσχρήστου δεθέντος, ἵνα ἡμᾶς ἑαυτῷ καὶ ἀλλήλοις συνδήσῃ ἐν *τῷ τῆς εἰρήνης συνδέσμῳ*· καὶ τὸ αἷμα κενώσαντος, *ἵνα τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συνάγῃ* [*f. συναγάγῃ*] *εἰς ἕν*, καὶ *ποίμνη μία* B *τῶν προβάτων* ἁπάντων γένηται ὑφ' ἑνὶ τετομένων *ποιμένι*, καὶ διαφευγόντων πρὸ τῶν λύκων τὴν ἀνεπιστασίαν, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων σπαράττουσαν, μᾶλλον δὲ κἀκείνου αὐτὴν πρὸς τὸν τῆς ποίμνης σπαραγμὸν ἐνισχύουσαν ;

ιζ'. Τί τοὺς Φαρισαίους ἐποίησε ταλανίζεσθαι ; Οὐ τὸ φιλότιμον, καὶ φιλόπρωτον, καὶ τὸ *θέλειν καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων Ῥαβί* ; Οὐ τοῦτο τοὺς ἀθλίους εἰργάσατο ; Τίς *ὁ καπνὸς τοῦ θυμοῦ τοῦ Κυρίου*, ζητῶ μαθεῖν καὶ Ἡσαΐας μοι ἀποκρίνεται, ὅτι τὸ, *Μή μου ἅπτου*, παρὰ τῶν ὑπερηφάνων λεγόμενον, οἷς *ὁ Κύριος ἀντιτάσσεται*. C Δείξω σοι καὶ Φαρισαῖον ἀξιοζήλωτον τὸν Γαμαλιήλ, οὐδὲν Φαρισαϊκὸν κατὰ τῶν ἀποστόλων εἰσηγησάμενον, πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον θεοσεβῶς ὑπὲρ ἐκείνων καὶ εὐλαβῶς συμβουλεύσαντα. Ἡμεῖς δὲ, οἱ *τῇ δικαιοσύνῃ περισσεύειν ὑπὲρ τοὺς Φαρισαίους* ἀναγκαίως ὀφείλοντες, ὡς οὐκ ἄλλως ἐν [*f.* ἑνὶ *vel* ἑνί] τῆς βασιλείας τυχεῖν, εἰς ἣν ὑπὸ τοῦ *δικαιώσαντος* ἐκλήθημεν καὶ ἐτέθημεν, ὑπὲρ τοὺς Φαρισαίους φρονοῦμεν, οὐκ οἶδα, πότερον, ἵνα τῆς Ἐκκλησίας τοὺς ἀδελφοὺς, ἢ ἑαυτοὺς τῆς βασιλείας ἐκκλείσωμεν. Οὐχ ὁρᾷς Παῦλον τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου κριτὰς τοὺς περὶ Πέτρον αἱρούμενον ; οὐχ ὁρᾷς Πέτρον ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενον, καὶ τοὺς ἐλέγχους ἐν πραότητι φέροντα ; Αὐτὸς δὲ εἰ μὴ πρὸς τὴν βροντὴν τοῦ σοῦ λόγου πάντας ὁρᾷς ὑποπτήσσοντας, καὶ πρὸς τὴν ἀστραπὴν πρηνεῖς πίπτοντας (ὅπερ ὁ λόγος ἐν Θαβὼρ εἰσάγει παθόντας τοὺς μαθητὰς πρὸς τὴν λάμψιν τῆς παραδειχθείσης Θεότητος), τότε δὴ, τότε Σίμωνες καὶ Μαρκίωνες ἀνορύττονταί σοι καὶ ἀναδείκνυνται (οὓς καλῶς ποιῶν ὁ χρόνος κατώρυξε καὶ κατέκρυψε), καὶ ὁ βόρβορος ἀνακινεῖται τῶν Γνωστικῶν, καὶ ἡ τοῦ Σαβελλίου ἀναπλάττεται τερατεία, καὶ ἡ τοῦ Ἀρείου λύσσα, καὶ ὁ σκοτεινὸς Φωτεινὸς, καὶ ὁ ἄλλος ὁρμαθὸς τῶν τῆς ἀπωλείας υἱῶν (ἵνα μὴ πάντας ἀπαριθμούμενος, μολύνω τὸν λόγον καὶ τοῖς ὀνόμασι), καὶ περιάπτεις τούτους τῷ ἀδελφῷ (ὦ τῆς τυφλότητος !), τῷ αὐτῷ τοὺς πρὸς ἀλλήλους διαφωνοῦντας, ὥσπερ τινὰ σχοινία μακρὰ,

[47] Jac. III, 2. [48] Joan. VI, 52. [49] Joan. X, 16. [50] Matth. XXIII, 7. [51] Isa. LXV, 5. [52] I Petr. V, 5. [53] Matth. V, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἵν' ἐπιλαμβάνῃ ἀποδιδράσκοντος, καὶ μὴ μόνος αὐ- A
τὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἔχῃς συνεπιλαμβανομένους, οὓς
προσκαλεῖ τῷ τῆς φιλευσεβίας προσχήματι, πολλάκις οὐδὲ εἰδότας τίς ἡ εὐσέβεια, πλὴν ἀλλ' ὄνομα λαβεῖν ἐρῶντας ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ κατακρίσεως. Βαβαὶ τῶν τοῦ Πονηροῦ τεχνασμάτων! θεοποιοῦντος καὶ νῦν τὰ εἴδωλα, καὶ φὴν κακίαν ἀρετὴν ἐπιγράφοντος, καὶ ποιοῦντος προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι.

ιη'. Ἀλλὰ μὴ οὕτω, δοῦλοι Χριστοῦ καὶ φίλοι καὶ ἀδελφοὶ, μὴ οὕτως ἡμᾶς αὐτοὺς ἀλλοτριῶμεν Θεοῦ, τοῦ πάντας διὰ τῆς χρηστότητος ἕλκοντος, αὐτοὶ διὰ τὴν ὑπερηφάνειαν πάντας σχεδὸν ἀπωθούμενοι· μηδὲ τοὺς θρόνους ποιῶμεν κακίας ἕδρυσιν· μηδὲ τὸ τῆς ἀξίας ὕψος, πύργον κυφότητος (τοῦτο γὰρ ἐμοὶ ἡ διὰ φιλοδοξίαν καὶ οἴησιν ἔνστασις)· ἀλλ' B
ὅπερ ἂν ὦμεν ἢ ἰσχυροὶ, τοὺς ἀδυνάτους βαστάζωμεν, ἢ ἰατροὶ τοὺς συντετριμμένους ἰώμεθα. Ἂν δὲ καὶ αὐτοὶ ἐπιτρίβωμεν, φείδομαι μὲν εἰπεῖν, ἐρῶ δ' ὅμως, ὡς ληστῶν τοῦτο ἔργον, οὐκ ἰατρῶν. Ταῦτά σοι καὶ πρὸς τοὺς κατοιομένους καὶ καταφρονητάς· οἱ *οὐδὲν οὐ μὴ περανοῦσι*, λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Σὺ δέ μοι παραλαβὼν, ὁ τραπεζίτης, τὸ τάλαντον, καὶ *τὸν τόκον ὡς ἀποδώσεις ἐν καιρῷ* φρόντιζε· ὁ δέ ἐστι, κατ' ἐμὲ κριτὴν, τὸ καὶ αὐτὸν σὲ προσεξευρίσκειν ὅσα τῷ φιλοπόνῳ τὸ Πνεῦμα δίδωσιν. Οὗ τῇ χάριτι δυναμούμενοι, αὐτοί τε καθαρῶς καὶ ἀκιβδήλως αὐτὸ καὶ κατὰ τοὺς Πατρικοὺς ὅρους ἀνακηρύττοιμεν, καὶ τοὺς ἄλλους ταὐτὸ διδάσκοιμεν ἐν Θεῷ Πατρὶ τῷ διδάσκοντι ἄνθρωπον γνῶσιν, καὶ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ δόξα C
εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

solus, sed ut alios etiam habeas, qui tecum apprehendant, quos sub specie pietatis advocas, tametsi plerumque neque ii sciant, quid sit pietas: at nomen amant sibi comparare ex fratris condemnatione. Vah maligni spiritus artificia! qui et nunc deificat idola, et malitiam appellat virtutem, seque adorari facit et coli.

18. Verum non sic, servi Christi, amici et fratres, non sic nosmetipsos abalienemus a Deo, qui omnes benignitate sua ad se trahit, dum nos per superbiam omnes fere repellimus: neque thronos faciamus iniquitatis sedem, neve dignitatis altitudinem turrim vanitatis (hoc enim mihi videntur esse lites ob amorem gloriæ et existimationem sui), sed si sumus fortes, debiles portemus; et si medici, contritos sanemus. Quod si etiam nos ipsi insuper conteramus, vereor quidem dicere, dicam tamen: Res hæc latronum est, non medicorum. Et hæc dicta sint etiam ad arrogantes et contemptores, qui *nihil* omnino *proficient* [54], inquit Spiritus sanctus. Tu vero trapezita, qui accepisti talentum, cura, ut et *usuram reddas in tempore suo*: quæ est, me judice, in eo sita, quod etiam tu superaddas, quæ homini solerti et laborioso Spiritus tribuit, cujus gratia confortati ipsimet pure et sincere ipsum juxta Patrum definitiones prædicemus, et alios hoc idem doceamus, in Deo Patre, *qui docet hominem scientiam* [55], et Jesu Christo Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

[54] Psal. LXXXVIII, 23. [55] Psal. XXXIX, 10.

THEOPHYLACTI INSTITUTIO REGIA.

INDEX CAPITUM OPERIS.

PARS PRIOR.—PANEGYRICA.

528 Cap. I. *Dignitas et pretium operis.*
Cap. II. *De officio magistri principis.*
Cap. III. *Constantinus a patria felix.*
Cap. IV. *Dotes eximiæ corporis in Constantino.*
Cap. V. *Ingenium ejusdem et memoria.*
Cap. VI. *De avo ac patre Constantini.*
Cap. VII. *Nobilitas et religio matris Constantini.*
Cap. VIII. *Matris Constantini misericordia.*
Cap. IX. *Ejusdem liberalitas non ambitiosa.*
Cap. X. *Digressio in quosdam ambitiose munificos.*
Cap. XI. *Largitiones Mariæ Augustæ.*
Cap. XII. *Ejusdem studium et eruditio.*
Cap. XIII. *Cura ejus laudabilis instituendi filii.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

PARS ALTERA. — PARÆNETICA.

Cap. I. *Princeps qui acceptis a Deo bonis non ad bonum utitur, miser est.*
Cap. II. *Regia dignitas regias virtutes non habenti, dedecori est.*
Cap. III. *Virtutibus non vestitu commendari regem.*
Cap. IV. *Voluptas regi vincenda.*
Cap. V. *Labores regi honesti et utiles.*
Cap. VI. *De tribus bonis totidemque malis regiminis formis.*
Cap. VII. *Primus tyrannidis character : violenta invasio.*
Cap. VIII. *Secundus tyrannidis character : crudelis et contumeliosa grassatio in subditorum bona et corpora.*
Cap. IX. *Miseria populi tyrannide oppressi.*
Cap. X. *Tyranni timores anxii et perpetuum tormentum.*
Cap. XI. *Justi regis ingressus pacatus et lætus subditis.*
Cap. XII. *Quam necessaria, quamque utilis sit principi religio excellens.*
Cap. XIII. *Instrumentum necessarium regni bene gerendi amici fideles.*
Cap. XIV. *Amici maximum bonorum principum bonum, quo alii carent.*
Cap. XV. *Veri amici erga principem officia.*
Cap. XVI. *Adulatorum pernicies principi cavenda.*
Cap. XVII. *Amicorum monitis docilem et patientem esse oportere principem.*
Cap. XVIII. *Quomodo probandi principi amici.*
Cap. XIX. *Favoris regum perspecti mira vis est ad studia subditorum provocanda.*
Cap. XX. *Quam indignum et noxium sit sceleratos apud principem gratiosos esse.*
Cap. XXI. *Reipublicæ, uti navis, gubernatorem assidue laborare oportere.*
Cap. XXII. *Ut curare atque administrare rem bellicam princeps debeat.*
Cap. XXIII. *Exercitationes militares in pace frequentandæ, honorandique veterani.*
Cap. XXIV. *Exercitatio corporis salubris principi.*
Cap. XXV. *Mimis et scurris dare operam regem non decere ; sed doctos et prudentes viros secum habere.*
Cap. XXVI. *De clementia principi necessaria.*
Cap. XXVII. *Quatenus regi gladio et suppliciis utendum.*
Cap. XXVIII. *Præeminere subjectis virtute ac sapientia regem debere.*
Cap. XXIX. *Hujus operis clausula et promissio alterius.*
Cap. XXX. *Promittitur Constantino divinus favor, si et huic parænesi et matris præceptis obtemperet.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΠΑΙΔΕΙΑ ΒΑΣΙΛΙΚΗ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ.

—

S. P. N. THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

INSTITUTIO REGIA

AD PORPHYROGENITUM CONSTANTINUM.*

ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΡΟΣ, ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΝ.

PARS PRIOR, PANEGYRICA.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἄξια καὶ τιμὴ τοῦ συντάγματος.

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, βασιλεῦ φίλε, τοῦτο δίδωμι· δῶρον ἐμοὶ διδόναι καὶ σοὶ λαμβάνειν ἱλαρῶς οἰκειότατον. Καὶ τάχα κρεῖττον τῶν ἄλλων, ἃ δαπάνη τε χρόνου καὶ φθόνου, καὶ λῃσταῖς εὐπορία, καὶ κλέπταις ἁρπαγμα. Οἱ μὲν γάρ σου τοῦ κράτους ὑπήκοοι δασμοφοροῦσιν ἐτήσια, οἱ μὲν χρυσίον, οἱ δὲ ἀργύριον, οἱ δὲ ὅσα ἄλλα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, καθά φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Λόγος δὲ, χρυσοῦ τιμαλφέστερος, ἀργύρου λαμπρότερος, πάντων ἁπλῶς μενιμώτερος. Κἀκεῖνοι μὲν ὑποτελοῦσι καὶ ἄκοντες, τῆς ἡμετέρας κατακρίσεως τὸ βαρύτατον· σοφία δὲ, ἀνετόν τι χρῆμα, καὶ τῷ ὄντι ἀδέσποτον, αὐθαιρέτως μὲν οἰκεῖον φέρουσα φιλοπόνημα, εὐεργετοῦσα δὲ τοὺς, οἵτινες τὰ δῶρα προσδέχονται.

CAPUT PRIMUM.

529 *Dignitas et pretium operis.*

Donum tibi ego quoque, princeps charissime, hoc affero: donum accommodatione ad res rationesque tuas aptissima dignissimum, quod et ego dem hilaris, et tu serenus accipias. Quippe haud paulo præstantius, quam illa cætera temporis aut invidiæ dente absumenda, et plerumque vel profutura furibus vel armatæ audacia cupiditati latronum optimæ rapinæ gaudium latura. Et istorum quidem tibi copia redundat ex collatione legitima eorum qui tuo imperio subjecti annuum majestati tuæ tributum pendunt, aurum quidam afferentes, alii argentum, sive alia ejus generis sui usu in corruptionem abeuntia, ut divinus Apostolus loquitur. Cæterum doctrinam utilem sermonemque sapientem satis convenit et auro pretiosiorem et splendidiorem argento, et possessione omnino quavis stabiliorem haberi oportere. Atque **530** illi qui hæc exhibent, pro plurimum vituperabili tenacitate, maligne inviteque nostra subditorum contumaci erga principes et nulliusque patiente servilis necessitatis ingenio, quidquid ex se gignit ac confert benefica profusione citra vim ullam excipientibus largitur.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τοῦ καθήκοντος τοῦ βασιλικοῦ διδασκάλου.

Κἀγὼ τοίνυν ὁ σὸς διδάσκαλος (πτεροῦμαι γὰρ τῷ ὀνόματι καὶ δεκάπηχυς γίνομαι, βασιλέως καθηγητὴς προσκαλούμενος), καὶ ἑθελοντὴς ἄγω σοι τοῦ λόγου τὸ δῶρον τήμερον, καί σοι εὐάγγελο, γίνομαι (μὴ ἀπιστήσῃς φωνῇ διδασκάλου), ὡς εὐδαιμονίας ποταμοί σοι ῥυήσονται, εἴπερ ἐπὶ σὴν καρδίαν, ὡς

CAPUT II.

De officio magistri principis.

Hujus ego ex peculio hoc tibi utilis allocutionis munusculum irrequisitus hodie ac voluntarius ecce affero magister tuus. Quo nomine non dissimulo gloriari me, efferrique ac crescere, tolerabili, opinor, certe non de nihilo concepta superbia, quod præceptor ac moderator principis appeller. Cujus

* Vide Præfationem, superioris tomi col. 465.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

quidem tibi officii auctoritate ac fide polliceor jam hinc ac denuntio, quod credere tanquam a magistro traditum debeas, flumina felicitatis in tuam vitam plenis aveis confluxura, si verba mea in cor tuum ut pluvia descenderint : quemadmodum fieri est consequens, ex quo voluntaria oris mei beneplacita te habere declarasti. Non enim imperatorem te meum adulatione ambiam, aut mulcebo aures tuas verbis fallacibus et artem sophisticam præferentibus ; nec fides meas ad Lydium mollem illum ac muliebriter blandum aptabo modum : verum ad contentiorem alterum et virilem Dorium. Sane enimvero si aliter facerem, deficerem nimium ab instituto susceptæ vitæ, professionique ipse meæ atque ordini facerem injuriam ; non minus quam naturæ indolique tuæ. Quæ profecto vim habet ac materiam bonis generosisque gignendis fructibus idoneam, modo regiæ institutionis congruum in eam jaciatur semen.

A ὑετὸς, καταβαίνῃ τὰ ἐμὰ ῥήματα. Ὅθεν τὰ ἐκούσιά τοῦ στόματός μου εὐδόκησας. Οὐ γὰρ κολακεύσω τὸν ἐμὸν αὐτοκράτορα, οὐδὲ θρύψω σου τὰ ὦτα λόγοις ἀπατηλοῖς, καὶ τὸν σοφιστὴν ἐπιφαίνουσιν· οὐδὲ τὸν Λύδιον ἁρμόσομαι νόμον, ἀλλὰ τὸν σύντονόν τε καὶ Δώριον. Λίαν γὰρ ἂν ἀδικοίην καὶ τὴν τοῦ λαχόντος με βίου προαίρεσιν, καὶ τὴν σὴν φύσιν· ἢ πάντως ἀγαθοὺς καρποὺς καὶ οὐκ ἀγενεῖς δοῦναι δύναται, μόνον εἰ σπέρμα βασιλικὸν ὑποδέχοιτο.

CAPUT III.

Constantinus a patria felix.

Quid enim non tibi ad vitæ optimæ, cumque omni laude conjunctæ susceptionem velificatur ? Cui primum quidem patria contigit urbs regnatrix, omnium maxima pulcherrimaque urbium ; cujus in cœlo atque temperie ne Momus quidem invenerit quod reprehendat, aut requirat quidquam : adeo cum ad utilitates, tum ad voluptates, aeris ac tempestatum exacte dimensa natura ratioque est. Non hic indomitis velut rebellans insultibus exsurgit hiems, non præscriptos transiliens terminos, illa in Scythiæ montibus ac sylvis usitata sibi ferocia grassatur in nos quoque, usque ad congelandum in venis animantium sanguinem, et fluvios glacialium compedum injectione sistendos. Non æstas immodicis ardoribus vires exhaurit vigoremque solvit corporum, neque horum ad statum roburque labefactandum rabiosam et vi malefica formidabilem concitat caniculam. Verum hiems quidem tantum afflat frigidioris auræ quantum opus modo est ad colligendos in nobis diffluentes spiritus, ipsamque **531** elementorum sese per tepores relaxantem connexionem renodandam, ne, penitus soluta, dissipetur. Æstas autem in eum duntaxat modum atque usum effervescit, ut superfluitatibus excoquendis diffiandisque corporum, salubri ea vitalique vapore confoveat. Porro tempestates reliquæ harum lineamenta, velut sororum, referunt, pari temperamenti proportione conformatæ. Enimvero autumnum mihi vide, fructusque illos felicium plantarum, quibus ad delicias fruimur beatæ inquilini civitatis, ut magnitudine præcellenti eam exhibent speciem, quæ ad eos citra gustus suavitatem merito commendandos valere possit. Rursum tam delicati saliva saporis palatum imbuunt libantium, ut si moles et species deesset, abunde is defectus dote succi mitissimi compensaretur. Nunc cunctis una confluentibus laudibus, et eos qui alibi magni nascuntur, exquisita saporis dulcedine superant, et si qui uspiam succi præcipui feruntur, nostri et in hoc pares, mole certe ac magnitudine præcellant. Quod si qui utroque isto a capite laudentur, ii tamen inferiores nostris eo sint nomine, quod hos urbs regia produxit.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Κωνσταντῖνος ἐκ τῆς πατρίδος εὔμοιρος.

Τί γὰρ οὐ σοι συντρέχει πρὸς τὸ βίον ἐλέσθαι τὸ [ſ. τὸν] δεξιώτατον ; ᾧ γε καὶ πατρὶς βασίλισσα καὶ μεγαλόπολις καὶ καλλίπολις, ἥπερ οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος αὐτὸς ἐγκαλέσειε τῷ μὴ οὐ πρὸς τὰς ὥρας κεκρᾶσθαι, καὶ τρυφᾷν ἀέρων εὐμοιρίᾳ καὶ συμμετρίᾳ. Οὔτε γὰρ χειμὼν ἐγτραῦθα νεωτερίζει, καὶ τοὺς ὄρους ἐκβαίνων Σκυθικώτερον ἡμῖν ἐπιτίθεται, ὡς τὸ αἷμα τοῖς ζώοις πηγνύναι, καὶ τοῖς ποταμοῖς ἐπιβάλλειν δεσμὰ χρυστάλλινα· οὐδὲ θέρος ἐκλύον καὶ πᾶσαν καταβάλλον τὴν δύναμιν, ὡς καὶ τὸν κύνα φοβερὸν ἐπεγείρειν τοῖς σώμασι κατὰ τῆς τούτων εὐσταθείας ἀγριαινόμενον. Ἀλλὰ χειμὼν μὲν οἷος τὴν ἡμετέραν συγκροτεῖν δύναμιν, καὶ συνάγειν τὴν τῶν στοιχείων C παράταξιν, οὐκ ἐῶν αὐτὴν πάμπαν διαφορεῖσθαι καὶ σκίδνασθαι· θέρος δὲ, οἷον θάλψιν διδόναι τοῖς σώμασι καὶ περιττωμάτων διάπνοιαν· αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν ὡρῶν, πρὸς τὴν τῶν ἀδελφῶν ἰδέαν ἀναλόγως μορφούμεναι. Οὐχ ὁρᾷς γάρ τι [ſ. τοι] καὶ τοὺς τῶν δένδρων καρποὺς, οἷς ἐντρυφῶμεν οἱ τῆς εὐδαίμονος οἰκήτορες πόλεως ; Οὕτω μὲν γὰρ μεγέθους ἱκανῶς ἔχουσιν, ὡς μηδένα λόγον εἶναι τοῖς ὁρῶσι περὶ τῆς κατὰ γεῦσιν ἡδύτητος· οὕτω δὲ τὴν γεῦσιν ἡδύνουσιν, ὡς ἐν τούτῳ τῷ μέρει τὸ μέγεθος ἀποκρύπτεσθαι. Καὶ γὰρ οὖν τοὺς μὲν ἀλλαχοῦ μεγάλους τῇ ἡδονῇ ὑπερβάλλουσι· τοὺς δ' ἡδονῇ προὔχοντας, τῷ μέγεθος προφαίνειν ἐξαίσιον· τοὺς δ' ἄμφω ταῦτα ἐπαινετοὺς, τῷ βασιλίδος εἶναι γεννήματα.

CAPUT IV.

Dotes eximiæ corporis in Constantino.

Hæc tibi corpus efformavit ad omnem usum habile, ac quasi volucre : vividisque micanti motibus animæ ministrum subdidit nullo molis impedimento tardaturum velocitatem illam vigoris ignei. Nempe non id tibi grave, non lentum, aut ægre mobile, multisque vix excitandum stimulis ; non

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Δωρεαὶ τοῦ σώματος ἐν Κωνσταντίνῳ ἐξαίρεται.

Αὕτη σου καὶ τὸ σῶμα πτερώσασα πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἔπλασεν ἐπιτήδειον, καὶ ταῖς ψυχικαῖς ἐνεργείαις ὑπέθηκε διάκονον ἀνεμπόδιστον. Οὔτε γὰρ βαρύ σοι τοῦτο, καὶ νωχελὲς, καὶ δυσκίνητον, καὶ πολλῶν κέντρων δεόμενον· οὔτ' αὖ πάλιν εὐκινητότερον τοῦ προσήκοντος, ὥστε καὶ ἄττειν ἀκράτητα·

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

ἀλλ' ἀμφοτέρων τὴν ἀμετρίαν διαφυγὸν, τοῖς δροις τῆς μεσότητος ἐγκαθίδρυται. Ἔνθα μὲν γὰρ ἵππον ἀναδῆναι δεῖ, καὶ πυκνοῖς δρόμοις ἑαυτὸν ἐγγυμνάσασθαι, καὶ τὸ δόρυ τῇδε καὶ τῇδε περιαγαγεῖν δεξιαῖς ταῖς στροφαῖς, καὶ πολεμικαῖς ταῖς ὁρχήσεσιν, ἐνταῦθά σοι τὸ σῶμα κουφότατον· ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ ἐν κυνηγεσίαις τῶν ἄλλων προεξιππάσασθαι, καὶ προφθάσαι τοὺς ἄνδρας, καὶ καταβαλεῖν θηρίον, ὃ καὶ νεκρὸν ἰδεῖν τὴν σὴν ἄλλος ἄγων ἡλικίαν οὐκ ἂν ὑπέμεινε· τό τε τοξεύειν ἀφ' ἵππου πετομένου τοῖς δρόμοις, καὶ τοξεύειν ἐπίσκοπα· ταῦτα δὴ πάντα τῆς εὐκινησίας γνωρίσματα. Ἄυθις δὲ τὸ κόσμιον τοῦ βαδίσματος, καὶ τὸ τετυγμένον τοῦ ῥυθέγματος, καὶ τὸ ἔννουν ἁπλῶς ἐν πᾶσι καὶ οἷον φιλόσοφον, καὶ τὸ μὴ περιιέσθαι κατὰ τοὺς νυμφολήπτους καὶ ἀλόγιστα περιστρέφεσθαι, δηλοῖ τὴν τῶν στοιχείων σοι κρᾶσιν, οἷόν τινι ζυγῷ διατεθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Κρείττονος.

A idem rursus ultra decori rationem ususve modum petulcum et saltitans, effrenique levitate instabile contigit; sed quod extremi utriusque infamia vitata, meditullium virtuti sacrum quadam maturæ strenuitatis moderatione insidens obtinet. Ergo ubi insilire in equum et decurrere ludicrum, anhela contentione perplexis flexibus; ubi torquere sudem, ac rude batuere; ubi hastam incitatione huc et huc marita et scita rotatione raptim obvertere, sicque bellicos illos agitare thiasos res et tempus poscit, tum sane velocissimo uteris corpore. In venationibus quoque cum effusa equitatione comites antevolas, cum jactus occupas collimantium, et transverberas manu coram bestiam, quam ne aspicere quidem mortuam ætate puer tua sustineret B alius. Quid jam dicam arcu sagittas jacere te ex equo volante rapidissimis cursibus, et vel sic in scopum rectissime jacere? Hæc qualia quantaque agilitatis documenta maximæ! Quibus si adjungatur decora majestas incessus tui, grata concinnitas sedatæ vocis, circumspectissima in omnibus et philosophicam haud dubie gravitatem præferens agendi ratio, sine ulla circumactione præcipiti, et vel prima eruptione impetus minus sani, profecto palam erit aptissime commistam in tui concretione corporis, et libratis exactissime momentis attemperatam peculiari velut quadam attentione summi Numinis, elementorum fuisse naturam.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Τοῦ αὐτοῦ νοῦς καὶ μνήμη.

Τὸ δὲ πρὸς τὰ μαθήματα πεφυκὸς, τὸ δὲ ἀγχίνουν, τὸ δὲ μνημονικὸν, ποῦ θήσομεν, ὦ πανδέξιε; Ἐγὼ τούτων ἁπάντων ἀψευδὴς μάρτυς καὶ ἀπαράγραπτος· συμμάρτυρες δέ μοι καὶ ὁ χρηστότατος οὗτος χορὸς, οἳ σῆς ἐπειράθησαν φύσεως. Πολλάκις γὰρ C ἀναγινώσκεταί μέν τις ἀνδρῶν παλαιῶν, ἢ πρᾶξις, ἢ λόγος ἀξιανάγνωστος· προφθάνεις δὲ σύ με ὁ μαθητὴς τὸν διδάσκαλον, καὶ προαρπάζεις τὸ νόημα· καὶ ἁρπάσας, οὐκ εὐθὺς ἀπολώλεκας, ἀλλά τοῖς τῆς ψυχῆς ταμείοις ἐναπέθηκας κειμήλιον ἀναφαίρετον. Πολλοὶ γὰρ ὀξέως μανθάνουσιν, ὀξύτερον δὲ πάλιν ἀπομανθάνουσιν· ἅμα τε ἐπέβαλον, καὶ ἅμα ἀπέβαλον· ὅμοιον ὥσπερ εἴ τις γράφῃ καθ' ὕδατος· ταχέως μὲν γὰρ κινήσει τὸν κάλαμον, ἀλλ' οὐδ' ἴχνος τῇ ταχύτητι τῶν κινήσεων ἕψεται. Σοὶ δὲ τὰ διαττῶτα ἡ φύσις ἤνωσε, καὶ τάχος μαθήσεως, καὶ μνήμης ἀσύγκριτον. Καὶ παντὸς μὲν εἰ κηρῷ πρὸς τὴν ἐγγραφὴν εὐτυπώτερος, πάσης δὲ πλακὸς πρὸς τὴν συνοχὴν στερεώτερος.

532 CAPUT V.

Ingenium ejusdem et memoria.

Quid jam ingenium, et miræ capacitati discendi, solertiæ pervidendi momento quodlibet, fidam additam memoriæ custodiam prædicem? Hæc, inquam, quorum rarissime coeuntium beato confluxu felix es, bona quo loco ponam? Quæ quidem inesse tibi oculatum expertus, nec recusabile opinor, aut suspectum dicam testimonium, consona suffragatione roboratum lectissimi consessus, cui experimenta tuæ mirabilis in hoc genere indolis coram usurpare præsentibus sensibus vix aliter credibilia licuit; cum tu sæpius videlicet recitata e libro actione, sententiave memorabili cujuspiam veterum, præcurreres me magistrum discipulus, nec exspectata enarratione mea, facinoris aut apophthegmatis vim intimam volatu mentis prævertens raperes, utique non statim amittendam, sed thesauris memoriæ committendam ad fidem æternæ possessionis. Multos scimus ad perdiscendum celeres, qui fere velocius dediscant cito percepta. Rimosis animis simul influit, simul effluit, veri notitia; nec diuturniora sui vestigia doctrina pervolans imprimit, quam queis otiosus in aqua scriptor irrita in fluxo vibratione calami, liquorem pingeret. Tua vero natura rerum distantium rara consociatione mirabilis celeritati perceptionis perennitatem recordationis adjungit: cera quavis ad appressi exceptionem sigilli mollior; rursum quacunque lamina rigidior ad diuturnitatem servandæ figuræ quam semel expresserit.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ τοῦ πάππου καὶ πατρὸς τοῦ Κωνσταντίνου.

Ἀλλὰ γὰρ οὔ με διέλαθε τὰ τῶν σῶν γονέων καλὰ, οἷς καὶ αὐτοῖς σε Θεὸς εἰς πᾶν καλὸν συνεκρότησε. Σὺ γὰρ, ὦ καλὲ παῖ, καὶ πάντων βασιλέων ἐμοὶ ποθεινότερε, οὐ τὴν μὲν φύσιν τοιαύτην ἔτυχες, οἵαν μετρίως ὁ λόγος ὑπετυπώσατο, τῇ δὲ τῶν γονέων ἐπαισχύνῃ φαυλότητι, ὡς τοὺς ἑτεροφθάλμους πάσχειν φησὶ παροιμία, καὶ τῇ μὲν ἐλλάμπεσθαι, τῇ δὲ καταδύεσθαι. Ἀλλὰ σοὶ καὶ βασιλικὸν

D

CAPUT VI.

De avo ac patre Constantini.

At enim ita ego tuis propriis celebrandis immoror dotibus, quasi quæ prædicem majorum tuorum decora desint. Atqui et præclara sunt et mihi notissima ornamenta omnis generis in eorum vita rebusque gestis eluceutia, quorum e sanguine te Deus stirpis nobilissimæ generosissimum produxit surculum. Non tu, inquam, beate puer, et præcunctis mihi principibus desideratissime, naturam

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

quidem talem nactus es, qualem obiter oratio modo designabat mea, iis autem parentibus natus es, quorum tibi sordes aut tenuitas pudorem afferant. Coclitemque, ut sic dicam, faciant honoris vultum, cujus oculorum (quod habet paræmia) velut astrorum, alterum luceat, alterum occubuerit: ingrataque ac deformi umbra virtutis præfulgentis quasi luminibus obscuri generis humilitas obstruat. Verum tibi regalis jam ab avo et patre, justitiæque præcipua laude celebris prosapia est. Nemo tuum hodieque avum non eo nomine beatum celebrat, quod rectitudine in judiciis indeclinabili, jurisque et æqui constantissima custodia, magis quam principatus apice studuerit eminere. Divinissimo vero patri tuo quæ virtutis species animum non expinxerat? aut cuinam is alteri vel in humanitatis studio primas, vel in sacræ doctrinæ accurata exquisitione concessit? cui totum imperium nihil fuit aliud nisi libri et dissertationes doctorum hominum; et aut proferre ipsum ex sese, aut ab alio audire quiddam ex antiquitate scitu dignum.

A πατρόθεν τὸ γένος καὶ δικαιότατον · καὶ τῷ μακαρίῳ σου πάππῳ, μᾶλλον τῆς ἀρχῆς, τὸ ἐν ταῖς κρίσεσιν ἰθυτενὲς καὶ ἀπροσκλινές · τῷ τε θειοτάτῳ σου πατρὶ ποῖον ἀρετῆς εἶδος τὴν ψυχὴν οὐ μεμόρφωκεν ; ἢ τίνι παρῆκεν ἄλλῳ τὰ πρῶτα φέρεσθαι, ταῖς τε φιλομαθείαις καὶ ταῖς περὶ τὸ Θεῖον φροντίσιν ; Ὧ γε καὶ ἡ βασιλεία οὐδὲν ἦν ἕτερον ἢ βίβλοι, καὶ λογίων ἀνδρῶν ὁμιλίαι, καὶ τὸ εἰπεῖν τι καὶ ἀκοῦσαι παλαιὸν σπούδασμα.

533 CAPUT VII.

Nobilitas et religio matris Constantini.

De matre deinceps tua dicere paranti optandam mihi video, simul fluide liquidam, suaviterque fusam Herodoti copiam, simul nervose strictam, et stipatis densatam sensibus dictionem Aristidis; harum enim rerum conjuncto auxilio duarum, fortasse assequerer, ut eorum quæ tale argumentum varia et dictu dignissima suggerit, nihil præterirem. Principio ita conspicuum Augustæ parentis tuæ genus est, ut non patrem modo, avum, proavumque ciere nobilissimos et late illustres queat; sed reges etiam innumerabiles in majorum serie suorum rara felicitate censeat. Verum eadem generositatem habet ab indole ac virtutibus animi majorem: cui e mentione gentilis decoris putare ornamentum posse accedere, non aliud nempe fuerit quam margaritæ commendationem ac pretium a concha atque ab ostrei testa petere. Enimvero quid attinet magnopere in ea jactare dignitatem originemque regiam, quæ cuncta, sicut ait Apostolus, arbitrata ut stercora, Christum lucrifacere solum optavit: cujus et opem in discrimine præsentem experta, eam tali gratiæ vicem reddidit, ut vitam ejus illam absconditam affectaret, coleretque studio ac devotione mentis intima, cui vitæ usuram corporeæ recenti beneficio assertam se debere sentiebat. Atque hac instincta religione puella regia sic a regni apice, quem velut barathrum aversabatur, ad humilitatis Christianæ celsissimum ac vere cœleste fastigium contendit, ut mutationem tantam miranti, mirabilior occurreret mutationis celeritas ejusdem: porro impetum istum ipsum conversionis velocissimæ admirabilitate præcelleret vitæ in religiosis septis post eam institutæ summa perfectio. Scio commune plurimarum et quotidianum esse facinus ad vitam monasticam transitum. Verum hoc pleræque mollius, atque, ut sic dicam, muliebrius mulieres defunguntur. At festinatione tam calida, studioque sic flagranti ad spiritus paupertatem e maximis evolare divitiis, nostræ videlicet Mariæ laude hac præcipua felicis propria virtus est et singularis gloria. Imo, si

B

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Εὐγένεια καὶ εὐσέβεια τῆς μητρὸς Κωνσταντίνου.

Τὰ δὲ τῆς μητρὸς (ἀλλὰ τίς ἂν μοι δώσει τὴν Ἡροδότου γλυκύτητα, καὶ τὴν Ἀριστείδου πυκνότητα, ἵνα μηδὲν ἀξιόλεκτον παραλείψαιμι ;) · ἡ τοίνυν σοι μήτηρ βασιλικὴ μὲν αὐτὴ καὶ πανολβίου τοῦ σπέρματος, οὐ πατέρας μόνον λαμπροὺς καὶ πάππους καὶ ἐππάππους ἀριθμεῖν ἔχουσα, ἀλλὰ μυρίους ἐπὶ μυρίοις προγόνους βασιλεῖς εὐτυχήσασα, καὶ βασιλικωτέραν δὲ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν οἰκείων πράξεων ἐπιδείξασα · ἦν τὸ σεμνύνειν ἀπὸ τῆς βασιλείας, ἐκ τοῦ ἐλύτρου σεμνύνειν τὸν μαργαρίτην ἐστίν. Τί γὰρ αὐτῇ τὸ τῆς βασιλείας πρόσδοξον ; Ἴτις πάντα λογισαμένη σκύβαλα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, Χριστὸν μόνον κερδῆσαι εἵλετο, ὑφ' οὗ καὶ θανάτου τῆς σαρκὸς ἀνερρύσθη, τὴν ἐν αὐτῷ C κρυπτομένην ζωὴν ἀγαπήσασα · καὶ οὕτως ἀθρόον τὸ βασιλικὸν μὲν ὕψος ἐνόμισε βάραθρον, τῆς δὲ κατὰ Χριστὸν ταπεινότητος ὕψος τῷ ὄντι οὐράνιον, ὥστε μᾶλλον μὲν τῆς μεταβολῆς τὸ ἀθρόον θαυμάζεσθαι, μᾶλλον δὲ τοῦ ἀθρόου τὴν ἐπὶ τὸ ἄκρον μετάστασιν. Τὸ γὰρ ἐπὶ τὸν μονήρη βίον μετενεχθῆναι, πολλαῖς καὶ δὴ προσεγένετο · ἀλλὰ γυναικωδέστερον, ἀλλὰ μαλακώτερον · τὸ δ' οὕτω θερμῶς πτωχεῦσαι τῷ πνεύματι, μόνης τῆς μακαρίας Μαρίας καὶ σπούδασμα καὶ μελέτημα. Ἔτι τοίνυν αἱ μὲν ἄλλαι τάχα μυρίαις ἀνάγκαις ἐκβιασθεῖσαι, τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἐσχηματίσαντο, καί τινι κέντρῳ πρὸς τὸν ζυγὸν ὑπήχθησαν ἄκουσαι · τὸ δὲ D ἀκούσιον οὐδὲ πιστὸν, οὐδὲ μόνιμον · τῇ δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων θαύματος πρόξενον, ὅτι μηδενὶ διωκομένη δεινῷ, μηδένα τὸν ἐκβιαζόμενον ἔχουσα, ὅτι μὴ μόνον τὸν Χριστοῦ ἔρωτα, εἰς ὁσμὴν μύρων αὐτοῦ ἔδραμε, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησε καὶ ἐκάθισε. Καίτοι εἰ καὶ τὰς πένητι βίῳ συσπαργανωθείσας θαυμάζομεν, ὅταν ἕλωνται ταύτην τὴν ἀγωγὴν τοῦ βίου τὴν σκληρὰν καὶ ταλαίπωρον, πόσον τὸ θαῦμα τῇ δεσποίνῃ ὀφείλομεν, ἡ τρυφερῶς μὲν γεννωμένη, τρυφερωτέρας δὲ τῆς διαγωγῆς καὶ τῆς ἄλλης ἀγωγῆς εὐμοιρήσασα, βίον ἀνθεῖλετο κατάπικρον καὶ κατάπονον ! τὰ τρύχινα μὲν τοῖς μαλακοῖς ἀντιτάξασα · τὸ δὲ μέλαν καὶ πενθικὸν, τοῖς ὑπερλάμπροις στολίσμασι· ταῖς ἁβραῖς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ διαίτας, τὸ ὀλιγόσιτόν τε καὶ ἄσιτον. Καὶ ἁπλῶς, A fateri quod res est volumus, fit plerumque ut aliæ ὁδοὺς σκληρὰς διὰ τοὺς τοῦ Κυρίου λόγους ἐφύλαξε. quæ sacrum habitum induunt feminæ, plurimis undique ad eam professionem necessitatibus compellantur; nec nisi stimulis adigentibus jugum istud invitæ subeant. Porro nec fides nec constantia ei cœpto inesse potest, unde voluntas arbitriumque abfuerit. Illæc autem in eo præ cæteris admirationem ciet, quod nullo laborans incommodo, salvis rebus, integro statu, nemine, præter Christi amorem, cogente, e complexu sese avulserit fortunæ blandientis, post Christum in odorem unguentorum [1] ejus cucurrerit, et in umbra illius quem desideraverat, sederit [2]. Quocirca si tenues etiam mirari virgunculas solemus in re non copiosa natas, quin et a cunis primisque panniculis in pauperiei velut sinu misere nutritas, quas adultas ultro aspirare ad duritiem vitæ monasticæ cernimus: qua, quæso, admiratione, quibusve laudibus excipere nos par est dominam Mariam, mollitiem augustorum natalium, regiique victus ac cultus delicias **534** affluentes, vita tristi et austera ultro mutare sustinentem; quietique opulentæ, ærumnosam operam, tunicis mollissimis, cilicinam asperitatem, vestibus florentissimi coloris, pullos et lugubres centones, mensis denique ac cibis palatinis, monasticam frugalitatem, imo famem ac jejunium præferre ausam, ut dicere cum regio Propheta Domino posset [3]: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.*

ΚΕΦΑΛ. Η'. B CAPUT VIII.

Τῆς μητρὸς Κωνσταντίνου ἐλεημοσύνη. *Matris Constantini misericordia.*

Τάχα τοίνυν ἴσταταί τις πάλαι τῷ λόγῳ μεμφόμενος, ὅτι μὴ τὴν φιλανθρωπίαν διέξεισι καὶ τὸν ἔλεον. Ὁ δὲ λόγος βούλεται μὲν καὶ αὐτὸς, ἀποδειλιᾷ δὲ πρὸς τοσοῦτον ἀφεῖναι πέλαγος. Ποίᾳ γὰρ ἂν καὶ λέξῃ δυνάμει πόσοις τὰς τοῦ λιμοῦ ἀγχόνας διέῤῥηξας, πόσων τὴν γύμνωσιν ἔθαλψας, πόσων παίδων ἀποβολὰς ἐπελάφρυνας, πόσους ἐπὶ πατέρων στερήσεσι παρεκάλεσας, πόσαις ἀνδρῶν θανάτους ἐκούφισας; Οὐδὲ τοῦτο τῆς Ἡσαΐου παρεῖδες φωνῆς, ὦ τρισολβία σὺ, τὸ κτεινομένους ἐκπρίασθαι· ἀλλ' αὐχένων πολλῶν τὸ ξίφος ἀπήγαγες, καὶ τὸ τοῦ θανάτου σκότος ἄρτι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνων ἐπιχεόμενον, ὁ τοῦ ἐλέους ἥλιος ἀπεσκέδασας.

Verum his immorantem me jamdudum increpat impatiens quispiam, quod ab humanitate misericordiaque, rebus adeo in Mariæ Augustæ vita eminentibus, celebrandis, ejus laudator cessem tandiu. Ac sentiebat ipsa oratio eo se pridem vocari officii suscepti conscientia: cunctabatur autem metu quodam et sui diffidentia; ne temere in tam vastum æquor inermem cymbulam abripi sineret. Cujus enim sane facultatis fuerit pro merito exsequi quam tu multorum e jugulis stringentes famis laqueos fregeris? quot miserorum nuditatem veste data foveris? quot parentes amissis mœrentes pignoribus allocutione levaveris? quot pupillis patrum mortes, atque orbitatis malum consolando minueris? quot modo exstinctis consternatas viris officio et alloquio mulieres recreaveris? O te ista ter felicem beniguitatis infinitæ conscientia! cujus ad gloriam et illud quoque cumulandum est Isaiæ voce prædicatum [4] a te non neglectum facinus heroicæ in hoc genere virtutis, quo vitas sub necis ipso ictu positas a fato præsenti redemisti; imminentemque cervicibus repellens gladium, affusas jam oculis desperatorum certæ mortis tenebras, sol velut quidam misericordiæ radiis opportunissimis liberalis gratiæ dispulisti.

ΚΕΦΑΛ. Θ'. C CAPUT IX.

Τῆς αὐτῆς λαμπραὶ ἐπιδόσεις οὐκ ἀλαζονικαί. *Ejusdem liberalitas non ambitiosa.*

Οὐδ' αἱ νυκτεριναί σου διαδόσεις λανθάνουσι, κἂν σὺ λανθάνειν ἐσπούδασας· ἀλλὰ κἂν ἐν νυκτὶ γίνωνται, τὸ φῶς αὐτῶν διαλάμπει, κἀντεῦθεν ὁ Πατὴρ δοξάζεται ὁ οὐράνιος. Λανθάνει μέντοι ἡ δεξιά σου πρᾶξις τὴν ἀριστερὰν, καὶ τῆς ἐναντίας μερίδος. Τὸ μὲν γὰρ ἐφαπλοῦσθαι τὸν ἔλεον, τῆς δεξιᾶς ἡ πρᾶξίς ἐστι· τὸ δὲ μὴ τάγαθὸν ἐπιδείκνυσθαι, μηδὲ σαλπίζειν τὸ φιλανθρώπευμα, τοῦτό ἐστι λανθάνειν τὴν τῆς κενοδοξίας μοῖραν τὴν ἀποπεμπομένην εἰς γέενναν. Οὕτως ἐγὼ τοῦ, *Μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου, συνίημι.*

Tu vero quanquam lucem istam beneficentiæ, studio vitandæ gloriæ clam largiens, obscurare sis conata, nec latere ipsa tamen, ac ne istos quidem in admirationis auram publicæ trans omnem modestiæ obtentum erumpentes opprimere fulgores nocturnarum largitionum potuisti; quarum emicante per tenebras luce, Pater haud dubie cœlestis glorificatur, ut habet Evangelium [5], cujus tu ex præscripto dexteræ tuæ opus sinistram adversæ partis nescire jubes [6]. Nam liberalitatem quidem late spargere opus ego dexteræ appellaverim: cavere autem ostentationem in dando, nec beneficium tuba promulgare, id vero esse arbitror bonam operationem a lævæ partis (nempe vanæ gloriæ in gehennam provolventis) maligno quodam fascino protegere. Sic ego illam sententiam interpretor: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.*

ΚΕΦΑΛ. Ι'. D CAPUT X.

Κατά τινων ἀλαζονικῶς φιλοτίμων παρέκβασις. *Digressio in quosdam ambitiose munificos.*

Καίτοι γε, τίς οὐκ οἶδεν ὡς ὁ νῦν καιρὸς περὶ Verum enimvero quis non sentit quid in hoc

[1] Cant. I, 3. [2] Cant. II, 3. [3] Psal. XVI, 4. [4] Isa. XXV, 8. XXVI, 19. [5] Matth. VI, 38. [6] Matth. VI, 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

genere nostra hæc ætas, et usus, nescio **535** unde, aut qua ratione hodie prævalens innovaverit, contra ista exempla præscriptaque. Equidem quorsum id spectet vereor : optoque (utinam ne frustra !) faustum ut in finem publiceque utilem desinat. Cæterum hoc scio, causam inde offensionis plurimis objici. Excitata olim domicilia receptui cultuique animarum suæ alienæque saluti studentium, quæ temporis passa dentem, longique ævi debilitata vitio, auxiliatrices ad sui restaurationem implorant manus, negliguntur, et solvi ac fatiscere senio sinuntur; eriguntur autem de integro novi operis recentisque designationis ædificia, fundatorum nominibus appellata ; parisque honoris illecebra tracti jam plures certatim in similia cœpta sumptum opemque ostentant, ambitiosa patrocinia, titulosque ad decus durabiles, quippe cum vulgari æternorum operum nomenclatione conjunctos, non male sese vel magna pecunia empturos rati. Mihi vero isti non minus inconsulte videntur agere quam si quis filium ægrotantem habens, ejus cura neglecta, novam uxorem quæreret, ex qua susciperet aliam prolem, cum laborantis filii nec ingenium, nec indolem accusare posset. Heus, tu homo imprudens, et aliquanto gravior, minusque medicabili quam tuus filius morbo æger, filium habens domi adultum, bonæ spei, probis moribus, valetudine non difficili jacentem, hunc modica diligentia curabilem negligis, et stulto præsentis commodi contemptui desiderium nihilo sanius pretexis gignendæ educandæque novæ sobolis ; animumque in curas, rem in sumptus inutiles inutilesque projicis, dum uxore conquirenda nuptiisque apparandis longam spem inchoare mavis, quam partis atque in sinu positis bonis frui !

A τι πρᾶγμα ἐνεωτέρισεν ; οὐκ οἶδα μὲν ὅπως γενόμενον (εὐξαίμην δ' ἂν ὀρθοῦ σκοποῦ τὸ πρᾶγμα καταστοχάζεσθαι), πλὴν τοῖς πολλοῖς σκανδάλου παραίτιον. Ἀρχαῖα μὲν γὰρ ψυχῶν φροντιστήρια τῷ χρόνῳ κεκμηκότα, καὶ χειρὸς ἀντιλαμβανομένης δεόμενα παρεώσαντο· καινίζονται δέ τινα νεαρά τε καὶ πρόσφατα ἐπὶ τοῖς τῶν κεινουργούντων ὀνόμασι· καὶ αὐτὸς ἕκαστος νεουργός τε εἶναι προθυμεῖται, καὶ δεσπότης τοῦ νεουργήματος· ὥσπερ ἂν εἴ τις υἱὸν περιορῶν νοσοῦντα ἀθεράπευτον, ζητοίη σύζυγον ἄλλην, ἵν' ἐξ ἐκείνης παιδοποιήσηται, μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν τῷ νοσοῦντι. Ἀβέλτερε ἄνθρωπε, καὶ νοσῶν ὄντως ἀνίατα, παῖδα ἔχων ἀγαθὸν, εἶτα τοῦτον ἐξὸν θεραπεῦσαι περιορῶν, ἑτέρου γάμου φροντίσιν ἑαυτὸν ἐπιρρίπτεις, καὶ B περιττοῖς πρᾶγμασι διαπονήμασιν !

CAPUT XI.

Largitiones Mariæ Augustæ.

Non his ambitionis inconsultæ laqueis capi se irretirique tua mater, o imperator, passa est. Verum omnes humanas cogitationes respuens ; et *vocari nomina sua in terris suis* [7] terrena sapientibus relinquendum censens, templum se ipsa struxit ornavitque, secuta delineationem architecti Pauli [8]; quippe fundamento usa Christo, cui argentum et lapides pretiosos ministerio pauperum inædificavit. Multa præterea egentioribus civium misericorditer distribuit ; multis item donativis monasticos utriusque sexus recreavit cœtus, qui duce Christo adversus principem hujus sæculi professam militiam viriliter tolerant, expedito etiam ultra continentem, cursu quodam effusissimæ liberalitatis, usque in oppositas nostris littoribus insulas, quibus semente misericordiæ large injecta spem non mendacem commendasti lætissimarum frugum, quas olim in exsultatione non deficiens metes, ut illud tibi e propheta sumptum non vanæ gratulationis usurpare verbum liceat [9] : *Renovamini* ad me insulæ et quasi festo indutæ cultu ostentate vos mihi sospitatrici altricique vestræ. Omitto quotidianam hospitalitatem, qua quemvis ad te divertentem, nec curæ parcens, nec sumptui, plane ut Dei angelum, ut Christum ipsum excipis, benignitate prolixissima, hilaritate liberalitatem cumulante simul et commendante. **536** Quis autem omnia narrando complecti possit ? imo quis id quidem suscipere ausit, ut se ridendum non propinet ? Siquidem facilius numeraverit quispiam quoties in die reciproces spiritum, quam quoties misericordiam exercens. Nec enim tibi frequens aut familiare minus est misereri quam spirare.

[7] Psal. XLVIII, 13. [8] I Cor. III, 12. [9] Isa. XLI, 1.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Μαρίας Αὐγούστης λαμπραὶ ἐπιδόσεις.

Ἀλλ' οὐχ ἡ σὴ μήτηρ, ὦ βασιλεῦ, ἑάλω τοῖς τοιούτων δικτύοις· ἀλλὰ πάντας ἀνθρωπίνους λογισμοὺς διαπτύσασα, καὶ τὸ ἐπικαλέσασθαι τὸ ὄνομα ἐπὶ C τῶν γαιῶν τοῖς γεηροῖς ἀπορρίψασα, ναὸν ἑαυτῇ κατεσκεύασεν, οἷον ὁ ἀρχιτέκτων Παῦλος ἡμῖν ὑποτίθεται, τῷ θεμελίῳ Χριστῷ, καὶ ἀργυρον καὶ λίθους ἤδη τιμίους διὰ τῶν πενήτων ὡς ὑπουργῶν ἐποικοδομήσασα. Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς μάλιστα δεομένοις ἐλέους διένειμε· πολλοῖς δὲ καὶ τὸ μοναχικὸν ἐψυχαγώγησε σύνταγμα, ὅσον τε θῆλυ, καὶ ὅσον ἄῤῥεν, ἅπαν κατὰ τοῦ κοσμοκράτορος ἀνδριζόμενον. Οὐδὲ τὰς ἀντιπέρας νήσους ἀφῆκας ἐκτὸς εἶναι τῆς σῆς κατασχέσεως, ἀλλὰ κἀνταῦθα τὸν σπόρον σου ἔσπειρας, ὃν ἐν ἀγαλλιάσει καιροῖς ἰδίοις μὴ ἐκλυομένην θερίσεις. Ὥστε καὶ σὲ λέγειν δύνασθαι· *Ἐγκαινίζεσθέ* πρός με, νῆσοι, τὴν ἄρτι γενομένην ὑμῶν σώτειράν τε καὶ θρέπτειραν. Τὰ δ' D εἰς τοὺς καθεκάστην παραβάλλοντάς σοι γινόμενα, πῶς μὲν ἕκαστον αὐτῶν ὑποδέχῃ ὡς ἄγγελον Θεοῦ, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν· πῶς δὲ ἡ δόσις μεθ' ἱλαρότητος· πῶς δὲ σὺν ταύτῃ καὶ ἡ δαψίλεια· τίς πάντα δυνατὸς ἐξηγήσασθαι ; μᾶλλον δὲ τίς πᾶσιν ἐπιβαλλόμενος οὐ καταγέλαστος ἔσεται ; Πρότερον μὲν γὰρ ἂν τις ἀριθμήσῃ ποσάκις τῆς ἡμέρας ἀνέπνευσας, ἢ ποσάκις ἠλέησας. Σοὶ γὰρ ἴσον τὸ ἀναπνεῖν καὶ τὸ ἐλεεῖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Τῆς αὐτῆς ἐπιτηδεύματα καὶ πολυμαθία.

Ἡ δὲ πραότης πόση! τὸ δὲ φιλομαθὲς ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπόληψιν. Ταύτην, ποία μὲν βίβλος καὶ τῶν πεπυκνωμένων καὶ στιβαρῶν διέφυγε, ποῖον δὲ πατρῷον διήγημα; ἦν ποτὲ μὲν ἐν τοῖς τελεωτέροις ἐνδιαιτωμένην εὑρήσει τις, οἷόν τινα τροφὴν στερεὰν προσιεμένην τὰ δόγματα, ποτὲ δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἐνδιατρίβουσαν, ὡς ἄνθεσι λειμῶνος ἐπιτερποῦς καὶ χαρίεντος. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, *τῷ νόμῳ τοῦ Κυρίου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐμμελετᾷ*· καὶ ἐγειρομένη καὶ περιπατοῦσα, καὶ ἐγειρομένη καὶ καθεζομένη, τὰ θεῖα μέτεισι λόγια, καὶ τρισσῶς ταῦτα πλαξὶ καρδίας ἐναπογράφεται, ὡς Δαβὶδ, καὶ Μωϋσῆς, καὶ Σολομὼν ἀπαφήναντο.

A

CAPUT XII.

Ejusdem studium et eruditio

Jam mansuetudo ejusdem quanta! studium quidem certe doctrinarum fidem ac suspicionem hominum excedit. Quis, quantumvis spissus, prolixus et verbosus, liber infinitam hujus diligentiam effugit? Quæ traditio aut narratio vivo sermone, patrumque ad filios transmissione propagata, non illi audita, comprehensa, comperta est? Nec ordo ac vices alternæ studio desunt. Interdum enim hanc reperias perfectioris meditationi doctrinæ intentam, et exquisitione dogmatum, velut cibo solido pascentem animam. Nonnunquam rursus a divinis ad humaniora descendentem, oblectantemque se velut carpendis floribus vernantis prati: receptu tamen ad cœlestia tam crebro, ut brevi ac vere dici queat, *meditari eam in lege Dei, die ac nocte* [10]. Decumbentem, inquam, stantemque, ambulantem juxta ac sedentem, unum ubique perpetuo agere, unam animo volvere considerationem ac memoriam sacrorum oraculorum; quæ cordis velut quibusdam laminis triplici exemplo sculpta circumfert; alte perceptis attentissima lectione iis omnibus, quæ vel David, vel Moyses, vel Salomon scripto edita nobis reliquere.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Τῆς τοῦ υἱοῦ αὐτῆς παιδείας ἀξιόλογος ἔννοια.

Τί ἔτι; Καλὸν τεκνογονία, καὶ ἀγωγὴ παίδων ἐπαινετὴ καὶ θεάρεστος, καὶ τῇ μητρὶ ἀρκοῦσα πρὸς σωτηρίαν, εἴ τι δεῖ Παύλῳ πιστεύειν, τὰς μητέρας σώζεσθαι ἐκ τοῦ τῆς τῶν παίδων ἐπιμελείσθαι σωφροσύνης ἐγγυησαμένῳ. Καὶ τίς οὕτω σεμνῶς ἡλικίαν παιδὸς ἐπισφαλῆ διεξάγει; τίς δὲ πλείονας σωφρονιστὰς ἐφιστᾷ τῷ παιδί· τοὺς μὲν γλῶτταν ἐξευγενίζοντας, τοὺς δὲ τὸν νοῦν καταρτίζοντας, τοὺς δ' ἱστορίαν ἐρανίζοντας, πάντως δὲ πάντας τῷ νέῳ τι συνεισάγοντας; Ἐρυθριᾷς τοῖς ἐπαίνοις, ὦ περιστερὰ Κυρίου, καὶ καλὴ, καὶ τελεία· οὐκοῦν διὰ τοῦτο μᾶλλον ἀξιεπαίνετος. Οὐ γὰρ εὐφημητέος ὁ τοὺς ἐπαίνους θηρώμενος (ἀλαζὼν γάρ), ἀλλ' ὑμνητέος μᾶλλον ὁ τούτους ὑποστελλόμενος· φιλόσοφος γάρ. C eo videlicet laude dignior. Laudandus siquidem rerum arrogantiæ peragit. Qui vero se in modestiam rat, non dubio edito veræ philosophiæ, hoc est

B

CAPUT XIII.

Cura ejus laudabilis instituendi filii.

Quid his addam præterea? Honesta et commendabilis res est susceptio institutioque liberorum, Deo quoque grata ipsi, ac matri ad salutem sufficiens, si quid Paulo credimus, matres salvari per filiorum exactam educationem promittenti. Quæ vero unquam mater sanctius severiusque lubricam et ancipitem filii ætatem excoluit? quæ plures nato moderatores ac magistros imposuit? quorum alii os fingerent, linguamque formarent pueri, alii subigerent disciplinarum præceptis animum; historiæ alii notitiam rudi adjicerent: omnes omnia quæ simul absolvere institutionem perfectam possunt, in adolescentulum conferrent. Erubescis tuis laudibus, pulchra et perfecta columba Domini, non est qui laudari ultro expetens vituperabilis se contrahit, hoc maxime se commendabilem declarat, non dubio edito veræ philosophiæ, hoc est virtutis non fucatæ, documento.

[10] Jos. I, 8.

ΜΕΡΟΣ ΕΤΕΡΟΝ, ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΝ

PARS ALTERA, PARÆNETICA.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Παράθλιος ὁ βασιλεὺς ὁ ταῖς θεολήπτοις δωρεαῖς καταχρώμενος.

Ἀκούεις, αὐτοκράτορ· οὐ γὰρ μάτην ταῦτά μοι ῥαψῴδηται, οὐδ' ἵνα κενὰ ψάλλων [*f.* -λω], τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας· ἀλλ' ἵνα δείξαιμί σοι πόσοις ἀγαθοῖς παρὰ τοῦ Κρείττονος κεχορήγησαι, καὶ ὡς πάρεστί σοι πάντως ὑπερβαλέσθαι τοὺς πώποτε αὐτοκράτορας, τοσαύταις ἀφορμαῖς βοηθουμένῳ πρὸς

D

537 CAPUT I.

Princeps qui acceptis a Deo bonis non ad bonum utitur, miser est.

Audis, imperator, neque enim illa frustra recitata sunt a me, et ut inania canerem, quod dici solet; sed ut tibi ostenderem, quot bonis a divino Numine ornatus sis, quamque tibi sit facile his instrumentis parandæ virtutis adjuto, omnes, qui unquam ante te fuerunt, imperatores antecellere.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Enimvero quis te fortunatior uno fuerit, modo A his tantis tamque præclaris inducas in animum colophonem addere virtutis tuæ? quis e contrario miserior, si tam excellentia Dei dona pudendis deinde ac vituperabilibus actis corruperis?

τὸ καλόν. Τίς μὲν γὰρ ἔσται μακαριώτερος, εἰ τούτοις πᾶσι προσθείης τὸν κολοφῶνα τῆς σῆς ἀρετῆς; τίς δὲ ἀθλιώτερος, εἰ ταῦτα καταρυπάνῃς διὰ τῶν σῶν μετέπειτα πράξεων;

CAPUT II.

Regia dignitas regias virtutes non habenti, dedecori est.

Ne enim arbitreris principatum tibi ad gloriam profuturum, nisi dignos imperio mores ostenderis: nam isto modo furiosus ille Cambyses, et effeminatus Sardanapalus, Aristidem et Epaminondam splendore præcellerent. Imo tanto magis rideberis, dignitatem regiam vitæ improbitate maculans, quanto istud tuum vitium illustriori editum loco B longius aberit a commoditate latendi. Privati siquidem cupiditatibus obsequentis spreta ratione, legesque virtutis intemperanti furore calcantis, ignorabilis etiam vicinis nequitia est. Propterea quod quæ a cive vulgaris sortis in vita peccantur, non fere in notitiam emanant vulgi, domesticis clausa septis ac latebris. Principum contra ea sors est, ut ne prima quidem ac tacita designatum cogitatione facinus ipsorum sese a vulgi tueri notitia possit.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ἡ βασιλικὴ ἀξία τῷ τῶν βασιλικῶν ἀρετῶν ἀποροῦντι, αἰσχύνη.

Μὴ γὰρ οἷου τὴν βασιλείαν σοι πρὸς δόξαν συμβαλεῖσθαι, εἰ μὴ καὶ τὸν τρόπον βασιλικὸν ἐπιδείξαις (ἐπεὶ οὕτω γε καὶ ὁ μαινόμενος Καμβύσης, καὶ ὁ θῆλυς Σαρδανάπαλος, Ἀριστείδου καὶ Ἐπαμεινώνδου λαμπρότεροι)· ἀλλὰ τοσούτῳ μᾶλλον γελασθήσῃ τὴν βασιλείαν ὑβρίζων, ὅσῳ καὶ ὑβρίζεις περιφανέστερον. Ἰδιώτου μὲν γὰρ ἀλίγως βιώσκοντος, καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς νόμοις ἐμπαροινοῦντος, κἂν ὁ γειτονῶν ἀγνοήσειεν. Οὐ γὰρ εἰς πολλοὺς διαβαίνειν τὴν ἰδιωτικὴν ἁμαρτάδα, ἀλλὰ τῷ οἰκιδίῳ ἐμπεριλείεσθαι πέφυκε. Βασιλεὺς δ' οὐχ οὕτως· ἀλλὰ καὶ λογισάμενος μόνον, ὡς ἁμαρτήσει, τοὺς πολλοὺς οὐ λήσεται.

CAPUT III.

Virtutibus, non vestitu commendari regem.

Nec porro tibi persuadeas, auro textas istas et purpura, palmatasque vestras tunicas ac togas nitore solo flexuras ad venerationem tui belli- C cosos et torvum tuentes, leonibusque feroces animis viros, nisi te quoque loricatum manu cominus rem gerere ipsum, et stragem in præliis dare viderint. Non enim conturbatur aspectu Barbarus compti nuptialiter adversarii; at aureis insignem ornamentis, ut puerulum irridet, imbecillemque ac junceum reputans, pugni unum impulsum, **538** merito conflidit.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Τῶν ἀρετῶν ἕνεκα, καὶ οὐκ ἐνδυμάτων, ὁ Βασιλεὺς ἐπαινεῖται.

Μηδὲ νόμιζέ σοι τὴν κατάχρυσον καὶ περιπόρφυρον τήβενναν ὑπαγαγεῖν ἄνδρας θεράποντας Ἄρηος, ἄνδρας δεινὸν δερκομένους καὶ λεοντῶδες, εἰ μή σε καὶ χαλκεοθώρακα βλέποιεν καὶ αὐτουργοῦντα τὸν πόλεμον. Οὐ γὰρ ἐκπλήττεται Βάρβαρος ὁρῶν νυμφικῶς ἔχοντα, ἀλλὰ καταγελᾷ χρυσοφορουμένους ὡς παιδαρίου· καὶ διαπαίζων ὡς παιδικόν τε καὶ ἄνελκτον, οἴεται δικαίως, ὡς οὐδὲ κονδύλου πρὸς τὸν φόνον τούτου δεήσεται.

CAPUT IV.

Voluptas regi vincenda.

Quid si vero te pellaces voluptatum præstigiæ subegerint, egregium te tum nobis imperatorem, D dignumque in primis qui regnet in alios, cum se ipse illiberalissimis voluptatibus probrosissima servitute mancipaverit! Talis sane princeps qua fronte aliis præcipiet, ne cupiditates suas antiquiores legibus habeant? Exemplo enim nimirum eos ad id invitavit suo. Eos igitur quomodo idem ipse dux præire ad honestatem poterit, post seque audituros vocare, qui tam male bonis ad officium vocantibus obtemperet monitoribus?

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Τῆς φιληδονίας καταφρονεῖν τῷ βασιλεῖ καθήκει.

Εἰ δέ σου καὶ τῶν ἡδονῶν ἡ γοητεία κρατεῖ, καλός γε ἡμῖν ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ τῶν ἄλλων βασιλεύειν ἐπάξιος! Ὃς τρίδουλον ἑαυτὸν ταῖς ἀνελευθέροις ἡδοναῖς ὑποτέθεικε, πῶς ἄλλους παιδεύσει μὴ τοὺς νόμους δευτέρους ἡδονῆς τίθεσθαι; πάνυ γὰρ ἑαυτὸν προεπαίδευσε. Πῶς; ἑτέροις ἡγήσεται πρὸς τὸ βέλτιον; οὐ γὰρ αὐτὸς τῶν νουθετητῶν κατακούει.

CAPUT V.

Labores regi honesti et utiles.

Exterminanda igitur tibi est, et omni ope, vel igni etiam ac ferro, excindenda pessima bellua voluptas; cujus in dejectæ locum substituendi labores sunt, qui corpora imperatorum exercent, et contra hostes firma validaque nutriunt. Hi et juvenibus ætatis florem non sinunt marcescere, et

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ἡ φιλοπονία τῷ βασιλεῖ πρέπουσα καὶ χρήσιμος.

Ἐξοριστέον σοι τοίνυν καὶ ἐκκοπτέον πάσῃ μηχανῇ καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ τὸ δεινότατον θηρίον τὴν ἡδονήν· ἀντεισακτέον δέ σοι καὶ ἀντιτακτέον τοὺς πόνους, οἳ σωμασκοῦσι τοὺς αὐτοκράτορας, καὶ κατὰ τῶν ἀντιπάλων σοβαροὺς τρέφουσιν. Οὗτοι γὰρ καὶ τοῖς νέοις τὴν ἄνθην τῆς ἡλικίας οὐκ ἐῶσι μαρκίνε-

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

σθαι, καὶ τοῖς γεγηρακόσι τὴν ἐκ τοῦ γήρως ἐπικουφίζουσι κάκωσιν, ἡλικιῶται τούτων ὄντες καὶ σύντροφοι.

A provectis ætate senectutis gravitatem levant; necessitudine velut quadam ipsos ac familiaritate complexi, quod ipsorum quodammodo æquales, nutriti cum ipsis una simul adoleverint.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Τρία ἄδοκιμα καὶ τρία ἄδεκτα τῆς κυβερνήσεως εἴδη.

Ἀλλὰ γὰρ δεῦρο καὶ μάνθανε βασιλείας τύπον, ὡς οἷόν τε συντομώτατον. Τρεῖς εἰσι πολιτειῶν καταστάσεις καθολικώτεραι· ὧν ἡ μὲν μοναρχία, καὶ ἔννομος καὶ βασιλεία καλεῖται, βάσις οὖσα λαοῦ καὶ στήριγμα, κατὰ τὸ ἔτυμον τοῦ ὀνόματος. Ἡ δ' ἐκ πολλῶν μὲν ἀρχόντων, ἐνομωτάτων [*f.* ἐννομ.] δὲ τούτων, συντέθειται· ἀριστοκρατία ταύτῃ τὸ ὄνομα. Ἡ δέ τις τοῦ δήμου πανὸς συνδρομὴ πρὸς τὴν τῆς πολιτείας διοίκησιν, ἣν δημοκρατίαν ὠνόμασαν. Ἀντικάθηνται δὲ ταύταις ἕτεραι τρεῖς, τῆς ἀξίας ἐκβιαζόμεναι. Καὶ τὴν μὲν βασιλείαν τυραννὶς ἐνεδρεύει· τὴν δ' ἀριστοκρατίαν, ὀλιγοκρατία τοξεύει, ὅταν πλούσιοί τινες καὶ βίαιοι τοὺς ἀρίστους ὑποκρινόμενοι ἄρχωσι· δημοκρατίαν δὲ ἡ ὀχλοκρατία ὁρᾷ ἀντιπρόσωπον, συγχεχυμένου τοῦ πλήθους συνέλευσις ἄνομός τε καὶ παντάπασιν ἄτακτος. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων οὐδ' ὁτιοῦν διαλέξομαι.

CAPUT VI.

De tribus bonis totidemque malis regiminis formis.

Verum adesdum, et accipe regni formam quam potest fieri brevissime collectam. Tres sunt in universum rerumpublicarum status, quarum monarchia quidem proprium obtinet regni vocabulum, vulgari quoque adjuncto legitima vocata: fundamentum stabile ac firmum quoddam populo ac publicæ tranquillitati præbens, juxta vim peculiarem Græci nominis quo regnum designatur. Altera est quæ multorum consensu magnatum bonum publicum maxime spectantium conflatur, aristocratiæ verbo appellari vulgo solita. Tertia denique populi concursum et conspirationem universi ad gubernationem concordem civitatis democratiæ vocabulo exprimit. Porro hisce tribus bonis aliæ ex adverso respondent totidem ab æqui orbita per vim injuriamque declinantes. Monarchia siquidem insidiantem sibi tyrannidem patitur. Aristocratia vero infestam habet oligocratiam, hoc est, coitionem factiosam paucorum opulentorum, specie probitatis et boni communis potentiam et arbitrium rei summæ ad privatum commodum affectantium. Postremo democratiam e diametro respicit ochlocratia, sic appellari potest confusæ multitudinis temerarius confluxus, legitimæ rationis ordinisque plane omnis expers. Posteriores duas species regiminis cum aliis contra ipsas comparatis, mentione attigisse sola satis sit: nihil enim ad rem nostram faciunt.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Πρῶτον τυράννου τεκμήριον, τὸ βιαίως ἐπέρχεσθαι.

Τυραννίδος δὲ καὶ βασιλείας ἄκουσον τὰ γνωρίσματα· Πρῶτον μὲν ὁ τύραννος ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐκβιάζεται. Οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν πολιτῶν τὰ χαλινὰ τῆς ἀρχῆς ἐκδέχεται, ἀλλ' αὐτὸς ἁρπάζει ταῦτα σφαγαῖς τε καὶ αἵμασι· τοιαῦτα μὲν αὐτῆς τὰ προοίμια, καὶ οὕτως ἐξ ἀρχῆς τοῖς αἵμασι περιραίνεται.

C

539 CAPUT VII.

Primus tyrannidis character violenta invasio.

Tyrannidis vero et regni characteres exsequar, quos audias velim annotesque. Primum omnium tyrannus per vim in imperium irrumpit, nec suffragio aut consensu civium delatas principatus habenas sumit; sed rapit atque extorquet, cæde ac crudelitate late grassans. Hæc inominata magistratus auspicia nanciscitur; sic a primo vestigio ingressuque regni, civili respersus sanguine cruentisque signatus maculis.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Δεύτερον τυραννίδος σημεῖον, ἐς τῶν ὑποκειμένων ὑποστάσεις καὶ ἐλευθερίαν ἀπάνθρωπος καὶ ἐγκατάσκηψις.

Ἐπὰν δὲ εἰσέλθῃ πρὸς τὰ ἀνάκτορα, ποίας τὰς τελετὰς ἐκτελεῖ; Ὁπόσας μὲν ἡδονὰς πρεσβεύει τοῦ σώματος, πάσας ἐν λύπαις τοῖς ὑπηκόοις ἐπιτεχνάζεται, οὐδενὶ πιστεύων, οὐδένα φίλον ἔχων, πάντας ἐχθροὺς καὶ ποιούμενος καὶ ἡγούμενος· τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, ὅτι νομίζει τούτων μισεῖσθαι· ἀγαθοὶ γὰρ ὄντως μισήσουσι τὸν ἀνόμοιον. Τοὺς δὲ πονηροὺς δι' αὐτὸ τοῦτο πάντως, ὅτι πονηροὶ καὶ τῶν αὐτῶν ἐφιέμενοι· ἀγωνιᾷ γὰρ μή τις αὐτοῦ πονηρότερος τῇ ἀρχῇ ἐπιθήσοιτο. Ἀεὶ τοίνυν κόπτει τῶν ἀσταχύων τοὺς προβόχοντας, καὶ πάντας ἀπεργάζεται πένητας, καὶ πάντας ἀναγκάζει πενθεῖν καὶ κόπτεσθαι· ἵνα μὴ τρυφῶν τις, φησὶ, σχολάζῃ, καὶ σχολάζων περιεργάζηται, καὶ περιεργαζόμενος φρο-

CAPUT VIII.

Secundus tyrannidis character crudelis et contumeliosa grassatio in subditorum bona et corpora.

Inde ubi regiam introierit, quæ jam in illis adytis mysteria celebrabit? Se quidem ipsum ingurgitabit voluptatibus obscœnissimis: miseris vero subditis ærumnarum dolorumque ac calamitatum omne genus architectabitur, nemini fidens, neminem charum habens, omnes æque hostium loco ducens: bonos quidem, quod sibi dissimilibus se non dubitet exosum: malos vero quod ipse improbitate provectus pari, eadem appetat, et rivales cupiditatum suarum non ferat: metuens præterea ne quis exsistat in malitia simili potentior, qui regnum ipsi conetur extorquere. Papaverum igitur ac spicarum summa semper capita decutit, attenuatque studiose ditiores quosque, atque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

emergentes premit, lugendi causas gemendique semper accumulans, ne in copia rerum otium forte nactus circumspicere se quispiam, et ubi sui fiducia intumuerit, rebus quoque studere audeat novis. Jam leges pro arbitrio ludibundus, ut talos aut calculos, versat mutatque, vel avaritiæ, vel libidini, vel simili cupiditati propriæ serviens. Et exercitum quidem justum ac disciplinæ patientem in verum usum reipublicæ ne cogere quidem aut novit; satis autem ducit robustos circum se habere satellites, quibus large pastis, et saginatis præda publica, paratis ad omne scelus administris utitur; pro stipendio ipsis effusissimam in omnes donans cædendi, violandi, orbandi, quidvis manu, gladio, invadendi perpetrandique licentiam.

A νοίη νεώτερα. Νόμους τε μεταπεττεύει καὶ μετατίθησιν, ἢ τῷ φιλοχρημάτῳ τῆς ψυχῆς, ἢ τῷ ἀκολάστῳ, πάντως δὲ πάθει τινὶ χαριζόμενος. Καὶ στρατωτικὸν μὲν οὐ τρέφειν οἶδεν ὑπὲρ τῆς πολιτείας, οὔτε συνίστησι· δορυφόρους δὲ περὶ αὑτὸν συναγαγὼν τοῦ σώματος φύλακας, τούτους σιτίζει καὶ πιαίνει, κατὰ τῆς πολιτείας τρέφων τοὺς σύμπαντας, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς ἐφιεὶς τὴν ἡνίαν σφάττειν, ἐξουθενεῖν, ἀτεχνοῦν.

CAPUT IX.

Miseria populi tyrannide oppressi.

Tali ergo dominante principe agricola quidem non alios culturæ fructus quam lacrymas metit, qui miserrimus ubi continuatis totos dies laboribus eluxit segetes usque in spem proximam, videt ecce tyrannico velut quodam turbine messem abripi; proque uva, quæ in excultis annua cura vitibus longo ejus sudore maturuerat, solos sibi relictos doloris tribulos, præcordia ejus 340 ac cor ipsum convulnerantes sensu acerbissimo violentæ rapinæ, velut spinarum acerrimis aculeis. Nec miseriarum hæc summa: nam a præclari principis emissariis nudato iterum hostium male custodito limite irrumpentium experiunda sævitia est. Hæc rusticus. Quid nauta? nisi ventos ac fluctus diris devovet, quod sese jamdiu non demerserunt; adeo concitatiora maria, procellasque ditiores in portu infelix atque in littore patitur. Cives denique oppressæ tali monstro civitatis incolæ eo intolerabilius continentiusque vexantur, quo in istius Minotauri vicinia opportuniores ad quotidianas injurias sunt, velut ad cibum famelicæ ac sanguinariæ objecti belluæ. Itaque hujus quidem repente pecunia tollitur, resque diripitur: alterius filia sanctissima eatenus custodia virginei thalami servata, illinc ad contumeliam rapitur, deploratissimo patre nuptiale gaudium et festos cantus speratorum aliquando sponsalium filiæ in questus inconsolabiles mutante: ac pro lacrymis lætitiæ quas illi dulcissimas provocaturus erat hymenæus natæ, fletus vi doloris acerbissimi expressos coacto fundere. Quid illi cujus uxor a valentibus satellitibus in tyranni cubile abducitur, quam acuto desperatissimi furoris cor telo transfigitur? Atqui si mutierit, si verbum liberum miserit, pœnas præsentes intempestivæ libertatis sicariorum statim opera immissorum adacto in viscera ferro crudelissime confossus luet. Quanquam ista non pœna, sed consolatio unica infelicissimis superest: quod talibus spectaculis gladii beneficio subtrahuntur.

B

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Τοῦ λαοῦ τυραννίδι ὑποκειμένου, ταλαιπωρία.

Τυράννου κρατοῦντος, καὶ γεωργὸς καρποῦται τὰ ἄκρυα, πόνοις μὲν καθ' ἡμέραν τρυχόμενος, ὑπὸ τυραννικῷ δὲ λαίλαπι συναρπαζόμενον ὁρῶν τὸ γεώργιον, καὶ τὴν τῆς λύπης βάτον ἀντὶ σταφυλῆς γεωργεῖ, κεντοῦσαν αὐτοῦ τὰ σπλάγχνα τῇ τῆς ἀκάνθης ὀξύτητι· καὶ τὸ δεινότερον, ὅτι καὶ τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς οἰκείοις ἅρπαγμα γίνεται. Ὁ θαλάσσιος δὲ τοῖς ἀνέμοις ἁρᾶται καὶ τῇ θαλάσσῃ, ὅτι μὴ αὐτὸν κατεβύθισαν· οὕτω πικροτέρας θαλάσσης καὶ τυραννικωτέρων ἀνέμων πεπείραται. Οἱ δὲ τῆς πολιτείας ἐπώνυμοι, οὗτοι μὲν πᾶσαν συμφορᾶς ὑπερβολὴν παρελαύνουσιν, ὅσῳ καὶ συνοικοῦσι τῷ Μινοταύρῳ, καὶ πρὸς βρῶσίν εἰσι προχειρότατοι. Τοῦ μὲν γὰρ ὁ πλοῦτος μετακομίζεται· τοῦ δὲ θυγάτηρ θαλαμευομένη σεμνῶς τὸ πρὶν, εἰς ὕβριν ἁρπάζεται· καὶ ὁ κρότους ἐξεγείρειν ἐλπίζων ἐπὶ τῇ παστάδι καὶ τοῖς νυμφεύμασιν, οἰμωγὰς ἀνεγείρει τὴν ὕβριν ἀνακλαιόμενος, καὶ δάκρυσι χαρμονῆς, τῆς λύπης ἀντιχέει τὰ δάκρυα. Τοῦ δὲ γυνὴ πρὸς μισαρὰν ἀπαγομένη κοίτην οἷον τὸ βέλος τῇ καρδίᾳ ἐμπήγνυσι! Κἂν γρύξωσί τι ῥῆμα ἐλεύθερον, τὸ ξίφος εὐθὺς κατὰ σπλάγχνων βαπτίζεται. Τοῦτο μόνον ἡδὺ τοῖς ἐλεεινοῖς καὶ ἀσπάσιον, ὅτι τοιούτων θεαμάτων διὰ τοῦ ξίφους ἀπάγονται.

C

D

CAPUT X.

Tyranni timores anxii et perpetuum tormentum.

Sic per urbem grassatur cruenta hæc fera: quid domi autem? nec conjugem libenter, nec liberos aspicit, unus necessitudinis dulcedinem nullius sentiens, etiam ab ipsa, dum in sinu cubat suo sibi conjuge tremens metuit, somnumque exhorret, suspectans, ne is commissum ipsi tyranni caput sorori suæ morti consignet ac tradat. Jam cum vulgo cunctis exporrigant frontem epulæ, curisque inducias remissione hilari faciant, huic

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Φόβοι ἐναγώνιοι καὶ διηνεκὲς βάσανος τοῦ τυράννου.

Ἐκεῖνο τὸ θηρίον ὁ τύραννος, οὐδὲ τὴν γυναῖκα ἡδέως βλέπει, οὐδὲ τὰ φίλτατα· ἀλλὰ καὶ ταύτην ὑποπτεύει καὶ συγκοιμωμένην τρέμει, καὶ τὸν ὕπνον ὑποφρίττει, μήπως αὐτὸν τῷ ἀδελφῷ θανάτῳ παρακατάθηται· καὶ πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις παρέχει τὴν εὐφροσύνην ἡ τράπεζα· ὁ δὲ τότε μάλιστα πέφρικε, μὴ δηλητήριόν τι τοῖς βρώμασιν ἀναμέμικται, μὴ τὸ ποτήριον αὐτοῦ, θανάτου ποτήριον γένηται. Οὐδὲ τοῖς δορυφόροις ἔχει πιστεύειν ὁ ἀλιτήριος. Πόθεν;

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

οὓς τῶν ἄλλων μάλιστα δέδοικεν, ὅσῳ καὶ ξιφοφοροῦσιν ἔγγιον. Ἀεὶ γὰρ ἐννοεῖ, μήπως, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, κατ' αὐτοῦ δὲ τοῖς ξίφεσι χρήσωνται. Κατὰ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ὁπλίζει τούτους, κατὰ δὲ τῶν δορυφόρων οὐκ ἔχει τίνας ὁπλίσειεν. Ἄξιός γε ὁ τρόμος οὗτος τυραννικοῦ καὶ ἀπίστου φρονήματος. ὡς οὐκ ἔστιν ᾧ ἄν τις ποινηλατήσῃ πλέον τὸν τύραννον, ἢ ὅσον αὐτὸς ἑαυτὸν τιμωρεῖται τοιαύταις ἀνάγκαις ἐγκαταστήσας.

A conflictationis inquietissimæ tempus istud est, ad omnem anxie morsum atque haustum exborrescenti ne submistum alimento venenum fuerit, ne toxicum clam vino infusum bibentem fallat. Ac ne stipatoribus quidem supra modum infelix, fidit; suos, inquam, custodes ipsos ac satellites eo suspectiores habet, quo propius suis lateribus ferrum gestant: mala enim conscientia quid se dignum sit sentiens, perniciem a præsidiis timet propriis: secumque reputat, foris quidem si motus exsistat, habere hos sese domesticos, quos armet contra; ipsis porro in eumdem se insurgentibus, qui alii suppetunt, quos opponat? Quæ tam misera trepidatio digna sane merces est tyrannici fastus istius atque perfidiæ: ut mulctare tyrannum pro eo ac meretur cupienti, quærendus tortor non sit alius, cum se in hos cruciabiles æstus ærumnosissimarum formidinum ultro infelix ipse conjiciat.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ.

Εἰρηνικὴ τοῖς ὑποκειμένοις καὶ χαροποιὰ τοῦ δικαίου βασιλέως ἡ εἴσοδος.

Εἶδες τὴν τυράννου μορφήν, ὡς βδελυρά τε καὶ ἀποτρόπαιος; ὅρα λοιπὸν καὶ τὸ τοῦ βασιλέως κάλλος, ὡς ποθητόν, ὡς ἐράσμιον ἄντικρυς, οἷον τὸ σὸν, εἴ γε βούλοιο. Καίτοι τρόπον μέν τινα καὶ τὴν βασιλείαν συνεζωγράφησα οἷς ἔγραψά σοι τὸν τύραννον. Καὶ γὰρ ἐναντίος ἂν εἴη ἐκείνῳ οὗτος ὁ βασιλεύς· πλὴν ὀλίγα τινὰ προσεπιβάλλω [*f.* -βαλῶ] τούτῳ τὰ χρώματα. Καὶ πρῶτον ὅρα τοῦτον εὐθὺς ἐναντίᾳ τῷ τυράννῳ ζωγραφοῦντα τὰ πρόθυρα· καὶ οὐ βίᾳ τὴν ἀρχὴν κτώμενον, οὐδὲ τὸν πέπλον αἵματι βάπτοντα· ἀλλ' εὐνομίᾳ πλήθους καὶ λαοῦ συνδρομῇ καὶ σώφρονι καὶ εὐγνώμονι. Ἀρετῆς γὰρ ἆθλον τὴν βασιλείαν ἐκδέχεται, καὶ πάντες ἀποχωροῦσι τῶν κρειττόνων τῷ κρείττονι. Οὕτω κἂν μελλίσσαις ὁ βασιλεὺς αὐτοφυὴς ἐστι, καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἡγεμόνα τοῦτον πεποίηται. Οὕτω μὲν αὐτῷ τὰ τῆς βασιλείας προαύλια, ὡς ἱλαρὰ καὶ εὐπρόσιτα, οὐ σκυθρωπὰ καὶ δυσέντευκτα. Βαίνωμεν δὲ ἤδη προσωτέρω, καὶ τὴν βασιλείαν θεώμεθα.

B

541 CAPUT XI.

Justi regis ingressus pacatus et lætus subditis.

Vidisti tyranni effigiem, ut abominanda et exsecrabilis est: intuere deinceps formam justi principis, ut suavis, ut blanda, ut cunctorum ad se amores cunctis gratiorum illiciis rapiens; nec minus jucundam offerens animis speciem, quam tuus (si dicere sinis), tuus, inquam, hac ætate, hoc gratiæ flore vultus statusque pulcherrimus oculis objicit: quæ et eadem, si volueris, olim imperantis tui effigies fuerit. Ac quanquam videri poteram veri justique regiminis jam informasse ideam cum tyrannum pinxi, cujus spectri tristibus illætabilibusque lineamentis, qui contraria omnia cogitaverit, is in effigiem boni principis necessario incurret. Superaddam hic tamen velut ad absolvendam picturam, aliquos adhuc colores. Primum omnium vide hunc mihi verum regem aditum ipsum, ac quasi valvas imperii longe alio quam tyrannus soleat fuco colorantem: non enim per vim ac cædem irrumpit in solium; nec illam, insigne mox futuram potestatis, cruore civium inficit purpuram; sed gratia studiisque multitudinis et concursu libero moderatoque in commune consulentis populi, regni apicem virtutis privatæ præmium accipit; nemine non æquissimum censente præstantiora ei excipi, extraque sortem deferri, qui omnibus præstet. Ergo ut apes naturalibus præsignem notis non tam eligunt quam agnoscunt principem: ita hunc populus non nisi domesticæ laudis prærogativa velut quadam, morumque sanctorum commendatione designatum, suffragiis ornat et evehit lætus ac gratulans liberrimis. Talis huic ingressus in principatum, ac quasi vestibulum regni est, ut renidens, ut blande pellax, ut nihil inauspicatum aut triste offerens. Procedamus ergo sane ulterius, introque progressi regnum ipsum spectemus cominus.

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ἡ εἰς ἄκρον θεοσέβεια, τῷ βασιλεῖ χρειώδης καὶ καρποφόρος.

Οὐκοῦν ὁ ἀληθὴς βασιλεὺς εἰδὼς, ὅτι καθάπερ οἰκίας καὶ νεὼς [*f.* νεὼ] δεῖ τὰ κάτω ἀσφαλέστερα εἶναι, οὕτω δὴ καὶ τὴν βασιλείαν προσήκει βαίνειν ἀσφαλῶς, τὴν εὐσέβειαν ποιεῖται θεμέλιον. Οὕτω μὲν εὐσεβ�ὴς ὢν, ὡς μηδὲ τοῖς ἱερεῦσι πρωτείων παραχωρεῖν· οὕτω δὲ πάντα ποιῶν καὶ λέγων, ὡς Θεὸν εἰδὼς πάντων ἔφορον καὶ πάντων ἐπήκοον. Φιλόθεος δὲ ὢν, ἀναγινώσκεται ὡς ἔστι θεοφιλής· φιλῶν γὰρ Θεὸν, ὑπὸ Θεοῦ φιληθήσεται. Ὅθεν αὐτῷ τὰ πάντα ἔσται Θεὸς καὶ πατὴρ καὶ ἀδελφὸς, καὶ στρατιώτης, καὶ σύμμαχος, ἐν πολέμῳ κατορθῶν καὶ συνεγείρων τὰ τρόπαια· ἐν

D

CAPUT XII.

Quam necessaria quamque utilis sit principi religio excellens.

Principio sui nominis officium impleturus rex, gnarus ut domus ac navis, ita regni quoque basim ac fundum esse firmum solidumque oportere, religionem imperio fundamentum ponit; sic divino se mancipans addicensque cultui, ut ne sacerdotes quidem ac sacrorum antistites pietate in Deum vera sibi præstare patiatur, adeo verbo semper atque opere religiosus, ubique istud officium tuetur, et illud omnia intuens omniaque audiens nusquam non spectat præsens numen. Deum porro amans non deerit quin et sit et agnoscatur De-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

charus : nam utique nunquam sine quæstuoso reditu gratiæ reciprocæ Deus amabitur, qui omnium inde necessitudinum affectus induet, officiaque reddet diligenti se principi ; patrem se illius et fratrem ferens; militem quin etiam et socium, ita in bello fortem illi ac felicem navabit operam profligandis hostibus, tropæisque statuendis, ita idem in pace politicæ tranquillitatis statum, inoffensumque rerum cursum efficaci providentia fortunare perget. Quis hoc igitur beatior, qui Deo cordi sit? Quis isto magis invictus **542** in præliis? Quæ securior otiique fecundior conventio pacis, hac tanti adjutoris tam certa fiducia? Enimvero nec jactabunda, nec falsa divinatio sit, si quis tali principi orbem universum subjiciendum auguretur : cum enim totius utique orbis Dominus Deus sit, porro inter nos conveniat Deo hunc amicum esse ; quam illud certum est vulgi ore celebratum, amicorum communia esse omnia, tam exploratum haberi debet principis Deum amantis imperio, nullam mundi quamlibet late patentis partem esse subtrahendam.

A εἰρήνῃ τὰ τῆς εὐνομίας συμπροθυμούμενος. Τίς οὖν ὀλβιώτερος τοῦ τὸν Θεὸν φίλον ἔχοντος; τίς μᾶλλον ἐν ταῖς μάχαις ἀήττητος; τίς ἐχεχειρία εἰρηνικωτέρα; Τῷ ὄντι γὰρ κινδυνεύει μόνος οὗτος τοῦ κόσμου βασιλεύειν παντός. Εἰ γὰρ Θεοῦ μὲν ὁ κόσμος, ἐκεῖνος δὲ Θεοῦ φίλος; ἀνωμολόγηται, τὰ δὲ τῶν φίλων κοινὰ· δεσπότης ἔσται τοῦ κόσμου βασιλεὺς ὁ θεοφιλέστατος.

CAPUT XIII.

Instrumentum necessarium regni bene gerendi amici fideles.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὅτι φίλοι πιστοὶ τῆς βασιλείας, ὀρθῶς πολιτεύεσθαι μελλούσης, ἀναγκαῖον ὄργανον τυγχάνουσιν.

Quomodo autem tantæ ac tam variæ solus procurationi sufficiet? Qui poterit unus universis ita præesse, ut nemini ac nusquam desit? Qua ratione, inquam (quod omnia gubernantis officium est), quæ ubicunque fiunt coram intuiturus, assequetur et spectabit præsens? Et hoc quidem probabit, illud reprehendet, aliud corriget? His tam multis, tam diversis quo pacto unus sufficere regendis et administrandis queat, si discere vis, sic accipe. Paratus præsto est bono principi currus velocris quoquoversum celerrime mobilis fidorum amicorum, cujus beneficio immotus ipse cuncta, unus idemque multiplex, adeat, inspiciat, curet, gerat ; quoniam quæcunque per fideles agit administros, per se ipse censetur agere.

Πῶς οὖν τοῖς σύμπασιν ἐπιστήσεται ; πῶς τοῖς ἑκασταχοῦ πραττομένοις παρέψεται, καὶ ἐπόψεται, καὶ τὸν μὲν ἐπαινέσει, τῷ δὲ προσμέμψεται, τὸ δὲ διορθώσεται ; Πῶς ταῦτα πάντα, βούλει μαθεῖν ; Διὰ τοῦ τῶν φίλων πτερωτοῦ ἅρματος. Αὐτὸς μὲν γὰρ εἷς ἐστι, πολλαπλάσιος δὲ διὰ τῶν φίλων γίνεται.

CAPUT XIV.

Amici maximum bonorum principum bonum quo alii carent.

C

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Τῶν βασιλέων τὸ ἐν καλοῖς ἄκρον καὶ μέγιστον, οὗ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι ἀμοιροῦσιν, οἱ φίλοι ὑπάρχουσιν.

Hic quando in amicorum mentionem incidi, utar occasione docendi te super hoc argumento plenius. Res enim est magna in primis ac plane tanta, ut cum in regno pleraque ampla magnificaque sint, nihil tamen ad mentionem auspicatius, ad rem usumque præstabilius fingi possit amico vero probatoque. Nec temere est quod regi bonum istud adjudico. Tyrannus ejus expers omnino est, quippe qui metu se ac formidine succinctum ostentare amet, et minis sese plagisque ac cædibus, velut muris ferreis aut adamantinis omni ex parte communiat : cujusmodi ei propugnaculum tu ne invideas censeo ; verum affectibus te amicorum, concordiæque impenetrabili textu, munimenti genere longe omnium firmissimo circumda. Sic porro habe : nihil esse infirmius eo, quicunque est, homine quem oderunt omnes, utcunque ille ferreis prætorianorum cohortibus custodiatur assidue. Veneratur illum quidem ac pronus salutat civis, mirarique videtur ac celebrat, vota palam faciens quibus multos ei annos felicis imperii optare se precarique a Deo simulat. Sed (quod habet verbum vetus) jurante lingua injurata mens manet, nec gratia compositi ad adulationem oris ultra labiorum renidentiam, usque ad animi serenandam intemperiem proficit. Ergo nunc quidem oppressa metu loquendi libertate, quo ardet flagrantissimo dissimulare odium cogitur : at idem olim captato tempore non verbis, sed factis id expromet, et ejus ipsius adorati principis, cui nunc blanditur obnoxius, cruda furens intestina gustabit.

D

Ἀλλ' ἐπειδὴ φίλων ἐμνήσθην, ἀναδιδάξω σέ τι περὶ τούτων πλατύτερον. Πολλῶν γὰρ ὄντων τῇ βασιλείᾳ καλῶν, οὐδὲν τοιοῦτον ὡς τὸ τοῦ φίλου πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Τύραννος μὲν γὰρ τῷ φόβῳ περιστοιχίζεται, καὶ τὰς ἀπειλὰς ἔχει, καὶ τοὺς ἑκάστοτε φόνους, στερρόν τι καὶ ἀκαθαίρετον πρόβλημα. Σὺ δὲ ἀλλὰ τῇ φιλίᾳ τειχίζου, καὶ τῇ εὐνοίᾳ μάλιστα πάντων φράττου. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ἀσθενὲς ὡς ὁ παρὰ πολλῶν μισούμενος ἄνθρωπος, κἂν ὑπὸ πολλῶν δορυφόρων φυλάττηται. Προσκυνεῖ μὲν ἴσως ὁ πολίτης, καὶ μεγαλύνει καὶ εὐφημεῖ, καὶ προσθήκην ἡμερῶν αἰτεῖται παρὰ τοῦ Κρείττονος· ἀλλ' ἡ γλῶσσα ὁμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἔστ' ἀνώμοτος· καὶ τὰ χείλη μὲν ἐδίηνεν, ὑπερώην δ' οὐκ ἐδίηνε. Καὶ δέδοικε μὲν ἐξειπεῖν, ὅτι μισεῖ καὶ βδελύττεται καιροῦ δὲ λαβόμενος, οὐ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις τὸ μῖσος δείκνυσι, καὶ τῶν ἡπάτων ὠμῶν ἀπογεύεται.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Εἰλικρινοῦς πρὸς βασιλέα φίλου ὑπηρεσία.

Ἀλλ' οὐχ ὁ φίλος οὕτω· νυκτὸς δὲ καὶ ἡμέρας τοῦ φίλου βασιλέως φροντίζει, καὶ ταῖς ὑπὲρ ἐκείνου κάμνει μερίμναις· οὐχ ὅπως κερδάνῃ, τοῦτο μόνον σκοπῶν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκκαρπώσηται· ἀλλ' ὅπως ὁραρότως ἕξει τῇ βασιλείᾳ τὰ πράγματα· καὶ λυπήσει μικρὸν, ἵνα μεῖζον εὐφράνῃ· καὶ δριμύξεται τοῖς ῥήμασιν, ἵνα γλυκάνῃ τοῖς πράγμασιν· οὐχ ὑποκλινόμενος τοῖς τοῦ βασιλέως θελήμασιν, οὐδὲ σκιᾶς ἔργον ποιῶν, καὶ συνεπινεύων τοῖς νεύμασι, καὶ συγκινούμενος τοῖς κινήμασιν· ἀληθὴς δὲ ὢν, καὶ αὐθέκαστος, καὶ τὰ τοῦ φίλου δι' ἀγάπην ἐξιδιούμενος.

A

543 CAPUT XV.

Veri amici erga principem officia.

Non sic verus amicus principis : is enim fideli penitus benevolentia instinctus, noctem ultro diemque de eo cogitat : eum curat, laboribus ejus sollicitudinibusque participat : non id spectans ille quidem, ut quam maximum potentiæ suæ fructum tranquilla fruitione voluptatum imperans capiat : verum id agens, ut imperium quam firmissime constitutum illi sit, non dubitat molestia illum interdum aliqua pungere, ut eum postmodum delectet uberius : verbis, inquam, eum aliquando minus jucundis affabitur, ut successu rerum, qui ex monitis austerioribus sæpe prosperrimus exsistit, gaudium ei conficiat liquidissimum. Ergo hic nequaquam se ad regis voluntates serviliter flectet ; neque umbræ modo motus omnes annuentis abnuentisque, pariter assentans nutibus ac renutibus totidem exprimet ; sed verus severusque nihil obiter transigens, cuncta singillatim suis momentis librans, sic se geret plane, ut qui propter eximiam benevolentiam res spesque amati principis sibi proprias fecerit.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Τῶν κολακευόντων τὴν βλάβην ὁ βασιλεὺς φευγέτω.

ipse lubens irreprehensam prætermittere possim ? Dixisti namque, omnino te oportere, quoniam irati tibi sumus, a synodo abesse, ne majoris scandali auctor fieres. Sed, o coepiscoporum optime, hoc ipsum ad indignationem nos provocat, quod parere nolis cum in aliis, tum ad synodum vocatus. Quare eo magis scandalum multiplicas : et non animadvertis perinde te agere, ac si, cernens medicum tibi, quod febricitans vinum bibisses, iratum, ipsum enixe rogares ne unquam tibi aquæ potum præscriberet, ne rursus magisque irascendi occasionem haberet. Sed, o dementiam, qua laborasti, cum talia scribere ausus es homini, qui tuæ parcit infirmitati, eamque etiam operire studet ! quasi vellem rigidius insectari omnimodam amentiam tuam atque inscitiam, etiamsi in inferni penetralia vivus descenderes. **584** Insane fortasse loquor ; sed tu ad ita loquendum me compellis. Ego vero et in eo improbitatem tuam miratus sum, quod ne verbum quidem feceris de vinculo interdictionis a sacro ministerio, quod monachus sibi abs te impositum affirmavit ; noveras enim, quid exinde sequatur ; et idcirco alto silentio præteriisti. Igitur neque nos quidquam ultra id, quod in priore epistola scribendum duximus, hic addemus : nam illa et canonica sunt, et omni superiora reprehensione. Hæc tibi præter consuetum mihi morem scripsi, quod animadverti tumidum furorem tuum lenitate magis inflari : hinc, ea tantisper seposita, subobscurum quemdam ignis fructum gustandum tibi dedi. Verum utinam aliquando quis quantusque sis, cognoscas, in omnibus intellectum tibi dante Domino : qui et amentiam istam multam quam tibi insitam novimus, comprimat atque dissolvat ; ac ferocitatem feritatemque, qua etiamnum torquetur senex sacerdos et monachus, commutet in mansuetudinem et indulgentiam, quæ pontifici, monacho et jam seni congruat.

Κ'. — Ἐκ τῆς πρὸς Τιβέριον Ἀρμένιον ἐπιστολῆς.

Μεγάλης ἀνοησία; ἐστὶ τὸ μίαν φύσιν ἐκ τῆς ἑνώσεως ποιεῖν, τὸ κτιστὸν καὶ τὸ ἄκτιστον, τὸ παθητὸν καὶ τὸ ἀπαθὲς, καὶ ὅσα ἄλλα, τὰ μὲν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὰ δὲ τῆς θείας ἴδια. Εἰ γὰρ καὶ ἡνώθησαν, ἀλλ' ἄτρεπτα πάντως ἔμειναν τὰ ἑκατέρας φύσεως ἰδιώματα. Πῶς οὖν μία φύσις τὰ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν φυλαττόμενα ἐν ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς; Ἢ οὐχὶ καὶ ὁ σίδηρος ἥνωται τῷ πυρί; ἀλλὰ μένει D
σῶμα βαρὺ, καὶ τοιόνδε σχῆμα ἔχον, τυχὸν, ἢ στρογγύλον, ἢ ἐπίμηκες, καὶ λαμνοειδὲς, ἢ ἀλλοῖόν τι, κἂν λαμπρὸς ἐγένετο ὑπὸ τοῦ πυρὸς καὶ θερμός. Πῶς δὲ τὸ θέλημα τὸ ἀνθρώπινον ἑνωθὲν τῷ θείῳ θελήματι, καὶ ἀσύγχυτον μεῖναν, ὡς καὶ αὐτοὶ μαρτυροῦσιν, οὐ δυάδα παρεισάγει δυοῖν θελημάτων, ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ θείου; Εἰπάτωσαν γάρ μοι· ἀνέλαβε τὸ φυσικὸν θέλημα, ἤτοι θέλησιν ἀνθρωπίνην ὁ Κύριος; Ναὶ πάντως· ἀλλ' ἐθέωσε τὴν θέ-

XX. — *Ex epistola ad Tiberium Armenium.*

Magnæ dementiæ res est unam ex unione naturam facere creatum et increatum, passibile et impassibile et quæcunque alia, quorum illa quidem humanæ naturæ, hæc divinæ sunt propria. Tametsi enim conjunctæ sint naturæ, immutatæ tamen permanserunt utriusque naturæ proprietates. Quomodo igitur una natura, quæ etiam post conjunctionem differentias servant suas ? Nonne et ferrum copulatur igni ? et tamen remanet corpus grave, ejusdemque ut antea, figuræ ; puta, rotundum, vel oblongum, vel laminosum etc., quanquam splendidum quoque et calidum est ex igne. Ac quomodo voluntas humana divinæ conjuncta, et inconfusa permanens, ut et ipsi affirmant, non binarium voluntatum numerum inducit, nempe sui ipsius et divinæ ? Respondeant enim : Assumpsitne Dominus voluntatem humanam ? Procul dubio : sed deifica-

Variæ lectiones et notæ.

(57) *Isc.* ἀπόνοιαν.

(58) *Isc.* ἔτι.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ER

vit, aiunt, ipsam. Hoc ego quoque affirmo. Eu igitur duas voluntates, nempe deificantem unam, alteram deificatam. Sed unitæ sunt, inquiunt : ego quoque idem aio. At si quidem per unionem confusæ essent, posset quis dicere, confusione in unam coaluisse, seu potius neutram remansisse. At cum, facta unione, suas retineant proprietates, quomodo **585** non sunt duæ ? Sed, aiunt, humana voluntas a divina regebatur, adeo ut, cum divina volebat, tunc humana natura vellet, verbi gr. comedere, aut bibere, vel aliud quidpiam naturale agere. Ita sentio et ego. At si, cum divina annuebat voluntas, tunc humana volebat, jam perspicis, humanam voluntatem esse in Christo, nempe quæ humana illa volebat, et divinam quæ annuebat. Nonne scriptum est in Evangelio : *Volebat latere, et non potuit*[20] ? Quomodo igitur voluit ? divinitus, vel humanitus ? Propterea enim non potuit, quia Deus volebat humanam patefieri voluntatem. Quomodo autem patefacta est, si in Christo non erat substantialiter, vere, et absque commutatione ? Non enim secundum imaginationem hæc fiebant : absit. Unita igitur humana divinæ erat voluntati. Cumque absque immutatione et confusione facta hæc fuerit conjunctio ; consequens est, ut duæ fuerint etiam post unionem voluntates. Non enim aliud unio fecit, præterquam glorificare et illustrare quæ antea ignobilia et abjecta erant. Quod vero glorificatur, non propterea ex propria excidit natura ; sed potius in propriam naturam restituitur : siquidem abjectio et ignobilitas est ex peccato, quod præter naturam est : tametsi unio cum Deo non est quid nobis naturale, sed supra naturam. Igitur ex eo quod naturalis voluntas glorificata est, ac ea volebat, quæ indebat Deus, nequaquam periit. Quare, si illa erat, erat vero et divina in Christo, duæ planæ sunt etiam post conjunctionem, differentiis suis insignitæ, voluntates : quemadmodum et in ignito ferro, ignis ferro ipsi unitum habet, ut urat et splendeat ; et ferrum habet pondus suum, molem et figuram : et quoad subsistentiam quidem non separantur ab invicem proprietates ignis et ferri : at, cum naturales retineant differentias, ostendunt, naturas ignis ac ferri etiam post unionem omnino servari.

[20] Marc. VII, 24.

A λησιν, φησὶ, ταύτην. Κἀγὼ φημι. Ἰδὸν (59) οὖν δύο, τό τε θεῶσαν, καὶ τὸ θεωθέν. Ἀλλ' ἡνωμένα, φησί· Κἀγὼ οὕτως λέγω. Ἀλλ' εἰ μὲν ἑνωθέντα συνεχύθησαν, εἶχέ τις λέγειν, ὅτι ἓν ἐγένοντο συγκεχυμένον, οὐδ' ἕτερόν ἐστι μᾶλλον. Ἐπεὶ δὲ ἑνωθέντα τηροῦσι τὰς οἰκείας ἰδιότητας, πῶς οὐ δύο ; Ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον, φησὶ, θέλημα ὑπὸ τοῦ θείου θελήματος ἤγετο, καὶ ὅτε ἤθελε τὸ θεῖον θέλημα, τότε ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἤθελε φαγεῖν, ἢ πιεῖν, ἢ ἄλλο τι φυσικὸν ἐνεργῆσαι. Κἀγὼ οὕτως λέγω. Ἐπεὶ οὖν ὅτε παρεχώρει ἡ θεία θέλησις, τότε ἤθελεν ἡ ἀνθρωπίνη, ὁρᾷς ὅτι ἀνθρωπίνη θέλησις ἦν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐκείνα θέλουσα τῶν ἀνθρωπίνων ἃ ἡ θεία παρεχώρει θέλησις. Οὐ γέγραπται ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι *Ἤθελε λαθεῖν καὶ οὐκ ἠδυνήθη ;* Πῶς οὖν ἤθελε ; B θεῖος, ἢ ἀνθρωπίνως ; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οὐκ ἠδυνήθη, παραχωρήσαντος τοῦ Θεοῦ, δειχθῆναι τὸ ἀνθρώπινον θέλημα. Πῶς δὲ ἀνεδείχθη, εἰ μὴ ἦν ἐν τῷ Χριστῷ οὐσιωδῶς καὶ ἀτρέπτως ; Οὐ γὰρ δὴ κατὰ φαντασίαν ταῦτα ἐπεδείκνυτο· μὴ γένοιτο. Ἡνωμένον οὖν ἦν τὸ ἀνθρώπινον θέλημα τῷ θείῳ θελήματι.

Ἐπεὶ δὲ ἀτρέπτως καὶ ἀσυγχύτως ἤνωτο, δυὰς θελήσεων εἰσάγεται καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ἡ γὰρ ἕνωσις οὐδὲν ἄλλο ἐποίησεν, εἰ μὴ τὸ δοξάσαι καὶ λαμπρῦναι τὰ πρώην ὄντα ἄτιμα καὶ ἄδοξα. Τὸ δὲ δοξασθὲν οὐκ ἐξέβη ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὴν οἰκείαν φύσιν ἀπεκατέστη. Ἡ γὰρ ἀδοξία ἐκ τῆς ἁμαρτίας, ἥτις παρὰ φύσιν ἐστίν· εἰ καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἕνωσις οὐκ ἔστι φυσικὸν ἡμῶν, ἀλλ' C ὑπὲρ φύσιν. Τέως δ' οὖν δοξασθὲν τὸ φυσικὸν θέλημα, καὶ ἐκεῖνα θέλον ἃ τῷ Θεῷ ἐδόκει οὐκ ἀπώλετο. Ὥστε ἐπεὶ ἦν αὐτὸ, ἦν δὲ καὶ τὸ θεῖον ἐν τῷ Χριστῷ, δύο πάντως καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν γνωριζόμενα ταῖς οἰκείαις διαφοραῖς· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ πεπυρακτωμένου σιδήρου, τὸ πῦρ ἑνωθὲν τῷ σιδήρῳ ἔχει τὸ καίειν καὶ τὸ λάμπειν, καὶ ὁ σίδηρος τὸ εἰκεῖον βάρος καὶ τὸν ὄγκον καὶ τὸ σχῆμα· καὶ ὑποστατικῶς μὲν οὐ διαιροῦνται ἀπ' ἀλλήλων τὰ ἰδιώματα τοῦ τε πυρὸς καὶ τοῦ σιδήρου, τὰς φυσικὰς δὲ διαφορὰς ἔχοντα δεικνύουσιν, ὅτι φύσις εἰσὶ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν τό τε πῦρ καὶ ὁ σίδηρος.

Variæ lectiones et notæ.

(59) *Ισ.* Ἰδοὺ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΟΕ'.

—

THEOPHYLACTI
ARCHIEPISCOPI BULGARIÆ
EPISTOLÆ LXXV

A Joanne Meursio Græce editæ et a Vincentio Marinerio Valentino de Græcis Latinæ factæ *.

—

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

Ἐγὼ δὲ καὶ χάριν ὁμολογῶ τῷ διαβάλλοντί με, πανσέβαστέ μου ἀντιλήπτορ, ὅτι μοι τοῦ δέξασθαι τῆς σῆς μεγαλειότητος γράμμα γέγονε πρόξενος. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ τῆς παροιμίας ἐκεῖνο, ὡς ἔτι τι καὶ χολῆς ὄφελος. Ὡς ἔγωγε τὸ γράμμα ἐπὶ χεῖρας λαβών, τὸ τοῦ Δανιὴλ εἶπον ἐν τῷ λάκκῳ τοῦτο, καὶ τοῖς οὐ νηστεύουσι λέουσιν· Ἐμνήσθη μου γὰρ ὁ Θεός. Οὕτως θείου δώρου τυχεῖν ἐνόμισα. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον εὐφροσύνης ἐνεδύθην ἱμάτιον, ὅτι μοι προσελάλησας, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀντιπροσαλαλῆσαι ἐξουσίαν ἔδωκας, καί μοι τὸ στόμα ἀνέῳξας, οἷόν τινι δεσμῷ πρὶν τὸ [*f.* τῷ] ἀπαῤῥησιάστῳ καὶ κλειόμενον καὶ φθεγγόμενον. Ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ τοῖς τὰ τοῦ δημοσίου χειρίζουσιν ἐμποδών. Ἐγώ τι κοινὸν ἔχειν πρὸς τὸν δῆμον δέχομαι, ὃς γε οὕτως αὐτὸν πέφρικα τὸν Βριάρεων, ὥστε καὶ ἄστρα σημαίνεσθαι.

Μάρπτει γὰρ ἐξείης ὅστ' ἀλτιος, ὅστε καὶ οὐχί. Καὶ ὅπερ ἀπαγορεύει τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ ἐνιαχοῦ, τῷ ἀσεβεῖ τὸν δίκαιον συναπόλλυσιν, ἐπειδὰν τύχῃ τῶν πραττόντων μὴ φωτιζομένων τῷ τῆς διακρίσεως Πνεύματι. Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἦν ἐμποδών, οὐχ οὕτω Μαργίτης εἰμί, ὥστε τοῖς ἴσοις ἀντιφέρεσθαι. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς καρτερῶς Λυτοῦργος (2) δὴν ἦν, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ἔπους. Οἱ νεώτεροι συνειρέτωσαν. Ἀλλ' ἔοικε καὶ τοῦτο τοῦ παρελθόντος εἶναι χειμῶνος, καθ' ὃν οἱ τῆς διαβολῆς μοι

EPISTOLA PRIMA.

Ego quidem singulares illi gratias ago, qui me deformis ignominia calumniæ dilaceravit, pansebaste mi opitulator. Quoniam ille, ut optatas tuæ amplitudinis litteras susciperem, auctor mihi quidem fuit certissimus. Et hoc est, quod illa parœmia fertur, iræ scilicet et bilis suum esse aliquando emolumentum. Quare ut litteras manibus sumpsi meis, illud Danielis, in hac ego lata periculorum fossa constitutus, et his quidem saturis et rabidis leonibus lætus protuli; jam mei quidem Deus meminit. Quocirca divinum me donum esse adeptum existimavi. Et non hoc pacto solum præclaram lætitiæ indui vestem, quia mecum tu colloqueris, sed quia, ut ad te respondere possem plenam mihi facultatem obtulisti, osque aperuisti meum, quod antea, quodam veluti vinculo obstrictum immurmurans libere loqui non poterat. Sed enim ego impedimento sum iis, qui publica quasi manibus contrectant et administrant. Ego etiam cum populo communi me esse jure facile patior, qui etiam ita ipsum exhorrui Briareum, ut quidam cum astra aliquid portendunt.

Omnes non pariter studio ducuntur eodem. Et quod alicubi ipsi Deo Abraham penitus interdixit, justum cum nefario et impio simul evertit et corrumpit, fortasse quia quæ peragunt, nullo sapientiæ et judicii Spiritu exsequuntur illustrati. Si autem etiam aliis adversantem me objecerim, non **632** ita ego insano Margiten imitabor studio, ut æqualibus omnino obsistam.

Non etenim sapiens nimium fortisque Lycurgus Diu stetit.

Variæ lectiones et notæ.

(1) *Καὶ φθεγγόμενον.* Malim, καὶ σφιγγόμενον.

(2) *Λυτοῦργος.* Scribe, Λυκοῦργος. In oculis habuit locum illum Homeri *Iliad.* Z.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκό-
[εργος
Δὴν ἦν ὃς ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν.

* Vide Præfationem, num. XLVIII, superioris tomi col. 473.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Et quæ deinceps in ipso carmine sequuntur. Qui enim juniores sunt, secum cohæreant, et ad robur innectantur. Equidem videtur et hoc ita mihi evenisse, quasi furente dira hiemis procella, crebroque imbre, cujus instar calumniarum mihi præcipites fluvii illabuntur. Est enim nobiscum Dominus. Et nos effracta et ingens aquarum impetus obruere et immergere nequaquam poterit; sed noster spiritus innoxius quidem sævum torrentis gurgitem prætergredietur, immo potius his aquarum fluctibus abluemur, pureque lavabimur, et inde mundi apparebimus et candidi, unde nos coinquinari metueramus. Inter alia, frater meus, ut necesse est, meam solertiam hanc, et subdolam versutiam, quam in paludis jura impendo, annuntiabit: et quomodo ego magnus quidam hoc pacto sim, et robore potens, et verbo potentiæ cuncta perferens, qui omnibus præsertim despicatui sum, et omnium calumniis et injuriæ obnoxius, qui etiam quasi obturatis auribus torpeo, et penitus humili abjectus sum sede, et quasi obstrictis labiis omnino conticesco, factusque sum, quasi qui negligenter audit, et oscitanter obsequitur, omnis boni infeliciter expers. Dorsum vero meum urgentibus flagris objeci, genas meas crebris ictibus obtuli [1]. Et os ad obtrectandum et calumniandum natum claudere ausus est nemo. Tuæ etenim erit altitudinis sublimisque animi, illum, qui his confusis cornicum stridoribus, et variis sturnorum susurris subest, non suscipere, non audire, imo etiam in hoc te Deum imitari, omnia scilicet ut probo et exacto judicio et dicas et facias. Qui omnia, antequam fiant cognoscit et in hæc se demittens, Cuncta, inquit, excutiam, cuncta prospiciam. Ipse ergo te sibi, quantum fieri potest, similem, omni turpitudinis crimine sejunctum, omnique infortunii casu semotum conservet atque tutetur.

A ἐπερρύησαν ῥύακες. Ἔστι μέντοι Κύριος ἐν ἡμῖν, καὶ οὐ καταποντίσει ἡμᾶς τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον, ἀλλ' ἀβλαβὴς ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸν χείμαρρον διελεύσεται· καὶ νιφόμεθα μᾶλλον τῷ ὕδατι τούτῳ καὶ πλυνθησόμεθα, καθαροὶ φανέντες, ἐξ ὧν ῥυπανθῆναι ἠλπίσθημεν. Τά τε γὰρ ἄλλα καὶ ὁ συνάδελφός μου, ὃ δεῖ ἀπαγγελεῖ τὴν ἐμὴν περὶ τὰ τῆς λίμνης δίκαια κακεντρέχειαν· καὶ ὅπως ἐγὼ μέγας τις ἐνταῦθα καὶ πολὺς τὴν ἰσχὺν, καὶ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως. Ὃς πᾶσιν εἰς ὕβριν καὶ περιφρόνησιν ἔκκειμαι, καὶ ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα, ἔξω παντὸς ἀγαθοῦ παρακαῶντος (3), γινόμενος καὶ τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας εἰς ῥαπίσματα. Στόμα μὲν οὖν διαβάλλειν πεφυκὸς, οὐδεὶς ἂν ἀποκλείσαι δύναιτο. Τοῦ δὲ σοῦ ὄψους ἀνεξῆ τοὺς τῶν κολοιῶν κρωγμοὺς, ἢ τῶν ψαρῶν τοὺς ψιθυρισμοὺς ὑπερκείμενον μὴ δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔχειν Θεοῦ, τὸ πάντα ἐν κρίσει διηρευνημένα λέγειν τε καὶ ποιεῖν. Ὃς γε πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως, Καταβὰς, φησὶν, ὄψομαι. Αὐτός σε τηροίη ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν κατὰ τὸ δυνατὸν ὁμοιώσει, πάσης κακύνσεως ἀνώτερον καὶ κακώσεως.

B

EPIST. II.

Domino magistro Joanni.

Neque mihi alti est otii tempus. Etenim in nos illorum, in quibus fuimus negotia, et rerum moles, quoniam illam nobis commiseram, usque in anxiam animi tristitiam irrepsit, quasi solum licuisset fieri, quod factum quidem non est. At equidem quia utrumque jam non est nostræ facultatis, certe stultum est et absurdum, quæ jam fieri non possunt indagare et aggredi. Quare alterum solum nos conari decet. Inquam quidem, ut illo altero jam succusso et eliso, te voluptati aliquantulum et remissioni submittas. Sed si hoc illud aliud studium et amorem frangit et frustratur, vere illorum potius eris, qui sibi nimis indulgent, quam qui fratres diligunt, et qui ita eam **633** legem sibi vindicant, quæ proximum supra se ipsum amare et colere præcipit. Quasi legitimi amoris mensura nequaquam absolvi et adimpleri possit, cum illi, ad æqualem, in nos ipsos, amorem et studium, etiam in proximum aliquid amplius adjicitur. Et hæc ille a nobis exposcit, qui supra seipsum, nos multa prosequitur dilectione, hæcque illis manifestat; quibus ille usque ad necem, immanemque in-

C

ΕΠΙΣΤ. Β'.

Τῷ μαΐστορι κυρίῳ Ἰωάννῃ.

Οὔτ' ἐμοὶ σχολὴ μακρὰ καὶ ἡμᾶς τῶν ἐν οἷς ἦμεν ὅτι συνῆν ἡμῖν, ἴσως ἂν εἶχε λύπην τὸ πρᾶγμα, ὡς ἔξω γίνεσθαι, μὴ γινόμενον. Ἐπεὶ δὲ ἀμφότερον μὴ ἐνδέχεται, ἀνόητον ὄντως, τὸ ζητεῖν τὰ ἀδύνατα. Ἀλλὰ θελήσομεν θάτερον, λέγω δὴ, τὸ ἐκείνου κοπτομένου ἀπολαύειν αὐτὸν ἀνέσεως. Ἀλλ' εἰ τοῦτο ψευδόμενόν ἐστι τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην, καὶ φιλαύτων μᾶλλον, ἢ φιλαδέλφων, καὶ τοσοῦτον ἐχόντων τῆς ἐντολῆς, ἢ τὸν πλησίον ὑπὲρ ἑαυτὸν ἀγαπᾶν διατάττεται· ὥστε μηδὲ τὸ τῆς νομικῆς ἀγάπης μέτρον πληροῦν, ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἰσότητι τοῖς πλησίον ἐπιμετρούμενον. Καὶ ταῦτα πυνθανομένου ὑπὲρ ἑαυτὸν ἡμᾶς ἀγαπήσαντος, καὶ τοῦτο δεικνύντος, οἷς αὐτὸς ἐνείχετο δαπανώμενος, ἵν' ἡμεῖς ἐν βαστώνῃ τὸν βίον διάγοιμεν. Ἔπειτα πῶς οὐκ ἄτοπον περιέχεσθαι μὲν ἐκείνου, ὅτι πρὸς ἡμᾶς εἶχε πίστιν, δι' ἣν καὶ πρὸς πᾶν δεινὸν παρεβάλλετο· ἡμᾶς δὲ μὴ τῷ κοινῷ Δεσπότῃ πιστεύειν καὶ καταθαῤῥεῖν τοῦ πρὸς τὴν λειπομένην ζωὴν ἡμῖν δρόμου, ὡς κουφοτέρου σὺν Θεῷ ἑσομένου, καὶ οὐδὲν τραχὺ ἢ πρόσαντες ἔξοντος; Ὁ αὐτός ἐστιν ἡμῶν κηδεμών, ὁ καὶ τότε δι' ἐκείνου κηδόμενος· ὁ αὐτός ἐστι,

D

[1] Isa. L, 6.

Variæ lectiones et notæ.

(3) *Παρακαῶντος* Malim, παρακοῶν τις. — Imo leg. παρακαλοῦντος. EDIT. PATROL.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

καὶ οὐκ ἠλλοίωται· αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ὑστερήσει. Μὴ Μωσέως ἀναπαυσαμένου, Ἰσραὴλ ἀνεπιτρόπευτος ἔμεινεν; Οὐχ ἵνα ἔσχον ὁδηγόν τε καὶ στρατηγὸν τὸν τύπον τοῦ μείζονος, καὶ τῶν μειζόνων διάκονον, καὶ τῆς εἰς τὴν ἐπιθυμητὴν γῆν ἐπαγγελίας ἐκπληρωτὴν, ἧς Μωσῆς οὐκ ἠξίωτο; Μὴ ἀναρπασθέντος Ἠλιοὺ παραδόξως οὐκ Ἐλισσαῖος ἀνεφάνη προφήτης ἐν διπλῷ Πνεύματι; Πιστεύω τοῦ λοιποῦ βέλτιον ἢ πρόσθεν ἡμῖν ἕξειν τὰ πράγματα, ἵνα μάθωμεν ὡς οὐκ ἂν ἀνθρωπίνοις ἐννοήμασι καὶ σπουδάσμασι, ἀλλὰ θείᾳ χρηστότητι, καὶ ῥήμασι δυνάμεως, ἀνεπινοήτως διεξαγόμεθα. Ταῦτα καὶ πλείω τούτων λογιζόμενόν σε, εἰκὸς πάσης ὑπερκαθῆσθαι μικροψυχίας, καὶ λογισμῶν χθαμαλότητος. Ἃ καί μοι κατὰ νοῦν πεσόντα τῆς ἐπὶ τῷ συμβάντι καταπτώσεως ἀνενεγκεῖν δέδωκεν. Οὕτως ἔχε, τιμιώτατε ἀδελφὲ, καὶ μή σου τὸν πύργον τῆς διανοίας κινείτωσαν τῶν νηπίων τὰ βέλη τῶν ἑαυτοὺς παιζόντων, ἐν οἷς καθ' ἡμῶν σπουδάζουσιν. Ἐπὶ τῆς πέτρας γὰρ αὐτὸν ἔφθης θεμελιώσας, ὡς φρόνιμος. Ἡ δὲ πέτρα ἐστὶ Χριστός. Τὰ μὲν οὖν πνεύματα πνεύσουσι, καὶ οἱ ποταμοὶ ἐπιῤῥεύσουσιν ἐκ τῆς ἄνωθεν βροχῆς καὶ παραχωρήσεως. Ἐκεῖνος δέ σοι μενέτω καὶ βέβαιος καὶ ἀσάλευτος, ὥστε σε λέγειν ἐν Χριστῷ καυχώμενον· *Χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν.* Ἆρα *διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον*; Ὁ δὲ πάσης παρακλήσεως Θεὸς, αὐτός σε παρακαλέσαι τὸ τελεώτερον διὰ τοῦ Παρακλήτου καὶ ὁμοδυνάμου Πνεύματος.

A teritum obstrictus fuit et obnoxius, ut nos faciliori vitæ modo ævum transgeremus. Deinceps qua ratione absurdum esse non judicabitur, nos ab illo contineri et separari, qui ita in nos fidem collocavit suam, ut ob illam in varia se pericula objecerit: et nos tamen communi et universorum Domino non fidere, et audacter, quod reliquum est nobis vitæ curriculum cum illo non absolvere, cum levior sit, Dei ope, cursus, nihilque asperum secum, et flexuosum, et obliquum contineat. Ipse enim omnium nostri curam habet, qui et tunc propter illum, anxio et sollicito sese obtulit studio. Ipse quidem est, et non alius. Ipse pascit nos, nec ulla in re nos frustrabitur, nobisque deerit. Nonne enim, Mose mortuo, Israel sine administratore et
B præfecto remansit? nonne illum ut ducem et imperatorem typo principis potentis habuerunt, et ut magnatum ministrum, et comitem, et qui promissionis illius, in optatam et expetitam terram, qua Moses dignus non fuit, illis desiderium adimplevit? Nonne sublato in flammantes cœlos Elia, subito Elisæus duplici spiritu afflatus propheta exstitit? Credo equidem nobis in posterum feliciori cuncta, quam antea, esse cessura eventu, ut discamus, non humanis cogitationibus et conatibus, sed divina ope et verbis potentiæ, vitam quæ vix mente comprehendi possit, nos hic feliciter ducere, et hæc te et alia plura reputantem et animo volventem tuo, merito quidem supra omnem pusillanimitatem et formidinem gradi, omnesque abjectionis et humilitatis rationes superare. Quæ omnia mihi, ut ex animi sententia evenerunt, supra omnem etiam ille calamitatis casum mihi perferre concessit. Hæc ita percipe, perhonorifice frater, neve altam tuæ cogitationis turrim, et tutam animæ sepem stultorum tela furentia dirumpant, aut conterant, quibus seipsos inani sæpe deludunt studio et nos hostiliter adoriuntur. Tu vero ut prudens, teipsum firmans et fundans, ad petram confugisti. Hæc autem petra Christus est. Spiritus equidem semper spirant, et flumina cœlesti aucta imbre effluunt. Ille igitur tibi maneat constans et immotus, ita ut possis cum Christo gloriari et dicere: *Anima nostra torrentem pertransivit.* Etiam et *anima nostra pertransivit aquam intolerabilem* [a]. Deus autem ipse totius consolationis, Paracleti et cum ipso æqualis Spiritus virtute afflante, te absolutissime consoletur.

ΕΠΙΣΤ. Γ'.

Τῷ πατριάρχῃ κυρῷ Νικολάῳ.

Οὐ μᾶλλον δίδωμι χάριν, ἢ λαμβάνω διὰ τῶν πρὸς σὲ τούτων γραμμάτων, ἅγιε δέσποτα. Ἠτήσατο μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν ταῦτα πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην ὁ τὰ πάντα, τιμιώτατε ἀδελφὲ, ὁ Πελαγόνιος ἐπίσκοπος, οἷόν τινας ξεναγωγοὺς ἐπὶ τὴν τῶν σῶν ἀρετῶν ἑστίαν ἐλπισθέντος αὐτοῦ ἡγήσασθαι, καὶ τοῖς πρὸς τὴν σὴν ὁμιλίαν θερμοῖς ἱμέροις αὐτοῦ μετρίαν δῶσειν ἀνάψυξιν. Καὶ μὴ λαβὼν (4) ἔχει χάριν, καὶ θαυμαστὸν οἷον γέγηθε. Λέλῃθε δι-
C δοὺς μᾶλλον αὐτὸς τὰ ἡμῖν εὐκταιότατα. Τί γὰρ ἐμοὶ μεῖζον τοῦ πρὸς σὲ τοῖς τῶν γραμμάτων πτεροῖς ἀνασείεσθαι, κἂν μὴ τοσοῦτον ἐφικνοῦμαι ὅσον καὶ βούλομαι; Αὐτὸς μὲν οὖν μακάριος, ὃς ἐπὶ τὸ σὸν ἀναβὰς ὄρος ἐνίδῃ, καὶ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὰ

EPIST. III.

Domno Nicolao patriarchæ.

Non magis meritam debitamque refero gratiam, quam consequor his litteris quas ad te mitto, sancte domine. Has equidem **634** effagitavit a nobis, ad tuam sanctitatem, inclyte frater, egregius Pelagonius episcopus, quasi quæ veluti hospitem illum ducerent in præcipuam tuarum virtutum domum, ad quam etiam ille jam præire speravit, et ardentibus ejus in tuum consortium et familiaritatem desideriis, mediocrem tuo ipsius conspectu recreationem tribuere. Qui etiam ut illas suscepit, gratias retulit innumeras, et mirum in modum propemodum delectatus est, atque præsertim ipse nobis, quæ majoribus cupimus votis, sine ullo gloriæ studio impendit. Quid enim mihi majus contingere po-

[a] Psal. CXXIII, 5.

Variæ lectiones et notæ.

(4) *Καὶ μὴ λαβών.* Scrib. καὶ δὴ λ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

test, quam celerrimis litterarum alis ad te advolare, etsi in hoc, quantum opto, mihi assequi non conceditur. Ipse equidem felix, qui tuum scandens montem te facile inspicit, et facie ad faciem divinam tecum pulchritudinem intuetur, et pene cœlestibus sacraque mysteria sonantibus aures pascitur vocibus, quibus terrestres bestiæ et ferina corpora digna nullo modo esse censentur, quæ solum infera terræ pabula detondent, et cæco per terras cursu vagantur. Nos equidem decet, hoc veluti in speculo conspicere, et in ænigmate, et quodam dissito intervallo hæc audire. Hæc enim mihi litterarum tuarum mecum commercium facile impertitur. Nosti itaque quid facturus sis, ne forte in omnibus tibi infelices et infortunati simus; sed spiritus qui tecum habitat, gratia, anticipando frui digni existimemur. Preces ergo jam effunde, illas, quæ Deum flectere et exorare facile consueverunt. Quæ ita modo veluti coercentur, ut parum absit, quin quasi visibili quodam longe distent intervallo, et sepimento includantur, ne his, qui te indigent, adsis. Hæ namque solæ, fortissimum nostrorum munimen scelerum errorumque murum expiare possunt et lustrare. Has itaque nobis large impertire, et nulla adversa formidabimus, sive quæ nos improbos facere, sive quæ malis et ærumnis nos semper afficere possint, o sancte pater et domine.

A θεῖα ἐν σοὶ κάλλη ὄψεται, καὶ φωνῶν ἀκούσῃ μυστικωτέρων, καὶ ὧν οἱ κτηνώδεις καὶ θηριώδεις οὐκ ἄξιοι, κάτω βοσκόμενοι, καὶ περιπλανώμενοι. Ἡμῖν δὲ ἀπόχρη τὸ δι' ἐσόπτρου βλέπειν, καὶ ἐν αἰνίγματι, καὶ ἀκούειν κατὰ τὸ ἔσχατον γοῦν ἀπόχημα [ſ. ἀπήχ.] Ταῦτα γὰρ ἐμοὶ ἡ διὰ γραμμάτων σὴ πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασις. Οἶσθα οὖν ὃ ποιήσεις, ὡς ἂν μὴ τὰ πάντα ὦμέν σοι ἀτυχεῖς, ἀλλ' ἔχωμεν καὶ αὐτοὶ γυμνότερόν τι παραπολαύειν τῆς ἐν σοὶ τοῦ Πνεύματος χάριτος. Εὐχὰς δίδου τὰς ἐθάδας τοῦ δυσωπεῖν τὸν Θεὸν, αἳ τοσούτου δέουσιν ὁρατῷ τινι διείργεσθαι διαστήματι, ἢ διατειχίσματι, πρὸς τὸ μὴ οὐχὶ παρεῖναι τοῖς αὐτὸν χρῄζουσιν, ὥστε καὶ τὸ στερρὸν ἡμῶν διατείχισμα τῆς ἁμαρτίας μόναι καθαίρειν δύνανται· τούτων ἡμῖν ἐπιδαψιλεύου, καὶ τὰ κακὰ B οὐ φοβηθησόμεθα, εἴτε τὰ κακύνοντα, εἴτε τὰ κακοῦντα, ἅγιε πάτερ καὶ δέσποτα.

EPIST. IV.

Domno Gregorio Taronitæ præsidi.

Tacui, numne et semper tacebo? Contacebo? Conticui quidem, et plenum horum calamitosorum dierum oratorem usque ad saturitatem deplevi, et ira ebrius, ut inquit Jeremias, in illa jacui veluti segni crapulæ sopore obtorpescens, ita ut ad omne verbum et ad omnem sermonem nullum admoverim sensum. Nunc autem modico temporis spatio, jam quia cæcus vapor, quo squalidus somni torpor C increbuit peracto et soluto spiritu cessavit, et divini sermonis radiis sacroque ejus splendore jam turpis veterni gravitas evanuit, silentium pristinum depono. Quippe et ob aliam causam, tum quia tali ministro et tabellario, perferendis ad te litteris, utor. Sed jam tandem numne vales, qui et animo es invictus, et strenuo cordis robore cum nullo comparandus? Hoc **635** quidem optimam corporis temperiem, illo vero spiritualium virium concinnam harmoniam et compaginem manifestas. Qui etiam mentis ita polles lumine, ut nulla in re ad opus manibus tibi opus sit, et ad ea manus admoves de quibus mens penitus desperat. Tu quidem solam humanæ naturæ potentiam quadam quasi probatione defendis, quæ nulla senescentium virium imbecillitate lassescat, neque ad virorum generationem languido et effeto exsistat robore. Sed enim adhuc etiam vegetam et floridam potentiæ vim tecum afferens, et pacis otio, et pariter horridis bellorum incursibus te parem omnino præbes, et quod vix vel in negotiis solertia, vel in præliis pugnaci pectore attingi potest, tu famæ et admirationi habes. Aut, ut verius loquar,

ΕΠΙΣΤ. Δ'.

Τῷ Τυρωνίτῃ προέδρῳ κυρίῳ Γρηγορίῳ.

Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι; Ἐσιώπησα μὲν, ὅτι τοῦ τῶν πονηρῶν ἡμερῶν τούτων κρατῆρος εἰς κόρον σπάσας, καὶ χολῆς μεθυσθείς, ὅ φησιν ὁ Ἱερεμίας, ἐκείμην κακυρωμένως (δ) καὶ πρὸς πᾶν ἀναισθητῶν καὶ λάλημα καὶ προσφώνημα. Νῦν δὲ μετρίως τῷ χρόνῳ διαπνευσθείσης τῆς ὑπνοποιοῦ ἀναθυμιάσεως, καὶ τοῦ κάρου διαλυθέντος τῇ τοῦ θείου Λόγου θερμότητι, τὴν σιωπὴν ἀποτίθεμαι. Ἄλλως τε καὶ τοιούτῳ διακόνῳ τοῦ πρὸς σὲ γράμματος χρώμενος. Ἀλλὰ πῶς ἂν μοι ἔχεις ὁ καὶ τὴν ψυχὴν ἀῆττητος, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἀσύγκριτος; καὶ τῇ μὲν, δεικνύων σώματος εὐκρασίαν, τῇ δὲ ψυχικῶν ἁρμονίαν δυνάμεων. Ὁ νοῦν μὲν ἔχων οὐδέν τι χειρῶν δεόμενον. χεῖρας δὲ κατορθούσας, ἃ καὶ νοῦς ἂν ἀπελπίσειεν. Ὁ μόνης τῆς ἀνθρωπίνης ὑπεραπολογησάμενος φύσεως, ὡς οὐ γεγηρακυίας, οὐδὲ σαπρωθείσης πρὸς ἀνδρῶν γένεσιν, ἀλλ' ἔτι ζούσης [ſ. ζεούσης vel ζώσ.] τὴν ἀκμὴν δυνάμεως. Καὶ εἰρήνης καιροῖς ὁμοίως καὶ πολέμοις ἀρχῶν [ſ. ἀρκῶν], ὁ μήτε τὸ πραγματικὸν, μήτε τὸ μαχητικὸν ἐφικτὸν ἔχων λόγῳ καὶ θαύματι· ἢ ἵνα τἀληθέστερον εἴπω, ἑκάτερον D δεικνύων ἑκατέρων νικώμενον. Ποῦ τ' ἂν μοι εἴης ὁ πανταχοῦ μοι ποθούμενος, ἢ παντὸς ἀγαθοῦ δεξαμενὴ ὁ πανδέξιος; Ἆρα καθιστᾷς ἔθνη, καὶ γνώμας καταρτύεις ἀνδρῶν, καὶ Προμηθεὺς γίνῃ, πλάττων ἀνθρώπους πλάτιν ἡμερινὴν καὶ φιλάνθρωπον. Ἢ λόχους ὑπερκαθίζεις, καὶ λοχαγοὺς ἐφιστᾷς, καὶ φάλαγγας βαθύνεις, καὶ σημαίνεις καιροὺς ἐπελεύσεων, καὶ τοῖς Βαρβάροις ἐκφαίνεις μὴ θανὸν ἐν σοὶ τὸ πάλαι Ῥωμαίων φρόνημα; Ἔχοις μὲν οὖν

Variæ lectiones et notæ.

(δ) *Κεκυρωμένος*. Scrib. κεκαρωμένος.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἀξίως αὐτοῦ, καὶ πράττοις τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων καὶ εὐχῶν ἄμεινον. Εἰ δὲ καὶ γράμματι δηλώσαις, χρυσοῦν ὄντως ἡμῖν ἐπισκευάζεις τὸν δρόφον· καὶ τηρεῖ ὑπὸ Κυρίου πάσης κακώσεως ἀνώτερος καὶ κακώσεως.

A utrumvis ostendis in utroque victum. Certe autem mihi ubicunque exoptatus ades, quasi omnis boni receptaculum, qui omnibus modis summa ingenii dexteritate fulges. Jam equidem gentes constituis et construis omnes, et virorum perficis conatus et statuta, et alius cunctis efficeris Prometheus benigno naturæ afflatu, et pacis et tranquillitatis luto homines effingis. Aut cohortes constituis, aut earum ductores et præfectos edoces, et militum phalangas constituto dirigis ordine, et congressus tempus subjudicas, et facile etiam Barbaris manifestas, inclytam Romanorum in bello disciplinam in te nullo modo exstinctam labefactari. Te quidem ipso dignus es, et supra quod speramus et petimus, tua gesta peragis. Si autem tuas nobis ostenderis litteras aureum vere nobis rerum culmen constitues. Te denique Dominus absque ulla improbitate et ærumna perpetuo servet.

ΕΠΙΣΤ. Ε'.

Τῷ χαρτοφύλακι κυρίῳ Νικηφόρῳ.

Οὐχ οὕτως ἀφιλόκαλος, ἅγιε δέσποτα καὶ πάτερ, οὐδ' ἀπὸ δρυὸς, ἢ ἀπὸ πεύκης, ὁ σὸς Θεοφύλακτος, ὡς μὴ τῶν ἐν Πνεύματι ἀδικῶν χαρίτων ἠττῆθῆναι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, καὶ πρὸ τούτων τῆς περιστελλούσης αὐτὸν σεμνότητος· ἀλλὰ καὶ ταῖς τοῦ ἀνδρὸς ἑάλω σειρῆσι, καὶ τὸ τοῦ ἤθους [*f.* ἤθους;] κατηρτισμένον (6) ἐθαύμασα, καὶ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς διαβαῖνον, καὶ ἐπιτρέπον [ἐπιπρέπ.] τῷ σχήματι. Διὰ ταῦτα καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν παρ' αὐτοῦ τέως αἰτημάτων ἀνένευσα, καὶ πρόθυμος ἦν ὅλον ἐμαυτὸν ἐπιδιδόναι τοῖς ἔτι τούτου θελήμασι. Τί οὖν ἐστιν ὃ πέπονθα; Καὶ σκόπει εἰ μὴ προμηθέστερος μᾶλλον ἐγὼ, ἢ δειλότερος. Οὐδεν ἡ ἁγιότης σου πηλίκῳ προσώπῳ ὑπόκειται ὁ Γρηγόριος, καὶ ὡς ἀναγκαίως τῆς αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν δεξιότητος χρῄζοντι, καὶ ὡς διακόνου ἐν ἱερῷ μέλει, καὶ ὡς κορυφαίου ἐν ψάλλουσιν. Ἓν μὲν οὖν τοῦτο πρῶτον κείσθω μοι ἄῆμμα· δεύτερον δὲ, καὶ τοῦτο μάλιστα, πάντων οἶδας, ὡς τοὺς ἀπὸ μοναστηρίων ἢ ἐκκλησιῶν ἑτέρων μεθισταμένους ἄνευ τῆς τῶν προεστώτων γνώμης, οὐκ ἀκίνδυνον ὑποδέχεσθαι. Ἕως τοίνυν κατέσχον ἂν αὐτὸς παρὰ τῇ ἐμῇ ἐκκλησίᾳ τὸν θαυμαζόμενόν μοι τοῦτον καὶ ἀγαπώμενον ἄνθρωπον, μήτε παρὰ τοῦ τὴν μονὴν κατέχοντος προσώπου λύσιν δεξάμενον, μήτε τοῦ ἡγουμένου γοῦν γραφὴν ἔχοντος, περιποιουμένην ὑμῖν τὸ ἄπραγμον; Οὐκ οἶ (7) εἴπερ τις ἀνθρώπων, ὡς οἱ τὰ πάντα συγχέοντες· οἱ τῶν ἐπισκόπων κατάσκοποι, τέως μὲν τοὺς κανόνας περιορῶσιν ἐν γωνίᾳ κειμένους, αὐχμοῦ καὶ εὐρῶτος κατάπλεως, ἢ ἐν μέσῳ διερριμμένα καταπατοῦσιν ὑπερηφάνως. Ἐπειδὰν δὲ πρᾶξαί τι δεήσει τῶν ἐπισκοπικῶν, ἐνταῦθα λύσαντες τούτους, καὶ βοστρυχίσαντες, καὶ ἐκθειώσαντες, ὡς τοῦ Πνεύματος ὄντες γεννήματα, ἀντικαθιστῶσιν ἡμῖν, τὴν παράβασιν πικρῶς ἐλέγχοντες. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν οὐ κατέσχον τὸν ἄνδρα παρ' ἑαυτῷ (8)· εἰσηγησάμην δὲ αὐτῷ, ὡς ἄρα ἄξον εἴη καὶ παρὰ τῶν κρειττόνων ἀπόλυσιν λαβεῖν ἔγγραφον (9) καὶ παρὰ τοῦ ἡγουμένου τὴν οἷον ἀπολυτικὴν παράθεσιν. Ἐπεὶ δὲ νῦν, ὡς ἔμαθον διὰ γραφῆς ἑαυτοῦ, παρὰ τῶν τὴν μονὴν ἀγόντων ἐγγράφως οὐκ ἀπολύεται, οὐκ οἶδα τί δράσω, ποθῶν μὲν, οὐδ' ὅσον ἂν εἰπεῖν ἔχει μοι, προσκληρῶσαι

EPIST. V.

Domno Nicephoro chartophylaci.

Non equidem ita parum pulchri studiosus, sancte domine et pater, aut ex dura quercu, aut ex abie tuus Theophylactus effictus est, ut inclytis sancti Gregorii virtutibus et Spiritus gratiarum radiis non vincatur, non inflammetur, et ante hæc omnia veneratione illa et severa gravitate quæ illum vehementer exornat non capiatur. Equidem et dulcibus hujus viri sirenibus sum devictus, et jucundum sermonis candorem, et concinnitatem sum admiratus, ejusque cum extrinsecus rerum conatus aggreditur, studium et cum habitus elegantiæ et corporis ornatui curam habet. Quapropter nulla in re illius tandiu nunquam sum relectatus petitionibus et votis. Et semper paratus fui me totum ejus subdere voluntati. Quid igitur est, quod sum perpessus? Tu jam perpende, num magis circumspectus et consultus fuerim, quam ignavus et misor. Novit enim tua sanctitas quali vultu, quali spiritus facie Gregorius subsistat, et quantum in ecclesiasticum ministerium sua ipsius solertia et ingenio indigeam, et ut minister, et socius sit mihi in sacris modulationibus, et ut chori magister 636 in divina psallentium concinnitate. Unum hoc igitur primum mihi munus concedatur donum, secundum vero quid sit, tu potissimum nosti. Scilicet illos, qui monasteria et alias ecclesias, absque antistitum libera licentia et consilio deseruerint, non sine periculo posse suscipi. Quomodo igitur in Ecclesia mea hominem hunc, qui me in admirationem pariter et dilectionem rapuit, potui continere, qui nec personali præsentia, qua constans ibi perseverare debebat, solutus fuit, neque præfecti syngrapham attulit quæ nobis plenam licentiam et facultatem committeret. Non etenim novi, si aliquis ita est hominum, ut episcoporum speculatores sunt, omnia confundentes et turbantes. Tamdiu quidem regulas et canones circumspiciunt in angulis delitescentes, squalore et situ cumulate putridos et detritos, aut cum in medium penitus sunt projecti, superbo hos tunc pede et insano conculcant et evertunt. At vero cum episcoporum ad aliquod opus

Variæ lectiones et notæ.

(6) *Τὸ τοῦ ἤθους κατηρτισμένον.* Scrib. τὸ τοῦ ἔπους κ.

(7) *οὐκ οἱ.* Scrib. οὐκ οἶδα.

(8) *Παρ' ἑαυτῷ.* Scrib. π. ἐμαυτῷ.

(9) *Ἔγραφον.* Scrib. ἔγγραφον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

potentiam et munus quæsiveris, tunc illos habere dissolventes, et calamistratis crinium componentes cincinnis, et veluti deorum illos numero ascribentes, non aliter quam si summi Spiritus soboles essent, nobis penitus adversantur, et transgressionem et licentiam amaro quodam insectantur studio. Ob hanc igitur causam, talem virum apud me non continui. Consilio autem meo eum adjuvi, ut quidem, si opus esset, a potentioribus et præstantioribus, aliquod suæ libertatis et remissionis scriptum, præcipue a præside ultimum liberationis decretum impetraret. Etenim postquam ipsius scripto edidici, etiam ab his qui ibi constanti mora degunt illum vel cum scripto non dimitti, penitus quid faciam non habeo. Cupio autem neque, id quantum mihi fas est dicere, hunc nostra in ecclesia cui præsum aliqua cura prosequi illique adjungere. At vero invidiæ timeo aculeos et pessimas hominum consuetudines, qui tranquillum et sedatum animum improbo malorum flagello concutiunt et devastant. Sed forte tuæ sanctitati operæ pretium videtur, ut ego sententiæ litteras, quæ illum ad nos auferri præcipiant et statuant, extraham, ut rationi consentaneum quidem judicabitur. Hic autem veniat jam, ut hoc ad nos perferat, et libenti animo a nobis suscipietur. Si autem neque hoc æquitati esse consonum arbitraberis, sed tantum superiorum licentiam et auctoritatem ad hujus dimissionem necessariam esse, extremo quidem conficiat mœrore, dum tali viro privabor. Et quod quidem rarum est eunuchis morigeris et simplicissimis, et hoc etiam inter alias contumelias et injurias, quasi additamentum quoddam reputans et perpendens, ad illum, qui cuncta tristia, perniciosa afferre potest, hujusque charam libertatem inducere, ut decens est, feram. Cujus ope, ab hujus sæculi ruina impendente et insidiarum laqueis, tuis sanctis precibus liberemur.

A τοῦτον τῇ ἐπιστατουμένῃ παρ' ἡμῶν ἐκκλησίᾳ, δεδιὼς δὲ τὸν φθόνον, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων κακόηθες. Οἳ καὶ ἡρεμοῦντα θυμὸν τῶν τακῶν *** δυναμένων ἀναρρίπισουσι. Πλὴν εἰ καὶ τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ ἱκανὸν εἶναι δοκεῖ κατακρίσεως ἡμᾶς ἐξελέσθαι τὸ γράμμα ἐν ὑπογραφῇ τοῦ ἡγουμένου μόνου πρὸς ἡμᾶς ἐνεγκεῖν παρατιθέμενον αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, ἐλθέτω τοῦτο συνεπαγόμενος, καὶ ἀσμένως ἡμῖν εἰσδεχθήσεται. Εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο συνορᾷς ἱκανὸν, ἀλλὰ δεῖ πάντως τῆς τῶν ὑπερεχόντων ἀφέσεως, ἀνιάσομαι μὲν, τοῦ τοιούτου στερούμενος, καὶ ὃ σπάνιον εὐνούχοις χρηστοῖς καὶ ἁπλουστάτοις, καὶ τοῦτο δὴ ταῖς ἄλλαις ἐπηρείαις ὡς ἐπιθήκην προσλογισάμενος, τῷ πάντα λυποῦντα προσενεγκεῖν δυναμένῳ, καὶ τὴν τούτου λύσιν, ὡς εἰκὸς, ἀναθήσομαι. Ὑφ' οὗ τηρηθείημεν τῶν B τοῦ αἰῶνος τούτου σκανδάλων ὑπέρτεροι ταῖς σαῖς ἁγίαις εὐχαῖς.

EPIST. VI.

Domno Gregorio camatero.

Nunquam (tu dicis), ex urbe Achride nobis et lingua archiepiscopi prolatæ **637** litteræ antea certe non frequentes venerunt. Profecto nunc præceps litteras mittendi causa urget. Non enim archiepiscopus viro illi ignovit, circum quem varia imperatoris negotiorum examina alto susurro semper immurmurant, et cui aliorum litteræ, non minorem molestiam et interturbationem inducunt, quam ad alios scribendi studium et obligatio. Unde igitur hoc novum negotium et importunum nobis exstitit? Unde? Ex tua in omne bonum solertia et dexteritate. Qui, quia tibi Deus apud imperatorem multum posse concessit, non incassum et absurde divino hoc uteris munere; sed teipsum, dignum, qui majora possis, et perficias manifestas illis, quibus, quod tunc tibi emissum est, ut Deo quidem dignum administrasti, atque talentis, quæ tibi cœlitus sunt effusa, tuam strenuam industriam et potentiæ facultatem mire te edoces exercere, ostendisque etiam quantum te deceat illud, Esto princeps decem urbium. Quod a justo Domino et æquo gubernatore, dignis et præstantibus viris dictum est et commissum. Nam, quod tuæ nunc est potentiæ, id totum nostro nunc principi subdere, hoc quidem tantum est a ferreo hoc

ΕΠΙΣΤ. ϛ'.

Τῷ Καματηρῷ κυρίῳ Γρηγορίῳ.

Βαβαὶ, φαίης ἄν, Ἀχριδόθεν ἡμῖν καὶ γλώσσης ἀρχιεπισκοπικῆς ἐπιστόλιον πάρος γε μὲν οὔτι θάμιζεν. Ἤπου μέγα τὸ τοῦ νῦν ἐπιστέλλειν αἴτιον. Οὐ γὰρ ἂν ἠγνόησεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῷ ἀνδρὶ, ὃν σμῆνος περιβομβεῖ βασιλικῶν πραγμάτων, καὶ τὰ παρ' ἑτέρων γράμματα παρενόχλημα οὐχ ἧττον, ἢ τὸ αὐτὸ γράφειν ἑτέροις. Πόθεν οὖν τὸ καινοφανὲς τόδε χρῆμα, καὶ ἡμῖν ἄκαιρον; Πόθεν; ἐκ τῆς σῆς περὶ πᾶν ἀγαθὸν δεξιότητος· Ὥστε ἐπειδή σοι Θεὸς τῷ παρὰ βασιλεῖ (10) μεγάλα δύνασθαι δέδωκεν, οὐκ ἐπαριστέρως χρᾷ τῷ θείῳ δωρήματι, ἀλλὰ φαίνεις σεαυτὸν καὶ τοῦ μείζω δύνασθαι ἄξιον, οἷς τὸ τέως δοθὲν ἀξίως Θεοῦ ᾠκονόμησας· καὶ τοῖς ἐγχειρισθεῖσι ταλάντοις τὸ σὸν δραστήριον ἐνεπιδειξάμενος, δεικνύεις ὡς ἄρα καὶ σοὶ προσήκει τὸ, Ἴσθι ἐπάνω δέκα πόλεων, παρὰ τοῦ δικαίου Δεσπότου καὶ διανομέως τοῖς ἀξίοις λεγόμενον. Τὸ γὰρ ἐν τῇ προσούσῃ C D νῦν σοι δυνάμει ἄρχοντι δοῦναι τῷ καθ' ἡμᾶς, τοῦτο μέν ἐστι τοσοῦτον τοῦ σιδηρέου γένους τῶν νῦν ἡμερῶν ἀπέχον τε, ὅσον ἐγγίζει τῷ παρ' Ἡσιόδῳ χρυσέῳ· Ὃς τὰ τῇ φύσει διεστηκότα παρ' ἑαυτῶν καινῶς ἥνωσεν, ὄγκον ἤθους, καὶ μετριότητα· τὸν μὲν, τοῖς πονηρευομένοις ἀποτηρῶν. τὴν δὲ, τοῖς χρηστοτέροις ἐχχέων ἡδεῖ τῷ χεύματι· καὶ τῷ μὲν, τὰ μέτρα τῶν ἀδίκων κωλύων· τῇ δὲ, τοὺς ἀγαθοὺς

Variæ lectiones et notæ.

(10) *Ἐπιδήσοι Θεὸς τῷ παρὰ βασιλεῖ.* Scrib. ἐπειδή σοι Θεὸς τὸ π. β'.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἐξύνων πρὸς ἐκδηλοτέραν χρηστότητα, καὶ τὸ συντετριμμένον ἰώμενος, καὶ τὸ ἀπωσμένον ἀνακαλούμενος. Δῆλος δὲ τὴν Ἀχρίδα θήσων ἐξελεομένην, ὅσον οὔπω ἐπίφθονον. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἡμῖν ἐπιστῆσαι τῶν ἁρμοστῶν, πῶς οὐ προκλητικόν ἐστί σοι μείζονος ἐκ Θεοῦ παρὰ βασιλεῖ δυνάμεως, ἵνα μείζω καὶ πόλεις εὐεργετοῦντα καὶ ἔθνη διὰ τῆς σῆς τῶν ἀρχόντων ἐπιλογῆς, καὶ παρὰ τῷ κρατοῦντι συστάσεως. Τοῦτό μοι τὴν γλῶσσαν ἔλυσέ τε, καὶ μικρόν τι τὴν σὴν ἀκοὴν περιελκύσαι πρὸς τὴν ἡμετέραν λαλιὰν ἔπεισεν. Οὐ γὰρ δεῖν ἔγνων τηλικοῦτον ἰδὼν ἀγαθὸν, καὶ οὕτω ξένον, ἐπιδημῆσαν ὑμῖν διὰ σοῦ, μὴ τῇ σῇ μεγαλεπιφανείᾳ δηλῶσαι τὴν τοῦ δοθέντος συναίσθησιν, μηδὲ λόγῳ γνωρίσαι, οἷου πράγματος τετυχήκαμεν. Τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τὴν αὐτὸς αὐτοῦ κρίσιν ἀποδεξάμενος, καὶ οἷόν τι καλὸν γέννημα Πατὴρ ἡδέως κατασπασάμενος, ἔτι μᾶλλον πτερώσεις διὰ γραμμάτων πρὸς τὸν ἐφ' ἃ εἵλετο δρόμον· ὥστε τὸν καλὸν δειχθῆναι καλλίονα, καὶ τὸν Νιρέα ἤδη καὶ Ἀχιλλέα διαπλασθῆναι. Εἰ δέ τι πλεῖον αἰδοῦς καὶ τῷ Φοίνικι, ἢ τῷ Νέστορι, ὁ Ἀχιλλεὺς οὗτος προσνέμειν ὑπὸ σοῦ νουθετοῖτο, ἐν οὐδενὶ μὲν ἐκεῖνος τὸν ἥρωα ψεύσαιτο. Διὰ πάντων δὲ δείξεις αὐτὸς, ὡς οἱ νῦν ἡμῖν ἐγνωσμένοι πρὸς σὲ ἄκρατον γαρύετον *Διὸς πρὸς ὄρνιθα θεῖον.*

A hominum genere, nostri temporis alienum, quantum aureo illi sæculo appropinquat, quod Hesiodus decantavit; qui quæ natura dissita sunt et longe inter se discrepantia novo quodam modo conjunxit, superbos scilicet morum fastus et tenuem mediocritatem. Illos quidem ab improbis et sceleratis omnino semovit, hanc vero jucundo quodam flumine probioribus effudit. Et illis demum injustitiæ et injuriæ modum funditus abstulit, atque hoc probos omnes et æquos in manifestiorum commoda concitavit, et omne quod attritum et disjectum est mire sanavit, et quidquid erat evulsum in se resarciit. Manifeste quidem ipsam urbem Achrida ita explicuit et evolvit, vel quantum nulli esset invidiæ et reprehensioni B obnoxia. At igitur ejusmodi nobis moderatores et præsides constitui, qua ratione te ad majorem, ex Deo, apud imperatorem non provocabit potentiam, et ut majorem urbium opitulatorem et gentium etiam, propter hanc tuam in principes electionem et constitutionem summam, qua apud imperatorem plurimum vales. Hoc quidem mihi linguam penitus dissolvit, et parum has benevolas aures ad nostros sermones deflectere coegit. Non enim oportere cognovi, tantum conspiciens bonum atque ita singulare, quod propter te ad nos feliciter accedit, nec tuæ ingenti præstantiæ et nobilitati, profusi, et concessi muneris manifestare notitiam, neque sermone aliquo educere, quantum opus simus consecuti. Equidem tum etiam alia, tum et ipse tuum ipsius judicium suscipis, et illud quasi pulchram sobolem, ut pater, lætus tibi vindicas. Et adhuc etiam maxime litteris tuis alas coleres addes, ut ad ea, quæ fere eversa sunt velocissimus percurras, et ut illum, qui pulcher est, pulchriorem ostendas, et ut Nireum jam et Achillem effingas. Si autem plus pudoris et gravitatis severæ, aut Phœnici aut Nestori, hic Achilles attribuere, **638** a te fuerit admonitus, nulla quidem in re illa tantum heroa ementietur. Tu etiam jam omnino monstrabis, quam vehementer et immodice hi, qui nobis jam noti sunt, in te garriant, ut *In sacros Jovis alitis ungues.*

ΕΠΙΣΤ. Ζ'.

Τῷ Παχουριάνῳ κυρίῳ Γρηγορίῳ, τῷ γαμβρῷ τοῦ μεγάλου Δρουγγαρίου.

Ἆρά σοι θρασὺς ἐγὼ καὶ περιττὸς τὴν παῤῥησίαν, πανσέβαστε, ὅτι μήπω μηδ' ἰδών, μηδ' ὀφθείς, εὐθὺς νουθετητής σοι καθίσταμαι; Τί θαυμαστὸς τῆς ἁπλότητος, ὅτι καὶ τοῖς συνήθεσι κοινωνῶ τοὐμοῦ πλούτου, καὶ τῶν ἐνόντων σοι μεταδίδωμαι; Ἐγὼ μὲν, οἶμαι, τὸ δεύτερον· εἰ δέ τις τὸ πρῶτον τίθεται, ἀλλ' οὗτός γε, ἀνουθέτητος ὄντως, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἀπολαύσας λόγου μηδέποτε. Φημὶ τοίνυν ἐγὼ ἀνθρώπων ἐπιστασίαν σε δεδεγμένον νέον, καὶ τὴν καρδίαν εὐτύπωτον, πάντοθεν χρῆναι συγκεκροτῆσθαι, καὶ πλείοσιν ὀφθαλμοῖς τὰ πάντα περιαθρεῖν, ἢ ὁ πανόπης (11) Ἄργος τὴν ἐμπιστευθεῖσαν ἐκείνην βοῦν, ὅ τι ποτὲ ἐν τούτοις ὁ μῦθος βούλεται, ὡς ἂν μὴ λάθοι κακία τοὺς αὐτῆς χαρακτῆρας τῇ σῇ ψυχῇ ἐντυπώσασα. Καὶ κατ' αὐτὴν μὲν ἡ νεότης χρῆμα πάντολμον, καὶ δραστήριον· ὅταν δὲ ἡ τῆς ἀρχῆς ἐξουσία παρῇ, Λέγει μετὰ ξίφους, φασίν. Ἀλλὰ σὺ τὸν λόγον ἔχων μετὰ σαυτοῦ τὸν μέγαν, καὶ καταρτιστὴν, ἕξεις ταῦτα πλείονος ὕλην εὐδοκι-

EPIST. VII.

Domino Gregorio Pacuriano magni Drungarii genero.

Igitur tibi audax ego videor, et in nimiam libertatem effusus, Pansebaste, quoniam cum nondum te viderim, neque a te visus sim, statim me tibi monitorem constituo? Num me ob candidam simplicitatem nimis admiraris, quod opes meas cum familiaribus meis communes habeam, et illas quæ te magis decent impertiar? Ego quidem secundum plane esse existimo. Sed si quis primum esse aut censeat aut constituat, hunc ego plane stultum, omni humanitatis sensu exutum, et talem dixerim cui rationis lux nunquam effulsit. Ego etenim, inquam, quia hominum præfecturam nuper adeptus es, etiam animum tuum bene affectum quidem oportere ubique ad omnia apte conflari, et colligi, et pluribus oculis te omnia intueri, quam oculatus ille Argus bovem ejus fidei et custodiæ commissam. In his autem hæc fabula id præcipue innuit, scilicet ne latenter ullum flagitium, facinusque ullum, suum ipsius typum in

Variæ lectiones et notæ.

(11) *Παρόπης.* Scrib. πανοπτης.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

tuam ingenuam animam obsignet. Et in illa quidem juventutis ardor, res quædam est nimis audax, et operi facilis nimis, et prona. Quando vero imperii licentia et potestas subest, tunc, ut dicunt, quasi districto ense obloquitur et garrit. Sed tu, sermonem tuum, rationisque vires absolutas et perfectas, et tui mensura ingentes intra teipsum includens, cuncta in majoris gloriæ materiam tibi parabis. Et juventutis ferociam et ardorem acri potentiæ et imperii spiritu excutiens et deprimens, in operum egregios deflectes conatus, ardentem facem et salutiferam his qui pauperie immersi sunt et obruti erigens. Et te vero beatum judico, quia nondum fere tui ipsius spectaculum, in hujus vitæ theatrum objecisti; ita quidem ipsum in subditos commodum et utilitatem, ut facilem præ- B textum libertatis in magnum imperatorem, et dominatorem semper habes. Etenim probe perpendat tua ingens nobilitatis magnanimitas, nihil ita Deo hominem posse commiscere, ut morum integritatem atque humanitatis studium. Et hoc quidem mirum est nos nihil magnum atque difficile poscere, sed aut solum ipsam naturam cognoscere, et affectus, et vires, quæ ab ipsa mire exiguntur et effluunt, postulare. Tu igitur mihi talem te proba, talique esto prædicatus nomine, et bas potius divitias et thesauros condes, quam ut alii varias talentorum myriadas, lacrymis atque luctibus immistas, et quæ ipsam oblivionem, 639 quam in futurum tempus serum construunt, etiam nunc manifeste præferunt. Etenim te ipsum, quasi Deum, omnibus qui benignitate et humanitate indigent, ita præstabis, et maxime his, qui privatim et proprie sese Deo penitus noverunt. Ita enim maxime ostendes quantum illi inservire studueris. Quoniam et te multo etiam colit conatu, et tibi imminentia pericula prævidet, qui etiam multo magis quam privatim propriis famulis se gratum præbet, maxime saltim animi affectum et statutum in te præcipue manifestat. Sed jam omnem hujus sermonis finem percipe. Invidiam in omnium oculos infiges, nec linguam calumniantium obstreperam avertes, si nostrorum dierum legibus parueris. Jamque te bonitatis et justitiæ dator Deus ab omni improbitate et flagitio sejunctum custodiat.

μήσεως· καὶ τὸ τῆς νεότητος θερμουργὸν, τῷ τῆς A ἐξουσίας ἀναῤῥιπιζόμενον πνεύματι, διὰ τῶν πραγμάτων δραμεῖται, πυρσὸν αἴρων τοῖς πενίᾳ βαπτιζομένοις σωτήριον. Καί σε μακάριον ἐγὼ τίθημι, ὅτι μήπω σχεδὸν μηδὲ παραγγελίας εἰς βίου θέατρον οὕπω τοι ῥᾳδίαν ἔσχες πρόφασιν τῆς πρὸς τὸν μέγαν βασιλέα καὶ βασιλευτὴν παῤῥησίας, τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους χρηστότητα. Εὖ γὰρ ἴστω ἡ τῆς σῆς εὐγενείας μεγαλειότης, ὡς οὐδὲν οὕτως Θεῷ τὸν ἄνθρωπον ἀνακίρνησιν, ὡς τὸ χρηστόηθες καὶ φιλάνθρωπον· καὶ τὸ θαῦμα, ὅτι μηδὲν μέγα καὶ χαλεπὸν ἀπαιτούμεθα, ἀλλ' ἢ μόνον τὴν φύσιν ἐπιγινώσκειν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῆς ἀπαιτουμένην ἀπαιτηθῆναι συμπάθειαν. Τοιοῦτός μοι γίνοιο, καὶ κηρύττοιο, καὶ τοῦτον ἀποθησαυρίσαις τὸν πλοῦτον μᾶλλον, ἢ μυ- B ριάδας ἄλλοι ταλάντων δακρυομένων καὶ πενθουμένων, κάντεῦθεν ἤδη προφαινόντων τὴν λύσιν εἰς ἣν ἐν τῷ μέλλοντι τάξουσι, καὶ πᾶσι μὲν παρέχων σαυτὸν Θεὸν τοῖς δεομένοις φιλανθρωπίας, μάλιστα καὶ [*f.* δὲ] τοῖς ἰδίᾳ Θεῷ ἀνατεθειμένοις. Οὕτω γὰρ μάλιστα δείξαις, ὡς ἐκεῖνον θεραπεύειν ἐσπούδακα. Ἐπεὶ καί σε θεραπεύει μέν τις καὶ τῶν κυνηγῶν κηδόμενος. Ἂν δέ τι πλέον τοῦ ἰδίᾳ καὶ οἰκειοτέροις ὑπηρετοῦσι χαρίζεται, μᾶλλον ἐκφαίνει τὴν πρὸς σὲ συνδιάθεσιν. Τέλος λόγου τὸ πᾶν ἄκουε, ἐκκόψεις τοῦ φθόνου τοὺς ὀφθαλμούς· οὐ τὴν γλῶτταν ἀποστρέψεις τοῦ μώμου, εἰ τοῦ νόμου τῶν νῦν ἡμερῶν φανείης παρήκοος· καί σε ὁ τῆς ἀγαθότητος καὶ ὁ δικαιοσύνης Θεὸς τηρεῖη πάσης κακύνσεως ἀνώτερον καὶ κακώστεως.

EPIST. VIII.

Ophiomacho.

Quid hoc est, etiam probus et pulcher Joannes in medium adductus est, ut cum Læstrigonibus et Cyclopibus certamen ineat. Sic enim opera, quibus nominis claritas immortalisque paratur felicitas, esse existimo. Sed ne jam alter astutus et prudens Laertis filius non appareas, et vivam mentis aciem, quibusvis rerum fraudibus variisque laboribus non opponas, equidem Mercurius illud sacrum Moly tibi prorsus contulit, et jam in omnibus se tibi ducem mirifice præbuit. Ne igitur sis sollicitus, sed hac hujus potentia, hac sorte utere, et cum tuis sociis incolumis omnino evades, puppe illa, mentis gubernaculo vecta, et ingentibus illis et egregiis, tuæ in Deum fiduciæ, opibus D onusta, quam in tuos subditos ipsa tibi virtus impertit. Nunc etenim existima, te non aliter

C

ΕΠΙΣΤ. Η'.

Τῷ ὀφεομάχῳ.

Τί τοῦτο καὶ ὁ καλὸς Ἰωάννης παρηνέχθη Λαιστρυγόσι προσπαλαίσων καὶ Κύκλωψιν; οὕτω γὰρ τὰ τῶν μακαριζομένων πράξεων τίθεμαι. Ἀλλ' ὅπως μὴ φανείης ἐκεῖνος ὁ τοῦ Λαέρτου πολύμητις, καὶ τὸν λόγον ἔχοις τῆς κακίας ἀντίμαχον, πάντως Ἑρμῆς σοι τὸ μῶλυ διδοὺς ἤδη πάντα καλῶς ἐξηγήσατο. Μὴ μέλε οὖν (12), ἀλλὰ χρῶ τῇ τούτου δυνάμει, καὶ ἐπανασωθήσῃ τοῖς οἰκείοις φρένας ἐχούσῃ νῆ μετὰ τιμιωτέρου πλούτου τῆς πρὸς Θεὸν παῤῥησίας, ἣν πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἀρετή σοι χαρίζεται. Νῦν γὰρ νόμιζε δοκιμάζεσθαι οὐχ ἧττον, ἢ οἱ πρὸς τὰ Ὀλύμπια καταβαίνοντες, καὶ γένοιτό μοι τὸν ἐμὸν ἑταῖρον Ὀλυμπιονίκην ἀκοῦσαι. Τάχα γὰρ ἂν σοι καὶ ἐπινικίους προσάσωμαι, οὐδὲν ἀτιμότερον τῶν Βακχυλίδων καὶ Σιμωνίδων, ἴσως καὶ πρὸς τὴν Βοιωτοῦ λύραν ἁρμοζομένους, πάντως δὲ καὶ λαμπροτέρας

Variæ lectiones et notæ.

(12) *Μὴ μέλε οὖν.* Scrib. μὴ μέλλε οὖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ἔχοντος τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ἐπὶ σεμνοτέρῳ λεγομένους ὀκρίβαντι.

A examinari, quam illos qui in certamina Olympica proficiscuntur. Et utinam mihi contingat, amicum et familiarem meum Olympionicam esse audire! Confestim etenim in tuas laudes egregia concinam epinicia, in quibus nec inclytos Bacchylidas et Simonidas superiores mihi esse vix agnoscerem. Et fortasse ad Pindari lyram illa concinnarem et pangerem, in quæ splendidior harmoniæ dulcedo et argumenti elegantia prorsus affulget, et etiam in gravissimo cœtu audacter assurgens illa tibi decantabo.

ΕΠΙΣΤ. Θ'.

Τῷ διδασκάλῳ κυρίῳ Νικήτᾳ, τῷ Σερρῶν.

quidem vel spiritualiter regem habent. In ipsis enim mens non sceptra tenet, neque dominatu fungitur; quandoquidem non sint filii liberæ Saræ, quæ valet dominantem quampiam, sed ancillæ ad servitutem generantis soboles. Neque perspicuitas vel manifestatio in ipsis est, seu veritas, verum cæci vere in tenebris sedent, neque ipsi veritatem intelligentes, neque aliis ipsam manifestare valentes. Quomodo enim hoc ipsum possent, cum interemerint Dominum crucifixeruntque eum, qui dixit: *Ego sum vita et veritas* [91]? qui etiam nobis quæ a Patre accepit, aperuit: Quæ enim audivi, inquit, a Patre meo, dixi vobis [92]. Isti sunt, quorum hic fit mentio, diligentes pemmata cum uvis passis, non recipientes panes qui animam alere videntur, quod illis et oblectatio et voluptas non inesset. Tales sunt omnino doctorum enarrationes, avarum passarum dulcedinem habentes, sensibilia bona promittentes, quæ prorsus sunt marcida facileque labuntur. Similis est hujus mulierculæ, qui Deo mercedis gratia inservit temporariorumque bonorum: divitiis quidem per argenteos significatis, quorum numerus decadem et quinariam constituit, uti discas, quod talis mercenarii totum corpus, et animam et spiritum, sensus ipse sibi adunarit conjunxeritque: necessariis autem ad vitæ sustentationem per liquida et sicca indicatis, vini nempe et hordei, quod et quamdam vitæ talis proportionem præ se fert. At enim qui mercedis causa inservit, celeriter ad alium dominum transfertur, quando merces desinit. De hujusmodi David eximius vates et propheta ait: *Confitebitur tibi, quando ei beneficeris* [93]. Hoc est, Gratias aget tibi, Domine, quando beneficium illi exhibueris: at si ea defluxerint, te e diverso vituperabit. Consimili ingenio divum Jobum Satanas fore sperans, eum impetiit; quocirca dicebat quoque: *Non frustra Job colit Dominum. Nonne tu circumcirca quæ ipsius sunt, intus et foris sæpivisti* [94]? Idem de Jobo sensit, qui eum ad maledicentiam compellens, *Die*, inquit, *verbum aliquod ad Dominum, et morere* [95]. **35** Porro qui Deo talia propter bona servit, et non propter ipsum honestum, pemmata cum uvis passis diligit, non novam et evangelicam legem eligens, quæ etiam cruda esse apparet, ob vivendi rationis duritiem, sed pistam quæ facile confici seu perfici possit, ac suavem. Quandoquidem vero, juxta Parœmiasten, *Suavitatis sectator ac labore, doloreque vacans, in penuria morietur* [96], non injuria vel is otiosus sedet, neque sacrum faciens, neque dicere valens: *Secreta et abdita sapientiæ tuæ manifestasti mihi* [97].

VERS. 5. *Ac post hæc revertentur filii Israel, et quærent Dominum Deum ipsorum, et David regem ipsorum, constituenturque apud Dominum, et bona*

A τῷ σκότει τοῦ ψεύδους κάθηνται, οὔτε αὐτοὶ νοοῦντες τὴν ἀλήθειαν, οὔτε τοῖς ἄλλοις δηλοῦν ἔχοντες· πῶς γάρ, οἵ γε ἀπέκτειναν τὸν Λόγον σταυρώσαντες, (99) τὸν εἰπόντα· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*, καὶ δηλώσαντα ἡμῖν τὰ παρὰ τοῦ Πατρός; *Ἃ γὰρ ἤκουσα*, φησί, παρὰ τοῦ Πατρός μου, ταῦτα εἶπον ὑμῖν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐνταῦθα μνημονευόμενοι, οἳ καὶ τὰ πέμματα μετὰ σταφίδων ἀγαπῶσι, μὴ δεχόμενοι τοὺς τὴν ψυχὴν τρέφειν δοκοῦντας ἄρτους, ἄνευ τοῦ πρὸς χάριν καὶ πρὸς ἡδονήν. Τοιαῦται δὲ πάντως αἱ τῶν διδασκάλων ἐξηγήσεις, τὸν τῶν σταφίδων γλυκασμὸν ἔχουσαι, καὶ ἀγαθὰ αἰσθητὰ ἐπαγγελλόμενα, ἃ εὐμάραντα πάντως εἰσί. Τῇ γυναικὶ ταύτῃ ἔοικεν ὁ δουλεύειν δοκῶν τῷ Θεῷ ἐπὶ μισθῷ, καὶ παροχῇ αἰσθητῶν ἀγαθῶν, τοῦ μὲν πλούτου δηλουμένου διὰ

B τῶν ἀργυρίων, ὧν ὁ ἀριθμὸς πεντεκαίδεκά ἐστιν, ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦ τοιούτου ὁλόκληρον τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ πνεῦμα ἡ αἴσθησις ἑαυτῇ ἥνωσε καὶ συνέταξε, τῶν δὲ πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν, διὰ τοῦ οἴνου καὶ τῆς κριθῆς δηλουμένων, ἥ καὶ τὴν ἀναλογίαν τῆς τοιαύτης ζωῆς ἐμφαίνει. Πλὴν ὁ ἐπὶ μισθῷ τοιούτῳ δοκῶν δουλεύειν, ταχέως μετατεθήσεται ἐπ' ἄλλον δεσπότην, ὁπηνίκα λείψει ὁ μισθός. Οὕτως καὶ Δαβὶδ περὶ τοῦ τοιούτου λέγει· *Ἐξομολογήσεταί σοι, ὅταν ἀγαθύνῃς αὐτῷ*· τουτέστιν, Εὐχαριστήσει σοι, Κύριε, ὅταν ἀγαθὰ δώσῃς αὐτῷ· ἅμα δὲ τῷ ἀπορρυῆναι ταῦτα, βλασφημήσει σέ· ὥσπερ οὖν καὶ τὸν Ἰὼβ ὁ ἐχθρὸς τοιοῦτόν τινα εἶναι ἐλπίζων, ἐξητήσατο· διὸ

C καὶ ἔλεγε· *Μὴ δωρεὰν σέβεται Ἰὼβ τὸν Κύριον; οὐ σὺ περιέσφαξας* [*f.* -ἔφραξ.] *αὐτοῦ τὰ ἔσω καὶ τὰ ἔξω*; Καὶ ὕστερον πάλιν εἰς βλασφημίαν συνωθῶν, *Εἶπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα*, ἔλεγεν. Ὁ ἐπὶ τοιούτοις (1) ἀγαθοῖς δουλεύων τῷ Θεῷ, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, καὶ πέμματα μετὰ σταφίδων ἀγαπῶν (2), μὴ τὸν νέον καὶ εὐαγγελικὸν νόμον αἱρούμενος, ὃς καὶ ὡμὸς δοκεῖ εἶναι, διὰ τὸ τῆς ἀγωγῆς σκληρὸν, ἀλλὰ τὸν πεπεμμένον, καὶ εὐκατέργαστον, καὶ ἡδύν (3). Ἐπεὶ δὲ, κατὰ τὸν Παροιμιαστὴν· *Ὁ ἡδὺς καὶ ἀνάλγητος, ἐν ἐνδείᾳ τελευτήσει*, εἰκότως καὶ οὗτος ἀργὸς κάθηται, μηδὲν ἱερὸν ἐνεργῶν, μηδὲ δυνάμενος λέγειν· *Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.*

D *Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ζητήσουσι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν, καὶ ἑστήσονται ἐπὶ τῷ*

[91] Joan. XIV, 6. [92] Joan. XV, 15. [93] Psal. XLVIII, 19. [94] Job I, 9 10. [95] Job II, 9. [96] Prov. XXVIII, 19. [97] Psal. L, 8.

Variæ lectiones et notæ.

(99) Τὸν Λόγον ἀπέκτειναν· ἔμαθεν, ὅτι τῷ λογείῳ ἐπέκειτο ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ δήλωσις. Οἱ οὖν τὸν Λόγον σταυρώσαντες κ. τ. λ. *Verbum interfecerunt* (*norat rationali inesse veritatem, et manifestatio nem*). *Qui igitur Verbum crucifixerunt* Cod. Ven.

(1) Τούτοις, *his*. Cod. Ven.

(2) Ἀγαπᾷ, *diligit*. Cod. Ven.

(3) Ἡδύνειν. Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. Διῃρέθησαν μὲν, ὡς καταρχὰς εἴρηται, αἱ φυλαὶ, καὶ γεγόνασι δύο βασιλεῖαι, μία μὲν ἡ τῶν δέκα φυλῶν, ἣ καὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἐφραὶμ ἐλέγετο· ἑτέρα δὲ ἡ τῶν δύο, ἤτις Ἰούδας μὲν ὡς ἐπίπαν, ἔστι δ' ὅτε καὶ Βενιαμὶν ἐκαλεῖτο. Καὶ ἦσαν οὕτω; ἔσχουσαι, ἄχρις οὗ ᾐχμαλωτίσθησαν εἰς Βαβυλῶνα. Μετὰ δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, αἰσθησιν λαβοῦσαι τοῦ Θεοῦ (4) αἱ δώδεκα φυλαὶ, καὶ ἐκζητήσασαι αὐτὸν, ἡνώθησάν τε, καὶ ἕνα ἔσχον ἄρχοντα τὸν Ζοροβάβελ, ὃν καὶ Δαβὶδ ὠνόμασαν (5), διὰ τὸ ἐκ τῆς Δαβιτικῆς φυλῆς εἶναι, ἐφ' οὗ καὶ τῶν θεοδότων ἀγαθῶν ἐδέξαντο τὴν ἀπόλαυσιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ μετὰ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, ἐκζητήσουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ πιστεῦσαι τὸν βασιλέα Δαβὶδ, τουτέστι Χριστὸν, τὸν ἱκανὸν τῇ χειρὶ (τοῦτο γὰρ Δαβὶδ ἑρμηνεύεται), ὃς πύλας χαλκᾶς συντρίψας, τὸν ἰσχυρὸν ἐδέσμησε θάνατον, καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ ἡμᾶς διήρπασε. Λάμβανέ μοι ταῦτα ἐπὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· ἔστι μὲν γὰρ πόρνη, καὶ μοιχαλὶς ἡ αἴσθησις, βλέπουσα ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους, τουτέστιν ἐπὶ πάντα τὰ μὴ οἰκεῖα τῇ φύσει ἡμῶν, μηδὲ ἀκολουθοῦντα ἡμῖν. Ἀλλότριον ὁ πλοῦτος· οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν, φησὶ, λήψεται τὰ πάντα. Ἀλλότριον ἡ δόξα· οὐ (6) γὰρ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ. Ἀλλότριον ἡ τρυφή· τά τε γὰρ ἄλλα εἴδη ταύτης πρόσκαιρα, καὶ τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, εἰς κοιλίαν καὶ εἰς ἀφεδρῶνα χωροῦντα διαῤῥεῖ. Ταύτην ὁ προφητικὸς λόγος (7) εἰσοικιζόμενος (8), ποιεῖ τέως μὲν ἀπέχεσθαι τῶν συνήθων, καὶ ἐκκλίνειν ἀπὸ κακοῦ, διά τε τῶν πεντεκαίδεκα ἀργυρίων, τῶν λογίων, φημὶ, τῶν τε νομικῶν (πέντε γὰρ τὰ τοῦ νόμου βιβλία, καὶ τοῖς ἀτελέσι καὶ κατ' αἴσθησιν ζῶσι δοθέντα), καὶ τῶν Κυριακῶν τῶν τελείων, καὶ τελειοποιῶν (τέλειος γὰρ ἀριθμὸς (9) ἡ δεκὰς, καὶ διὰ τοῦ οἴνου τῆς αὐστηροτέρας ἐπιστροφῆς, καὶ τῆς μνήμης τῶν αἰωνίων κολάσεων, καὶ τοῦ γομὸρ τῶν κριθῶν, τουτέστιν τῆς λεπτοτέρας ἀγωγῆς καὶ εὐτελεστέρας. Διδάσκει μέντοι, ὅτι οὐκ ἐπαινετὴ ἡ τοιαύτη ἀργία· δεῖ γὰρ ἐν τοῖς ἀξίοις καλεῖσθαι υἱοῖς Ἰσραὴλ, ἤτοι τοῦ θεωρητικοῦ νοῦ, εἶναι βασιλέα καὶ ἄρχοντα, διατάττοντα, τί δεῖ ἐργάζεσθαι, καὶ ἱερέα, σφάττοντα τὰ πάθη τῆς ἀλογίας, καὶ προσφέροντα τῷ Θεῷ ταῦτα· τὸν μὲν θυμὸν, ἐν τῷ ζηλοῦν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς ὁ Φινεὲς, καὶ Ἠλίας· τὴν δὲ ἐπιθυμίαν, ἐν τῷ ἐπιθυμεῖν τῶν θείων, οἷς ἦν ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν Δανιήλ. Οὕτω γὰρ ἐπακολουθήσει τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ ἡ ἄνωθεν δήλωσις, καὶ ὁ τοῦ Πνεύματος φωτισμὸς, ὥστε λέγειν μετὰ Παύλου· *Ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ.* Πλὴν ἡ τέως ἀργοῦσα ἀπὸ τῶν κακῶν ψυχὴ, δέξεται ὕστερον τὸν βασιλέα Δαβὶδ, τὸν ἱκανὸν τῇ χειρὶ, ἤτοι τῇ πρακτικῇ δυνάμει, καὶ ἐκστήσεται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς. Τῷ γὰρ ὄντι ἐξίσταται τῆς φύσεως ἡ ψυχὴ, ὅταν ὑπὸ Θεοῦ,

A *ejus in novissimis diebus.* Divisæ fuerunt tribus, ut principio commemoratum est : sciissæque sunt in duo regna, quorum alterum decem tribuum erat, quod Israel et Ephraim dicebatur : alterum duarum tribuum exsistens, quod Juda quidem sæpissime, interdum vero et Benjamin appellabatur. Seque ita gesserunt, usquedum captivæ Babylonem ductæ essent. Post reditum vero ab captivitate, sensum Dei percipientes duodecim tribus Deumque requirentes in unum sunt redactæ, unum juxta sortiti principem Zorobabel, quem et Davidem nominaverunt, quod ex Davidica stirpe esset : in quo et divinitus datorum bonorum acceperunt fructum. Quoniam autem et post completionem gentium omnis Israel servabitur, exquirent filii Israel per fidem regem David, B hoc est, Christum, manu validum [hoc enim David valet, si interpretetur aliquis] qui, æreis portis confractis, fortem sane ligavit mortem, et spolia ejus, nos videlicet, diripuit. Referto etiam hæc ad interiorem hominem. Est enim scortum et adultera, ipsa sensibilitas, oculos defigens ad aliena, hoc est, ad omnia quæ non sunt naturæ nostræ propria, neque nos sequentia post fata nostra. Sic aliena res opes sunt : non enim, dum moritur quisquam, eas secum recipiet. Aliena res est gloria, nec enim una descendet cum ipso gloria ejus. Aliena est voluptas, cujus et aliæ species sunt temporariæ, et quæ eduntur et bibuntur in alvum per secessum euntia diffluunt. Proinde hanc sensibilitatem propheticus sermo inhabitans, facit C eam sedulo abstinere a consuetis declinareque a vitiis per quindecim argenteos, legalium dico oraculorum (quinque enim legis libri sunt imperfectis ac secundum sensum viventibus dati), Dominicarum item perfectionum ac perfectos facientium (siquidem denarius numerus est perfectus), ac per vinum austerioris conversionis memoriamque æternorum suppliciorum, perque gomor sive modium hordei, hoc est, tenuiorem vilioremque victum. Docet itaque non esse laudabilem talem desidiam : oportere enim filios Israel eos appellari, qui digni sint, hoc est, strenui, non desides otioveD torpentes : **36** juxtaque convenire, ut speculativæ mentis rex sit et princeps, qui imperet, quid sit opus facto : sacerdotemque præsto habere, qui mactet passiones, seu affectus irrationalitatis, offeratque Deo primum ardentem animum, pro Dei gloria zelantem, æque atque Phinees et Elias egerunt, indignantemque transgressoribus : deinde cupiditatem, divina desiderando, qualis Daniel erat, vir desideriorum ideo vocatus. Sic tandem futurum est, ut talem ductum ac rationem, superna etiam manifestatio sequatur, adeoque Spiritus illustratio, ut dicere queas cum divo Paulo : *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum* [38].

[38] I Cor. II, 10.

Variæ lectiones et notæ.

(4) Deest τοῦ Θεοῦ, *Dei* in Cod. Ven.
(5) Νῦν ὠνόμασε, *nunc nominavit.*
(6) [illegible] Cod. Ven.
(7) Θεῖος λόγος, *divinus sermo.* Cod. Ven.
(8) Εἰσοικισάμενος. Cod. Ven.
(9) Deest ἀριθμὸς, *numerus* in cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Præterea a vitiis usque otiosa anima, accipiet posthac David regem, manu fortem, seu actuosa potentia validum, rapieturque extra sese ad Dominum et bona ejus. Vere enim a sua natura desciscit anima, quando a Deo super omnem naturam sublata, totaque illic constituta, ipsius tantummodo bonis fruitur saturaturque.

Περαιτέρω ἀπὸ παντὸς πράγματος ἀργοῦ καὶ ἀνωφελοῦς ψυχὴ λαβοῦσα τὸν Δαβὶδ λοιπὸν βασιλέα, ἀνδρεῖον τῇ χειρὶ, ἢ δραστήριον δύναμιν ἰσχυρὰν, καὶ ἁρπάσασα ἑαυτὴν ἔξω τοῦ ἑαυτῆς, καὶ πρὸς τὸν Κύριον καὶ τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ, ἀληθῶς ἀποστᾶσα τῆς φύσεως ἡ ψυχὴ, ὅταν ἀπὸ Θεοῦ ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν ἀρθεῖσα, καὶ ὅλη ἐκεῖ γενομένη, τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ μόνον ἀπολαύῃ, καὶ χορτάζηται.

CAPUT IV.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Vers. 1, 2. *Audite verbum Domini, filii Israel, quoniam judicium Domini erga inhabitantes terram; quoniam non est veritas, neque misericordia, neque cognitio Dei super terram, exsecratio et mendacium, et furtum, et adulterium effusa sunt super terram, et sanguinem super sanguinem miscent.* Dicto, quod in ultimis diebus bonis perfruentur, factaque illis bona spe, ut ne desperent, nunc iterum ad memoriam eis revocat peracta ab eis mala, ut acceleret ad emendationem sui, ut quibus adeo benignus sit Dominus, qui sic viventes ipsos adhuc sustineat. Simul etiam hoc facit, ut sciant, quod jure eos Babyloniis tradat, usque adeo sceleratos exsistentes. Propterea etiam inquit, *Judicium esse Domino constitutum.* Est autem judicii isthuc forum adversum nos, in quo indicat tantum, utpote, quod non injuria vos perdere decrevi. Quare dicendo, *Non est veritas, neque misericordia*, docet, qui fiat, quod hæc desint, inde nimirum, quod non sit agnitio Dei : *Dixit enim insipiens in corde suo, Non est Deus* [99]; ac propterea corrupti sunt, et exsecrabiles facti sunt in studiis suis [1]. Fortasse et aliquis e contrario opponat, quod eam ob causam non adsit cognitio et scientia Dei, quia non sit veritas, neque misericordia. Longe enim a peccatoribus abest Deus [2], perinde ac Salomon ait. Nec immerito. Qui enim animæ suæ oculis multum pulverem injecerit eosque exsecarit, quomodo, amabo, videbit lumen? Exsecrationem autem habet, et convicium, et calumniam. Nam cum veritas non sit præsto, exsecratio, hoc est, convicium, calumnia et mendacium adsunt. Quia vero non adsit misericordia, **37** cædes adest, ut sanguinem sanguini misceant. Et quia cognitio Dei abest, furtum et adulterium, præter jam commemorata flagitia, præsentia cernuntur. Hæc de Domini etiam interfectoribus dici queant, quippe quia misericordia et veritas ipse Christus est, et cognitio Dei : *Qui* enim *me*, inquit, *videt, videt etiam Patrem meum* [3]. At ipsi eum non susceperunt, neque in ipsis erat. At quid erat in ipsis? Exsecratio, hoc est, convicium. Samariten enim ipsum appellabant temulentumque et ex fornicatione natum : ac mentiebantur contra eum, dæmonium habere eum dicentes, Deoque ipsum repugnare asseverantes, tum in Beelzebub ejicere dæmonia [4]. Consimiliter furtum in illis

Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, υἱοὶ Ἰσραὴλ, ὅτι κρίσις τῷ Κυρίῳ πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, διότι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, οὐδὲ ἔλεος, οὐδὲ ἐπίγνωσις Θεοῦ ἐπὶ γῆς· ἀρὰ, καὶ ψεῦδος, καὶ κλοπὴ, καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσιν. Εἰπὼν, ὅτι ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ἀγαθῶν ἀπολαύσουσι, καὶ δοὺς αὐτοῖς χρηστὰς ἐλπίδας, ὡς ἂν μὴ ἀπογνῶσι (11) τέλεον, νῦν πάλιν ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς ὧν κακῶς αὐτοῖς πραττομένων, ἵνα σπεύσωσι βελτιωθῆναι, ὡς ἀγαθὸν ἔχοντες Δεσπότην, ὃς οὕτω βιούντων αὐτῶν ἔτι ἀνέχεται· ἅμα δὲ καὶ ἵνα εἰδεῖεν, ὅτι δικαίως αὐτοὺς τοῖς Βαβυλωνίοις ἐκδώσει, οὕτω πονηροὺς ὄντας. Διὸ καί φησιν, ὅτι *Κρίσις τῷ Κυρίῳ*. Δικαστήριον γάρ ἐστι πρὸς ἡμᾶς [*f.* ὑμ.] ἐν ᾧ δείκνυμι, ὅτι οὐκ ἀδίκως ὑμᾶς ἀπολέσθαι ἐψηφισάμην. Εἶπε τοίνυν, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, οὐδὲ ἔλεος*, διδάσκων ἡμᾶς πόθεν τοῦτο γίνεται, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ἐπίγνωσιν Θεοῦ· *Εἶπε γὰρ ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεὸς*, καὶ ἐκ τούτου διεφθάρησαν, καὶ ἐδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι. Τάχα δ' ἄν τις καὶ τοὐναντίον ἐρεῖ, ὅτι ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ἀλήθειαν, μηδὲ ἔλεον, οὐδὲ ἐπίγνωσις Θεοῦ ἐστι. Μακρὰν γὰρ ἀπέχει ἀπὸ ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς, καθά φησι Σολομών· καὶ εἰκότως. Ὁ γὰρ ἐμβαλὼν τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς πολὺν χοῦν, καὶ τυφλώσας αὐτοὺς, πῶς ὄψεται τὸ φῶς; Ἀρὰν δὲ λέγει τὴν λοιδορίαν καὶ τὴν διαβολήν (12). Διὰ μὲν οὖν τὸ μὴ εἶναι ἀλήθειαν, ἔστιν ἡ ἀρὰ, τουτέστιν ἡ λοιδορία, καὶ διαβολὴ, καὶ τὸ ψεῦδος· διότι δὲ οὐκ ἔστιν ἔλεος, ὁ φόνος, καὶ τὸ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγειν· διὰ δὲ τὸ μὴ εἶναι ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ, ταῦτά τε, καὶ ἡ κλοπὴ, καὶ μοιχεία. Ταῦτα λέγοιτ' ἂν καὶ περὶ τῶν ἀποκτεινάντων τὸν Κύριον. Ἔλεος μὲν γὰρ καὶ ἀλήθεια, αὐτὸς ὁ Χριστὸς, καὶ ἐπίγνωσις δὲ τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ ἑωρακώς, φησὶν, *ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*. Οὐ παρεδέξαντο δὲ αὐτὸν οὗτοι, οὐδὲ ἦν αὐτοῖς. Ἀλλὰ τί ἦν ἐν αὐτοῖς; Ἀρὰ, τουτέστι λοιδορία· Σαμαρείτην γὰρ αὐτὸν ἀπεκάλουν, καὶ μέθυσον, καὶ ἐκ πορνείας γεγενημένον [*f.* γεγεννημ.]. Κατεψεύδοντο δὲ αὐτοῦ, δαιμόνιον ἔχειν λέγοντες, καὶ ἀντίθεον εἶναι, καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ (13) ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. Καὶ κλοπὴ δὲ ἦν ἐν αὐτοῖς· ἐμισθοῦντο γὰρ λάθρα τὸν Ἰούδαν, δι' οὗ καὶ τὸν φόνον ἀπετέλεσαν τοῦ Σωτῆρος, καὶ ἐπὶ τοῖς αἵμασι τῶν προφητῶν ἔμιξαν τὸ αἷμα αὐτοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα, τὸ τῶν ἀποστόλων. Μοιχεία δὲ ἐτοιμάτο πάντως τοῖς ἀρχιερεῦσιν αὐτῶν, μισθουμέ-

[99] Psal. XIII, 1. [1] Ibid. [2] Psal. CXVIII, 155. [3] Joan. I, 1. [4] Matth. XII, 27.

Variæ lectiones et notæ.

(10) Ἐκείνου γευσμένη, *illum gustans*. Cod. Ven.
(11) Ἀπόλωνται, *ut ne pereant*. Cod. Ven.
(12) Græca verba ita sonant : *exsecrationem autem dicit convicium, et calumniam*.
(13) Βεελζεβού, *Beelzebu*. Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νοις κατ' ἐνιαυτὸν τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ὑβριστικῶς αὐτῇ κεχρημένοις. Εἰ δὲ καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ τοῖς γηΐνοις προσκειμένου, γῆ ὀνομάζεται· ὅρα, ὅτι ἀλήθεια, καὶ ἔλεος οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς τοιαύτης γῆς· ὁ γὰρ φιλῶν τὸν ψευδῆ πλοῦτον, καὶ τὰς ψευδεῖς ἡδονὰς, καὶ τὴν ψευδομένην δόξαν, ἀλήθειαν οὐκ ἔχει. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἔλεος ἔχει ἀπὸ Θεοῦ, οὐδὲ ἐπιγνώσεται αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀποκαλύψεως ὡς Θεὸν, τουτέστιν Πατέρα, ἀλλ' ὡς Κύριον, ὅπερ ἐστὶ Δεσπότην, καὶ κολαστὴν, ὅπερ ἀπευχόμενός τις τῶν πατριαρχῶν, ἔλεγε· *Γενέσθω μοι Κύριος εἰς Θεόν.* Μίσγουσι δὲ αἵματα ἐφ' αἵμασι καὶ οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, οἳ ἑαυτοὺς ἀποκτείναντες διὰ τῆς αἱρέσεως, ἔτι καὶ ἄλλους ἀποκτενοῦσι τοὺς μαθητευομένους. Καὶ ὅταν δέ τις αὐτὸς τὴν ψυχὴν διεφθαρμένος, νέαν ψυχὴν παραλαβὼν, φθείρῃ τὸ ἦθος ταύτης διὰ κακῆς ὁμιλίας, αἵματα καὶ οὗτος ἐφ' αἵμασι μίσγει.

A erat : clanculum enim conducebant mercede sua Judam, per quem et eædem Servatoris persecuti sunt perfeceruntve, ipsius sanguinem prophetarum cruori commiscentes, deinde apostolorum quoque : adulterium postea omnino per sacerdotum principes committebatur, conducentes annuo summum pontificatum, non sine injuria eo utentes. Quod si anima terrenis rebus affixa, terra nominetur, vide quod veritas et misericordia non sit super talem terram. Nam qui mendaces divitias amat et vanas opes et fraudulentam gloriam, veritatem non habet ; unde neque misericordiam a Deo suscipit, neque agnoscit ipsum in die revelationis, Deum hilarem videlicet et mansuetum, sed enim veluti Dominum et punitorem. B Quod deprecans patriarcharum quispiam dixit : *Fiat mihi Dominus in Deum* [8]. Sic cruorem ad cruorem miscent hæretici, qui seipsos per hæresim occidunt, aliosque occident ab se institutos. Et quando quisquam ipse animo corruptus novam animam assumpserit, ejusque mores per pravam consummationem corruperit, sanguinem ille cum sanguine miscet.

Διὰ τοῦτο πενθήσει ἡ γῆ, καὶ σμικρυνθήσεται σὺν πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν αὐτὴν, καὶ τοῖς θηρίοις τοῦ ἀγροῦ, καὶ σὺν τοῖς ἑρπετοῖς, καὶ σὺν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ· καὶοἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης ἐκλείψουσι, ὅπως μηδεὶς μήτε δικάζηται, μήτε ἐλέγχῃ μηδείς. Τοιοῦτο, φησὶ, πολεμίων πλῆθος ἐπάξω διὰ τὰ τοιαῦτα ἔργα ὑμῶν, ὥστε δαπανηθῆναι οὐ μόνον τοὺς πλουσίους, οἳ θηρίων δίκην καὶ ἑρπετῶν καὶ πετεινῶν τοὶ; πενεστέροις ἐπέκειντο, καὶ οἷόν τισι πτεροῖς, τῷ πλούτῳ καὶ τῇ δυναστείᾳ †† (14) ἐπαιρόμενοι, κατὰ τῶν ταπεινοτέρων ἐξ ὕψους βαρεῖς ἐφέροντο, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, οἳ, καθάπερ τινὲς ἰχθύες, τῷ πελάγει τοῦ βίου ἐμβαπτίζονται. Ὡς ἀβασιλεύτους δὲ ὄντας τοὺς Ἰσραηλίτας, εἰκότως τοῖς ἀβασιλεύτοις παρεικάζει ζώοις. Τούτου δὲ, φησὶ, γενομένου, ἔρημος ἡ γῆ καὶ τῶν δικαζόντων, καὶ τῶν δικαζομένων γενήσεται· τουτέστιν, ἐκλείψουσιν αἱ ψευδεῖς κατηγορίαι, καὶ αἱ ψευδομαρτυρίαι, καὶ αἱ ἄδικοι ψῆφοι, καὶ οἱ ἔλεγχοι. Ἐπένθησε καὶ ἡ γῆ τῶν Ἱεροσολύμων, ἁλοῦσα τοῖς Ῥωμαίοις, σὺν τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτῆς, οἳ θῆρες ἦσαν, κατὰ τὸ, *Ἐνεδρεύει ὡς ἀποκρύφῳ, ὡς λέων, τοῦ ἁρπάσαι πτωχόν*· καὶ ἑρπετὰ, κατὰ τὸ, *Ὄφεις γεννήματα ἐχιδνῶν*· καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τὸ ἐπηρμένον φρόνημα, οἷοι οἱ λέγοντες· *Μή μου ἅπτου· καθαρὸς γάρ εἰμι*· οἷς ὁ Θεὸς οὐκ ἀρεσκόμενος, λέγει τοῦτο· *Καπνὸς τοῦ θυμοῦ μου.* Ἀλλὰ καὶ ἰχθύες ἦσαν οὗτοι, ὡς ἀλληλοφάγοι. Ἢ καὶ τὸ ἀγελαῖον πλῆθος ἰχθύες λέγονται, ὡς ἀλογώτατοι, καὶ ἀφωνότατοι, καὶ ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν ἐμβεβαπτισμένοι. Ἐκλείψουσι δὲ καὶ κρίσεις, καὶ ἔλεγχοι. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον συκοφαντικῶς ἐπαιτιασάμενοι, ψευδομαρτυρίαν κατ' αὐ-

Vers. 3, 4. *Propterea lugebit terra, et imminuetur cum omnibus habitantibus ipsam, cum bestiis agri, et reptilibus, volucribusque cœli : quin pisces etiam deficient maris, quod nemo neque judicet, neque quispiam arguat.* Tantam, inquit, hostium multitudinem inducam propter talia opera vestra, ut nedum absumant divites, qui bestiarum instar et reptilium pauperioribus imminebant, inque eos irruebant, ac, veluti quibusdam alis, †† divitiis et potentia elati, graviter in humiliores ex alto ferebantur ; sed etiam alios omnes qui, veluti C pisces, in vitæ pelagus immerguntur. Rege vero carentes Israelitas, merito rege carentibus brutis comparat. Ubi hoc eveniet, ait, destituetur terra eum iis qui jus dicant, tum iis quibus jus dicatur. Deficient scilicet falsæ criminationes et falsa testimonia et injustæ sententiæ atque reprehensiones. Flevit et Hierosolymorum regio, cum a Romanis capta est una cum ejus optimatibus, **38** qui cum feræ erant, juxta illud, *Insidiatur in abscondito, quasi leo, ut rapiat pauperem* [6] ; tum reptilia, juxta illud, *Serpentes genimina viperarum* [7] ; tum cœli volucres, ob elatum eorum animum, cujusmodi sunt, qui dicunt, *Ne me tangas ; purus enim sum*, quibus indignatus Deus ait : *Fumus furoris mei* [8] ; tum denique pisces, quod se ipsi alius alium D devorarent. Homines item de vulgo pisces dicuntur, tanquam rationis atque vocis omnium maxime expertes, qui vitæ curis sollicitudinibusque immerguntur. Deficient autem et judicia et reprehensiones : Quoniam enim, ait, Dominum per calumnias criminati, falsum in eum testimonium dixistis, eumque condemnastis, merito destituemini pote-

[8] Gen. XXVIII, 21. [6] Psal. X, 9. [7] Matth. XXIII. 33. [8] Isa. LXV, 3.

Variæ lectiones et notæ.

(14) Quæ duobus his cruciculis continentur (hinc usque ad col. 637 C), adjecimus ex cod. Veneto, cum in Loniceri interpretatione desint.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

state judicandi atque redarguendi, propterea quod judiciis reprehensionibusque contra jus fasque usi estis. Magnæ vero felicitati est animo terrena volventi luctus ex pœnitentia profluens; neque sane modico lucro est, quod ipsius animi elatio deprimatur. *Quo magis* enim *exterior homo corrumpitur, eo magis interior renovatur* [9]. Una vero cum iis quæ intra nos sunt, feris reptilibusque et volucribus [quæ quidem qualia sint, superius dictum est] conterantur etiam qui in nobismetipsis sunt pisces, de quibus ita sentimus. Male quis agit, exempli causa, simulque dolore correptus angitur, quod male se agere sentiat : alius contra, delinquens, ne male quidem se agere putat; quinimo, si accusetur, se summque facinus, tanquam bonum, defendit. Ilic piscis est, vitalem tenens aquam, vere salitam, quæ lethalis aliis videatur. Talia si a quopiam absint, in eum neque judicium erit (*Qui* enim *credit*, ait, *in judicium non venit* [10]; sed a morte ad vitam transit) neque reprehensio; peccatoribus enim Deus dixit : *Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua* [11].

VERS. 4, 5. *Populus autem meus veluti sacerdos, cui contradicitur, languebit per dies, et languebit propheta una cum ipso.* Quemadmodum, ait, si sacerdotali ab stirpe quis descendens aliquo corporis vitio laboret, alterutro carens oculo, vel pede mancus, aut alia corporis parte læsus, ad sacerdotium haud evehitur, sed ei contradicitur, vitium scilicet hoc objicitur, arceturque a sacerdotio : vel si talem ad dignitatem sit evectus, cum alicui crimini fit obnoxius, eique propterea tali de honore controversia movetur, sacris interdicitur] ignominiaque afficitur : ita et populus meus, ait, licet e sacerdotum genere descendat, ingiorius tamen ob ejus animi vitium apud me erit, manebitque multos dies imbecillus. Propheta quoque, falsus nimirum vates, non habebit amplius temere vaticinandi libertatem; falsi namque prophetæ secundis in rebus magnos in vaticinando sibi spiritus sumebant, nil unquam mali fore constanter affirmantes : **39** in adversis animum despondebant, se debiles simul atque mendaces declarantes. Consimilis ei, cui contradicatur, sacerdoti evasit et Deicida populus : ut enim is, cui vitio quidpiam tribuatur, aut sacerdos omnino non fit, aut sacerdos factus, sacris interdicitur; ita populus iste neque sacerdotium, neque sacrificium habebit amplius in sua potestate, neque prophetarum vaticiniis gaudebit. Verumtamen haud per omne ævum ita enervatus manebit, sed tantummodo per dies aliquot; excipitur enim tempus,

A τοῦ συνεστήσασθε, καὶ (15) κατεψηφίσατε· αὐτοῦ δὲ εἰκότως οὐχ ἕξετε ἐξουσίαν δικάζειν, ἢ ἐλέγχειν, ὡς παρανόμως καὶ ταῖς κρίσεσι, καὶ τοῖς ἐλέγχοις χρησάμενοι. Μακαρισμοῦ δὲ αἴτιον τῇ τὰ γήϊνα φρονούσῃ ψυχῇ τὸ πενθῆσαι ἐκ μετανοίας· καὶ τὸ σμικρυνθῆναι δὲ τὸ γαῦρον φρόνημα, οὐ μικρὸν ἀγαθόν. *Ὅσῳ γὰρ ὁ ἔξω ἄνθρωπος φθείρεται, τοσούτῳ ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται.* Σὺν τοῖς ἐν ἡμῖν δὲ θηρίοις καὶ ἑρπετοῖς καὶ πετεινοῖς, ἅπερ εἴρηται τίνα εἶσι, καὶ οἱ ἐν ἡμῖν ἰχθύες σμικρυνέσθωσαν, περὶ ὧν τοιοῦτόν τι νοοῦμεν· Πράττει τις τὸ κακὸν, ἀλλὰ δάκνεται, συναισθανόμενος, ὅτι πονηρὸν ποιεῖ. Ἄλλος ἁμαρτάνων, οὐδὲ οἴεται κακόν τι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ κατηγορούμενος, εἰς ἀπολογίαν τὴν τῆς τοιαύτης πράξεως ὡς ἀγαθῆς καθίσταται. Ὁ τοιοῦτος ἰχθὺς
B ἐστι, ζωογόνον ἔχων τὸ ὄντως ἁλμυρὸν, καὶ τοῖς ἄλλοις δοκοῦν θανατηφόρον ὕδωρ. Τῶν δὲ τοιούτων ἐκλειψάντων ἐκ τῆς ψυχῆς, οὔτε κρίσις ἔσται (*Ὁ γὰρ πιστεύων, φησὶν, εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται*, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν), οὔτε ἔλεγχος· τῷ γὰρ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· *Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου.*

Ὁ δὲ λαός μου, ὡς ἀντιλεγόμενος ἱερεῖ, καὶ ἀσθενήσει ἡμέρας· ἀσθενήσει δὲ καὶ προφήτης μετ' αὐτοῦ. Ὥσπερ, φησὶν, ἐάν τις ἐξ ἱερατικῆς κατάγοιτο φυλῆς, ἔχοι δέ τινα σωματικὸν μῶμον, μονόφθαλμος ὤν, ἢ χωλὸς, ἢ ἄλλο τι τοῦ σώματος μέρος λελωβημένος, οὐκ ἄγεται εἰς ἱερωσύνην, ἀλλ'
C ἀντιλέγεται, τουτέστι διαβάλλεται ἐπὶ τῷ ἐλαττώματι τούτῳ, καὶ ἀστοχεῖ τῆς ἱερωσύνης· καὶ ἱερεύς δέ τις ἤδη καταστὰς, ἐν [*f.* ἂν] ἐγκλήματι περιπέσῃ, καὶ ἀντιλογίαι πρὸς αὐτὸν γένωνται περὶ τῆς τιμῆς, παύεται τοῦ ἱερουργεῖν, καὶ ἀτιμοῦται· οὕτω, φησὶ, καὶ ὁ λαός μου ἐξ ἱερῶν μὲν κατάγεται προγόνων, διὰ δὲ τὴν ψυχικὴν βλάβην ἄτιμος ἔσται παρ' ἐμοὶ, καὶ ἀσθενήσει ἡμέρας πολλάς. Ἀλλὰ καὶ προφήτης, τουτέστι ψευδοπροφήτης, οὐχ ἕξει παῤῥησίαν· τῷ ὄντι γὰρ οἱ ψευδοπροφῆται ἐν μὲν τῇ εἰρήνῃ ἐπαῤῥησιάζοντο, λέγοντες, ὅτι Οὐχ ἥξει τὰ κακά· ἐν δὲ τοῖς δεινοῖς συνεστέλλοντο, ἀσθενεῖς δεικνύμενοι καὶ ψεῦσται. Ἐγένετο καὶ [*f.* δὲ] ὁ Θεοκτόνος λαὸς, ὡς ἀντιλεγόμενος ἱερεύς. Ὡς γὰρ ὁ διαβαλλόμενος, ἢ οὐδ' ὅλως ἱερατεύει, ἢ καὶ ἱερασάμενος, παύεται τοῦ λειτουργεῖν· οὕτω καὶ οὗτοι, οὐκέτι ἱερωσύνην, ἢ θυσίαν, ἐν τῷ σθένει αὐτῶν ἕξουσιν, ἀλλ' οὐδὲ προφήτας. Πλὴν οὐ διὰ παντὸς ἀσθενήσει, ἀλλ' ἡμέρας τινάς· τετήρηται γὰρ αὐτῷ καιρὸς τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Ὅστις μὲν οὖν ἱερεύει, καὶ ἀποσφάττει τὰ ἄλογα πάθη, προσάγων αὐτὰ τῷ Θεῷ, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, θεῖος τῷ ὄντι καὶ ἀληθινὸς ἱερεύς. Εἰ δέ τις τὸν λόγον μᾶλλον ἀποσφάττει, οὗτος ἀντιλεγόμενος ἱερεύς· ἐναντίως γὰρ οἷς πράτ-

[9] II Cor. IV, 16. [10] Joan. II, 10. [11] Psal. XLIX, 21.

Variæ lectiones et notæ.

(15) Sic habet cod. Venetus; ego tamen expungendam primum puto particulam δὲ uti supervacaneam, interpungendum deinde hoc modo κατεψηφίσατε αὐτοῦ· εἰκότως κ. τ. λ., quod in interpretatione secutus sum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τει λέγεται. Ἀλλ' ἕως μὲν νύξ ἐστι, καὶ ἀγνωσία τοῦ καθήκοντος, διαπράξεται ταῦτα, καὶ ἰσχυρὸς ἔσται, καὶ δυνατὸς ἐν κακίᾳ· ἡμέρας δὲ γενομένης, καὶ γνώσεως θείας ἐπιλαμψάσης, ἀσθενήσει· καὶ ὁ ψευδοπροφήτης δὲ μετ' αὐτοῦ ἀσθενήσει, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐλπὶς, ἡ ὑπισχνουμένη αὐτῷ ἀγαθὰ ἔσεσθαι ἐς τὸ μέλλον, καὶ ἐπιῤῥωννύουσα αὐτὸν τὸ τοιαῦτα ποιεῖν.

A quo ad Christi fidem sese recipiat. Quisquis igitur suos mactat immolatque rationis expertes affectus, eos, ut supra dictum est, Deo offerendo, verus planeque divinus sacerdos est : sin rationem potius quis immolet, hic est sacerdos cui contradicitur, ei quippe nefaria ipsius facinora objiciuntur. Verum hæc ille patrabit, victoque pollens potensque erit, quoad in tenebris, honestique cognitio fulgebit, fractus debilitatusque concidet, unaque cum ipso concidet et falsus propheta, spes nimirum quæ bona in posterum ei portendebat, eumque in flagitiis magis magisque confirmabat.

ignoratione versabitur : cum vero lux divinaque

Νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν μητέρα σου· ὡμοιώθη ὁ λαός μου, ὡς οὐκ ἔχων γνῶσιν. Μήτηρ τοῦ λαοῦ ἡ Συναγωγὴ, ἥτις διὰ τὸ κατέχεσθαι τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνωσίας, καὶ μηδὲ βραχεῖαν αἴγλην τῆς θεογνωσίας δέξασθαι, νυκτὶ παρεικάζεται· διὸ καὶ ὁ ἐκ ταύτης γεννηθεὶς λαὸς, τῇ μητρὶ ἐοικὼς, ὡμοιώθη καὶ αὐτὸς νυκτὶ, οἷα δὴ μὴ ἔχων γνῶσιν. Καὶ οἱ νῦν δὲ Ἑβραῖοι, τῇ σκιᾷ τῇ νομικῇ παρακαθήμενοι, εἰκότως νυκτὶ ὡμοίωνται, ἄλλως τε καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἀποκτείναντες. Ἐπεὶ δὲ μήτηρ ἡμῶν ἐστιν ἡ παρακοὴ, κατὰ τὴν ἐν ἁμαρτίαις σύλληψιν· ὁ μὲν Θεὸς εὐεργετῶν ἡμᾶς, νυκτὶ ὡμοίωσε ταύτην, καὶ ἄμορφον, καὶ ἀκαλλῆ, καὶ ἀσχήμονα ἡμῖν δέδωκεν ὁρᾶν αὐτήν· ἡμεῖς δὲ, ὡς ὁμοιούμενοι τοῖς οὐκ ἔχουσι γνῶσιν, οὐχ ὁρῶμεν αὐτὴν ὡς νύκτα, ἀλλ' ὡς φωτεινῇ καὶ περικαλλεῖ προστρέχομεν.

Vers. 5, 6. *Nocti assimilavi matrem tuam : assimilatus est populus meus non habenti cognitionem.* Mater appellatur populi Synagoga, quæ, propterea quod ignorantiæ tenebris obtruebatur, nec ullum omnino divinæ cognitionis radium excepérat, nocti comparatur. Ideoque et ab eo prognatus populus, cum matri similis omnino sit, eidem et ipse nocti comparatur, utpote qui nullam præ se ferat cognitionem. Hebræi quoque nostrorum temporum, qui in legali umbra versantur, jure ac merito nocti comparari possunt, præsertim cum veram lucem exstinxerint. Quoniam autem nostrum mater est inobedientia, eo quod in peccatis concepti sumus ; eam, nobis benefacere volens, Deus nocti comparavit, eamdemque deformem, fœdam atque sordidam nostros ob oculos posuit : nos autem, iis fere simi

les, queis nulla cognitio est, eam cernimus, non uti noctem, sed uti claram pulcherrimamque [lucem] quam studiose propterea consectamur.

Ὅτι ἐπέγνωσιν ἀπώσω σὺ, ἀπώσομαί σε κἀγὼ, τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι· καὶ ἐπελάθου νόμου Θεοῦ σου, ἐπιλήσομαι τέκνων σου κἀγώ. Πρῶτος σὺ, φησὶ, ἀπώσω τὴν τῶν ἐμῶν νομίμων καὶ ἐντολῶν ἐπίγνωσιν· εἶθ' οὕτως ἐγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι, τουτέστι τοῦ μὴ προβάλλεσθαι τοῦ λοιποῦ ἱερέας ἐκ τοῦ ἔθνους, μηδὲ εἶναι ἐν ὑμῖν ἱερωσύνην· οὐ γὰρ δὴ πᾶς ὁ λαὸς ἱερατεύει. Πληκτικώτερον δὲ εἶπε τὸ, *Ἐπιλήσομαι τέκνων σου*, ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς λυπήσῃ. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἑαυτῶν κηδόμεθα, ὅσον τῶν ἡμετέρων τέκνων. Τῶν οὖν σοι φιλτάτων, φησὶν, ἐπιλήσομαι. †† Ποῦ νῦν ἱερατεία ἐν τοῖς Ἑβραίοις τοῖς ἀπωσαμένοις τὸν Χριστὸν, ὃς ἐστιν ἐπίγνωσις, καθὼς εἴρηται ἀνωτέρω; Ἐπεὶ (16) ἐπελάθοντο καὶ τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ, τοῦ λέγοντος· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός*· καὶ τὸ, *Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν, καὶ οὐ πιστεύσετε* (17)· διὰ τοῦτο *ἐπιλήσομαι*, φησὶ, *τῶν τέκνων σου*, ἐγκαταλιπὼν αὐτοὺς, ὥστε περιτέμνεσθαι σαρκὶ, καὶ μὴ τῇ ἀληθινῇ σφραγῖδι τοῦ βαπτίσματος σημειοῦσθαι. Πανταχοῦ δὲ ἡ ἐπίγνωσις ζητεῖται καὶ ἐν τῇ πρακτικῇ, ἵνα μὴ (18) περιπέσωμεν, ὡς καλῷ, τῷ χείρονι, νηστεύοντες, ὡς οἱ ἐγκρατευταὶ, ἢ τὸν γάμον φεύγοντες. Οὕτω γὰρ κἂν πολλὰς πράξεις ἀγαθὰς τῷ

Quoniam cognitionem repulisti tu, repellam et ego te, ne mihi sacra facias : oblitus es legis Dei tui, obliviscar et ego filiorum tuorum. Primus tu, ait, repulisti mearum legum præceptorumque cognitionem ; proindeque depellam et ego te sacris, ne scilicet in posterum tua de gente sacerdotes eligas, neve sit amplius in vobis sacerdotium : non enim universus populus sacerdotio fungebatur. Acerbius vero dixit, *Obliviscar filiorum tuorum*, quo majore eos dolore afficeret. Non enim tantam cujusque nostrum ipsi curam gerimus, quantam filiorum quisque nostrum gerere solemus. Obliviscar igitur, ait, eorum quæ tibi sunt charissima. †† Ubi nunc est sacerdotium **40** apud Hebræos, qui Christum repulerunt, qui est cognitio, ut supra memoratum ? Quoniam et legem Dei oblivioni tradiderunt, dicentem : *Prophetam vobis excitabit Dominus Deus*, et, *Videbitis vitam vestram pendentem coram oculis vestris et non credetis* [19] ; eapropter *Obliviscar*, inquit, *liberorum*, relictis illis ut circumcidantur carne, nec vero baptismatis sigillo signentur. Porro ubique in Scripturis cognitio Dei quæritur. Præterea in vitæ nostræ cum moribus tum operibus requiritur, ut ne pejori ceu meliori incidamus : quemadmodum si jejuni maneamus,

[19] Deut. XVIII, 15.

Variæ lectiones et notæ.

(16) Ἐπεὶ δέ, *quoniam vero*. Cod. Ven.
(17) Πιστεύετε, *Creditis*. Cod. Bav.
(18) Deest μή, *non*, in cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

vel nuptias propterea fugiamus, quasi hoc pacto continentes perseveremus. Hunc enim ad modum etiamsi multa bona opera, ut apparent, genuerimus, obliviscetur tamen eorum Deus, ceu talium, quæ secundum legem ejus non sint facta. *Nemo enim corona exornatur, nisi juxta legem athletam egerit* [18.16].

A δοκεῖν γεννήσωμεν, ἐπιλήσεται αὐτῶν ὁ Κύριος, ὡς μὴ κατὰ τὸν νόμον αὐτοῦ γεγενημένων. *Οὐδεὶς γὰρ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.*

Vers. 7. *Secundum multitudinem suam, sic peccarunt mihi.* Non possum, inquit, invenire mensuram vel numerum ab ipsis admissorum : unde non habens aliam dimensurationem, hoc dico, quod quemadmodum ipsi innumerabiles sunt, astrorum cœli instar arenæque maris, sic et ea, per quæ peccarunt mihi, adeoque flagitia eorum sub numerum non cadunt. Ingratitudinem ipsorum hic pariter in medium confert, perinde quasi dicat : Etsi adeo a me beneficiis sint exornati, inque tantam aucti multitudinem, attamen in tantum immemores fuere beneficii, ut paria etiam multitudini suæ peccata erga me perpetraverint, ut neque uxor, neque puer neque major natu inveniatur, qui mihi placeat. Consimiliter qui Dominum comprehenderunt, juxta multitudinem suam invaserunt ipsum. Sic in anima contingit, ubi unius ducis præsidatu repulso, perturbationes copiosæ factæ peccant in Deum.

Κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν, οὕτως ἥμαρτόν μοι. Οὐκ ἔχω, φησὶν, εὑρεῖν μέτρον, ἢ ἀριθμὸν τῶν ἁμαρτηθέντων (19) παρ' αὐτῶν· ὅθεν μὴ ἔχων ἄλλο μέτρον, τοῦτό φημι, ὅτι ὥσπερ αὐτοὶ ἀναρίθμητοί εἰσιν, ὡς τὰ ἄστρα (20) τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, οὕτως καὶ ἃ ἥμαρτόν μοι, ἀναρίθμητά εἰσιν· ἅμα δὲ καὶ τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν ἐμφαίνει, ὅτι Οὕτως εὐεργετηθέντες παρ' ἐμοῦ, καὶ τοσοῦτοι γενόμενοι, οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς εὐεργεσίας, ἀλλ' ἰσομέτρους τῷ ἑαυτῶν πλήθει τὰς πρός με ἁμαρτίας ηὔξησαν· ὥστε μήτε γυναῖκα, μήτε παῖδα, μήτε B γέροντα εὑρίσκεσθαί μοι εὐάρεστον. Οὕτω καὶ οἱ τὸν Κύριον συλλαβόντες, κατὰ τὸ πλῆθος ἐπῆλθον αὐτῷ. Καὶ ἐν τῇ ψυχῇ δὲ ἐπειδὴ τὴν τοῦ ἑνὸς ἡγεμόνος ἐπιστασίαν ἀπωσάμενα τὰ πάθη πλῆθος γένωνται, τηνικαῦτα ἁμαρτάνομεν τῷ Θεῷ.

Gloriam ipsorum in ignominiam convertam. Ipsi, inquit, suam sibi numerositatem gloriæ ducunt. At ego bello consumptos eos imminuam pauciosque reddam, et jam inde ad ignominiam transferentur. Vel : Etiamnum mala operantes, in ipsis gloriam et famam quærant ; tempus igitur veniet, quando ignominiæ suæ opera cognoscent, eosque illorum pudebit. Gloria eorum itidem in contumeliam alterata est, quando ipsi filii regni C habiti ejecti sunt foras. At cum celebris apud eos circumcisio, nunc incelebris et ingloria est facta. Deinde quando accepto a Deo dono male utatur quisquam, ut opibus vel eloquentia, ideoque relinquat eum Deus, ad ignominiam hoc ei vertitur. Hanc ad rationem sapientes Græcos in reprobam mentem tradidit eos deserens. Sic opulentus ille acrius torretur, ceu in sartagine, in gehenna propter divitias. Insuper in captivitatem 41 abducti Hebræorum reges, qua gloriam, qua opes suas, ad uberiorem contumeliam tenuerunt. Nec enim perinde est in egestate natum aliquem captivum abduci, et in regalibus opibus progenitum educatumque cui sceptra etiam commissa fuerint.

Τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν θήσομαι. Αὐτοὶ μὲν, φησὶ, δόξαν ἔχουσι τὸν πληθυσμόν· ἀλλ' ἐγὼ διὰ τοῦ πολέμου δαπανήσας αὐτοὺς, ὀλίγους ποιήσω, κἀνταῦθα εἰς ἀτιμίαν περιστήσονται. Ἤ, ὅτι Νῦν ποιοῦντες τὰ κακὰ, καυχῶνται ἐπ' αὐτοῖς· ἔστι τοίνυν καιρὸς, ὅτε ἐπιγνώσονται τὰ τῆς ἀτιμίας ἔργα, καὶ ἐπαισχυνθήσονται αὐτοῖς. Ἠτιμώθη ἡ δόξα αὐτῶν, καὶ καθὸ υἱοὶ τῆς βασιλείας ὄντες, ἐξερρίφησαν ἔξω· καὶ ἡ παρ' αὐτοῖς ἔνδοξος περιτομὴ, νῦν ἄτιμός ἐστι καὶ ἄδοξος. Ἀλλὰ καὶ ἐπειδάν τι; λαβὼν χάρισμά τι παρὰ Θεοῦ, κακῶς χρῆται τούτῳ οἷον (21), πλοῦτον, ἢ λόγον· ἐγκαταλείπει αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ γίνονται αὐτοῖς (22) ταῦτα εἰς ἀτιμίαν. Οὕτω τοὺς σοφοὺς Ἕλληνας παρέδωκεν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ἐγκαταλιπὼν αὐτούς· οὕτως ὁ πλούσιος δεινότερον ἀποτηγανίζεται ἐν τῇ γεέννῃ διὰ τὸν πλοῦτον· καὶ οἱ αἰχμαλωτισθέντες δὲ βασιλεῖς τῶν Ἑβραίων, τὴν δόξαν, καὶ τὸν πλοῦτον, εἰς πλείω ἀτιμίαν ἔσχον. Οὐ γὰρ ὅμοιόν ἐστι τὸν ἐν πενίᾳ γεννηθέντα αἰχμάλωτον ἀχθῆναι, καὶ τὸν ἐν βασιλείοις τεχθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ βασιλεύσαντα.

Vers. 8, 9. *Peccata populi mei comedent, et in* D *iniquitatibus ipsorum accipient animas eorumdem. Et qualis est populus, talis etiam sacerdos.* Populo in judicium vocato, ad sacerdotale genus transcendit, inquiens, quod pro peccatis a populo oblata ipsi edant. Ea enim peccata vocat. Ac interim tamen, cum tanta commoda a populo acciperent,

Ἁμαρτίας λαοῦ μου ἐσθίονται, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν λήψονται τὰς ψυχὰς (23) *αὐτῶν· καὶ ἔσται καθὼς ὁ λαὸς, οὕτως καὶ ὁ ἱερεύς.* Τοῦ λαοῦ κατηγορήσας, ἐπὶ τὸ ἱερατικὸν μεταβαίνει γένος, καί φησιν, ὅτι τὰ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ προσφερόμενα, αὐτοὶ ἐσθίουσι· ταῦτα γὰρ ἁμαρτίας καλεῖ. Καὶ ὅμως τοσαῦτα καρποῦμενοι ἐκ τοῦ λαοῦ, ἐν ταῖς

[18.16] II Tim. II, 5.

Variæ lectiones et notæ.

(19) Ἁμαρτημάτων, *peccatorum*. Cod. Bav.
(20) Ἄστρα γάρ, *astra enim*. Cod. Ven.
(21) Ἤ, *vel*. Cod. Bav.
(22) Deest αὐτοῖς in cod. Bav. et restituimus ex cod. Ven., quanquam legendum αὐτῷ, *ipsi*, ut consideranti patebit.
(23) Ἄλλοι τὰς ψυχάς, *alii animas*. Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

ἀδικίας οὐκ ἤλεγχον αὐτοὺς, ὡς κακῶς πλοῦντας· ἀλλὰ τὰς ψυχὰς αὐτῶν αὐτοὶ ἀνεδέχοντο, *Ἐφ' ἡμᾶς*, λέγοντες, *τὸ κρῖμα*· ὥσπερ οἱ πρὸς τὸν Πιλάτον εἰκόντες· *Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς*. Τί οὖν ἐκ τούτου γενήσεται; Τὸ ἔσεσθαι τὸν ἱερέα, καθὼς καὶ ὁ λαὸς, οἷα δὴ συναινοῦντα τοῖς ὑπ' ἐκείνων πραττομένοις. Ἰδοὺ οὖν ἡ δόξα αὐτῶν, τουτέστι, τὸ ἔνδοξον γένος τῶν ἱερέων, εἰς ἀτιμίαν γέγονε. Τινὲς δὲ τὸ, *Λήψονται τὰς ψυχὰς αὐτῶν*, οὕτως ἐνόησαν· Οἱ ἱερεῖς, φησὶ, τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ἐσθίοντες, τὰς ἰδίας ψυχὰς ἀντὶ τῶν ἁμαρτανόντων ἐλάμβανον, ὥστε προσφέρειν τῷ Θεῷ ταύτας θυσίας (24). Μεσίτης γὰρ ὢν ὁ ἱερεὺς Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν προσφέρει Θεῷ λαβών· ὥσπερ καὶ ὁ Κύριος τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν. Ἀλλ' ὅμως, φησὶ, καίτοι εἰς τοῦτο τεταγμένοι, ὥστε θυσία γενέσθαι Θεῷ, οὐ τοῦτο ἐπεδείξαντο, ἀλλὰ γεγόνασιν, ὡς ὁ λαός. Ταῦτα πάντα καὶ πρὸς πάντα ἱερέα καὶ ἄρχοντα λέγονται, σὺν τῇ ἐπαγομένῃ ἀπειλῇ, ἣν ἄκουε·

A non reprehendebant eos in sceleribus suis, tanquam male agerent : verum enim animas ipsorum ipsi ad sese recipiebant, *Super nos*, dicentes, *condemnatio* : perinde atque ad Pilatum vociferabantur, *Sanguis ejus super nos* [16]. Quid igitur inde fiet, sacerdotem talem esse, qualis sit populus, utpote commendantem ea quæ ab illis agantur? Isthuc nimirum : nam gloria eam ob rem ipsorum, hoc est, celebre sacerdotum genus ad ignominiam versum est. Quidam, *Accipient animas ipsorum*, sic intellexerunt : Sacerdotes vescentes iis quæ pro peccatis a populo offeruntur, proprias animas suas pro peccantibus accipiebant, ut offerrent has Deo in sacrificium. Mediator enim exsistens sacerdos Dei et hominum, suam ipsius animam acceptam Deo B offert, perinde atque Dominus suam ipsius animam accipiens Deo obtulit. Proinde etiamsi, ait, in hoc sint constituti, ut sacrificium facerent Deo, attamen hoc non exhibuerunt, sed instar populi facti sunt. Hæc etiam ad omnem sacerdotem et principem dicuntur, cum insequenti interminatione, quam audito.

Καὶ ἐκδικήσω ἐπ' αὐτοὺς τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ διαβούλια αὐτοῦ ἀνταποδώσω αὐτῷ. Ὁδοὺς τὰς πράξεις ὀνομάζων, φησὶν ὅτι Πᾶσαν τὴν δίκην καὶ τὴν τιμωρίαν, ὑπὲρ τῶν πράξεων αὐτῶν ἐπάξω αὐτοῖς. Καὶ οὐ μόνον τὰς πράξεις ἐκδικήσω, ἀλλὰ καὶ τὰ διαβούλια αὐτοῦ, τουτέστι, τοῦ λαοῦ· οὐ γὰρ μόνον πράξεων, ἀλλὰ καὶ λογισμῶν ἀτόπων δίκας διδόαμεν. Ἐξεδίκησε καὶ τὰς ὁδοὺς τοῦ Θεοκτόνου λαοῦ, τουτέστι, τὰς ἐπελεύσεις, ἃς ἐποιοῦντο κατὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ συμβούλια, ἃ κατ' αὐτοῦ συνεκρότουν. Ὀδεύει τις ἐφ' ἁμαρτίαν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ μελέτης, κατὰ συναρπαγὴν δέ· ἁπλῶς οὖν κολάζεται (25). Ὅταν δὲ ἡ ὁδὸς ἔχῃ καὶ διαβούλιον, τουτέστιν, ἐκ μελέτης τὸ κακὸν δέχηται στηριγμὸν, τότε διπλῆ ἡ ἐκδίκησις.

Et ulciscar in ipsis vias ipsorum, et consilia ejus varia reddam ipsi. Vias opera nominans, Omnem, inquit, pœnam et supplicium super opera ipsorum inducam ipsis. Nec opera tantum ulciscar, sed varia etiam ejus consilia, hoc est, populi. Non enim tantummodo operationum, verumetiam absurdarum cogitationum pœnas damus. Ultus est etiam vias Deicidæ populi, hoc est, insultus invasionesque quas faciebant contra Christum, et consultationes C quibus adversus ipsum plaudebant. Graditur aliquis ad peccatum, non ex exercitio vel præmeditatione, sed fortuita et subitaria ad illud præcipitantia vel perductione : simpliciter igitur punitur. At enim si iter hoc consultationem habeat, hoc est, si ex præmeditatione malum isthuc fulerum cœperit, duplex tum vindicta sequitur.

Καὶ φάγονται, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῶσι. Τουτέστι, Συνεχῆ καὶ ἐπάλληλα αὐτοῖς ἐπάξω κακά. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἄπληστοι, τρώγοντες, οὐ κορέννυνται, οὕτω καὶ αὐτοὶ φάγονται τοὺς καρποὺς τῶν πράξεων αὐτῶν, τουτέστι τὰς κολάσεις, καὶ ὥσπερ μὴ φαγόντες, μηδὲ κολασθέντες, οὕτω καὶ ἑτέρας (26) προσκαλέσονται. Δοκοῦσι καὶ οἱ νῦν διδάσκαλοι Ἑβραῖοι τὰς ψυχὰς τρέφεσθαι τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες· ἀλλ' οὐκ D ἔστι τοῦτο· πεινῶσι γὰρ, καὶ οὐκ ἐμπίμπλανται, διότι τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα ἄρτον Χριστὸν ἦραν ἐξ ἑαυτῶν. Καὶ ὁ τὴν ἁμαρτίαν δὲ ποιῶν, οὐκ ἐμπίπλαται, διὰ τὸ παροδικὴν εἶναι τὴν ἡδονὴν καὶ πρόσκαιρον.

Vers. 10. *Edent et non implebuntur.* Hoc est, Continua aliaque ad alia ipsis mala adducam. Et quemadmodum voraces adeoque insatiabiles pamphagi manducantes non saturantur, sic et ipsi fructus comedent operum **42** suorum, hoc est, supplicia, et perinde ac neque comedissent neque puniti essent, alias subinde provocabunt pœnas. Videntur hodieque doctores Hebræi animas pascere, legendo legem : verum gratuita est ista opinio et vana : quippe quia esuriunt et non implentur : quandoquidem panem qui e cœlis descenderat, Christum e medio tulerint. Præterea peccatum faciens non impletur, eo quod sit transitoria temporariaque voluptas.

Ἐπόρνευσαν, καὶ οὐ μὴ κατευθυνθῶσι, διότι τὸν Κύριον ἐγκατέλιπον, τοῦ φυλάξαι πορνείαν, καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα ἐδέξατο καρδία λαοῦ μου. Δύο ταῦτα ἐγκαλεῖ τῷ λαῷ· ἓν μὲν, ὅτι ἐπόρνευσαν, ἀπ' αὐτοῦ εἰς εἰδωλολατρείαν ἐγκυλισθέντες [*f.* ἐκ-

Vers. 10, 11. *Fornicati sunt, nec prosper ideo successus ejus obveniet. Et quia Dominum reliquerunt ut observarent fornicationem, vinum pariter et ebrietatem suscepit cor populi mei.* Duabus in rebus populo diem dicit. Quarum prior, quod scortati

Variæ lectiones et notæ.

(24) Ταύτην θυσίαν, *hoc sacrificium.* Cod. Ven

(25) Ἀτελῶς οὖν κολάζεται, κατὰ συναρπαγὴν δέ. Cod. Ven.

(26) Ἑτέραν, *aliud* (supplicium) Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sint, ab ipso ad idolorum cultum devoluti, usque-adeo ut custodirent hanc fornicationem, et permanerent in ea firmiter. Posterior, quod ebrietatibus sese dediderint, quod est, ad nullas non delicias sint effusi. Feruntur hæc quoque de Judæorum sacerdotibus, sive iis qui tum duxere spiritum, sive de iis, qui post Christum vixere, quod ipsi doctores exsistentes, populi fornicationem custodiebant, quam eradicatam deletamque oportuit. Alii vero talibus doctrinis suis conservabant, stabilientes ipsam fornicationem : *Idcirco et vinum et temulentiam accepit cor populi*, doctrinam nempe eorum, vacillantes eos et excordes facientem. Expende hic quod fornicetur quispiam et a bono deviet, nec eam ob causam rectus fiat. Virtus enim, cum mediocritas ac medium sit, rectitudo quædam est. Vitium vero obliquitates tenet, in excessibus ac defectibus consideratum, siquidem et Deus quidem rectus, draco autem obliquus. Hinc, *Attollet*, inquit, *gladium suum super draconem, serpentem illum tortuosum* [15]. Ad hæc omnis motus a ratione deficiens, temulentiam seu ebrietatem facere dicitur. Temulentia est impietas seu furor animi ; ebrietas est mœror ; ebrietas est φιλοπλουτία, amor divitiarum, adeoque avaritia, qua caput degravans, qua in terram defigere oculos, caputve demittere ac nutare faciens. Tali enim affectu quopiam languens, omnes mortales metuit, qualis et ambitiosus est qui vel a vilissimo quoque vix tribus obolis valenti reprehensionem horret. Ne admittat igitur cor nostrum talem ebrietatem, suaviter ac jucunde illud accedentem. Tale enim quippiam videtur esse quod ait, *Suscepit*.

A κυλ.], καὶ τοσοῦτον, ὥστε φυλάττειν ταύτην τὴν πορνείαν, καὶ ἐμμένειν αὐτῇ ἀμεταστάτως· ἕτερον δὲ, ὅτι μέθαις ἐκδεδώκασιν ἑαυτοὺς, ὅ ἐστιν, εἰς πᾶσαν τρυφὴν ἐξεχύθησαν. Λέγεται δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων, εἴτε τῶν τότε, εἴτε τῶν μετὰ Χριστὸν, ὅτι αὐτοὶ διδάσκαλοι ὄντες, ἐφύλαττον τὴν πορνείαν τοῦ λαοῦ. Δέον γὰρ (27) ἐκριζοῦν αὐτὴν, καὶ ἀφανίζειν· οἱ δὲ συνετήρουν, ταῖς διδασκαλίαις βεβαιοῦντες αὐτήν· διὸ, *Καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα ἐδέξατο ἡ καρδία τοῦ λαοῦ*, τὴν διδασκαλίαν αὐτῶν, τὴν παραφόρους αὐτοὺς ποιοῦσαν καὶ ἔμφρονας [ἔ. ἔκφρ.]. Ὅρα δὲ, ὅτι ἅμα τέ τις πορνεύει ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ οὐ κατευθύνεται. Ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ, μεσότης οὖσα, εὐθεῖά τίς ἐστιν· ἡ δὲ κακία, σκολιότητας ἔχει, ἐν ὑπερβολαῖς καὶ ἐλλείψεσι θεωρουμένη· Β ἐπεὶ καὶ ὁ μὲν Θεὸς, εὐθύς· ὁ δὲ δράκων, σκολιός. Ἐπάξει γὰρ, φησὶ, *τὴν μάχαιραν, ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν, τὸν σκολιόν*. Πᾶν δὲ πάθος, ἐκστατικὸν ὂν τοῦ λογισμοῦ, μέθην λέγεται ποιεῖν. Μέθη ὁ θυμός· μέθη ἡ λύπη· μέθη ἡ φιλοπλουτία, καρηβαρεῖν ποιοῦσα, καὶ κάτω κύπτειν· πάντες γὰρ ὁ τοιοῦτος δέδοικε. Καὶ ὁ φιλόδοξος (28) δὲ τοιοῦτος, ὃ; καὶ τὸν παρὰ τοῦ τριωβολιμαίου μῶμον φρίττει. Μὴ δέξαιτο οὖν ἡ καρδία ἡμῶν τοιοῦτον μέθυσμα, ἡδέως αὐτῇ προσιέμενον (29)· τοιοῦτον γάρ τι δοκεῖ τὸ, *Ἐδέξατο*.

Vers. 12. *In signis interrogabant.* Sacerdotes, inquit, qui populum in pietate, ac vero Dei cultu instituere debebant, isti vaticinia denuntiantes, si quando quisquam rebus de suis interrogaturus accessisset, percontabantur illi dæmones, symbolis, hoc est, signis quibusdam. Etenim vel avium volatibus utebantur pro eventurarum rerum signis, vel fumi ex victimis cæsis ac sacrificatis 43 ascensione, si videlicet ad obliquum, vel in subrectum vergeret. Contemplabantur enim exta victimarum, perque colores ipsorum, vel figuras, vel dispositiones videbantur conjicere et intelligere quæ voluissent.

C *Ἐν συμβόλοις* (30) *ἐπηρώτων*. Οἱ ἱερεῖς, φησὶν, οὓς ἔδει ποιεῖν τὸν λαὸν τὰ πρὸς θεοσέβειαν, οὗτοι μαντείας ἐπαγγελλόμενοι, ἐπειδάν τις πρὸς αὐτοὺς ἦλθεν, ἐρησόμενος περὶ τῶν καθ' αὑτὸν, ἐπηρώτων τοὺς δαίμονας ἐν συμβόλοις, τουτέστιν, ἐν τισι σημείοις. Καὶ γὰρ ἦ ταῖς τῶν ὀρνέων πτήσεσιν ἐχρῶντο συμβόλοις τοῦ μέλλοντος, ἦ τῇ τοῦ καπνοῦ τῶν θυομένων ἀναφορᾷ, πῶς ἄνεισιν, ἄρα ἐπὶ τὸ πλάγιον, ἄρα ἐπὶ τὸ εὐθύ. Ἐπεσκόπουν δὲ καὶ τὰ σπλάγχνα τῶν θυομένων, καὶ διὰ τῶν χρωμάτων αὐτῶν, ἦ τῶν σχημάτων καὶ διαθέσεων, ἐδόκουν συμβάλλειν καὶ νοεῖν, ἅπερ ἠβούλοντο.

Et in virgis ejus denuntiabant ipsi. Cujus *ejus?* Populi videlicet. Etenim virgas duas statuentes, carmina et incantationes quasdam submurmurabant : deinde virgis, dæmonum operationibus, aut effectu cadentibus, considerabant quonam utraque earum caderet, antrorsumne an retrorsum, ad dextram vel sinistram. Sicque tandem responsa dabant insipientibus, virgarum casu pro signis usi. Eumdem ad modum Nabuchodonosor vaticinabatur, ut Ezechiel habet.

D *Καὶ ἐν ῥάβδοις αὐτοῦ ἀπήγγελλον αὐτῷ*. — Αὐτοῦ, τίνος ; Τοῦ λαοῦ. Ῥάβδους γὰρ δύο ἱστῶντες, ἐπῳδάς τινας ὑποκατεψιθύριζον· εἶτα τῶν ῥάβδων δαιμονικαῖς ἐνεργείαις πιπτουσῶν, ἐπεσκόπουν, πῶς, ἦ ποῦ ἑκάστη ἐπιπτον, ἄρα ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, ἦ τὰ ὀπίσθεν, δεξιὰ ἦ ἀριστερά· καὶ οὕτως ἀπεκρίνοντο τοῖς ἀνοήτοις, ταῖς τῶν ῥάβδων πτώσεσι συμβόλοις χρώμενοι. Οὕτω καὶ Ναβουχοδονόσορ ἐμαντεύετο, ὡς φησιν Ἰεζεκιήλ.

[15] Isa. xxvii, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(27) Particula γάρ, *enim*, redundare videtur.
(28) Φιλολοίδορος, *maledicus*. Cod. Bav.
(29) Αὐτὸ προσιεμένη καὶ ἀποδεχομένη, *ipsam* (temulentiam) *consectans amplectensque*. Cod. Ven.
(30) Συμβούλοις, *consiliariis*. Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

Vers. 1, 2. *Quia infans est Israel, et ego dilexi eum, et ex Ægypto accersivi filios ejus. Quemadmodum advocavi filios ejus, sic abierunt ex facie mea.* Proque dementia et infantili cogitatione sua hoc supplicium sufferent. Ego quidem ex Ægypto ipsos accersivi, et ex amara illa servitute liberavi: ipsi autem recesserunt a me, nolentes ostendere se mihi, ac servire mihi, sed idolis. Vel in hunc etiam modum hoc intelligere poteris. Perinde namque ac quopiam ambigente, cujus rei gratia adeo exsecrabiles vocaverit primum, respondet, Propter patres. Nam Jacob cognomento Israel infans erat, hoc est, simplex et non fucatus, non fictus, quem dilexi adhuc in alvo matris suæ exsistentem. *Jacob enim*, dicit Dominus, *dilexi, Esau odio prosecutus sum* [79]. Eam ob causam filios ejus eripui ex Ægyptiorum servitute, ipsi vero patrum et majorum suorum nomine honorati, fugerunt a me, non singuli vel bini, verum secundum copias et juxta tribus, itidem ut vocavi eos ex Ægypto uno agmine. Christus ipse Israel etiam dicitur, ut qui Deum ipse viderit: *Nemo* enim *Patrem vidit, nisi qui ex Deo est* [80]. Ille igitur infans fuit, et hunc ex Ægypto vocavit Deus Pater, vere dilectum suum. Præterea Judæorum filii, Christi etiam pueri dicti propter cognationem carnis, secundum illud: *Ecce ego et pueri mei, quos mihi dedit Deus* [81]: quoties ab ipso vocabantur aufugerunt. Unde dixit: *Quoties volui congregare liberos tuos, et noluistis* [82]? Observa autem: quando quispiam malignitate infans est, tum diligit eum Deus, Israelem ex ipso faciens. Deum et cernentem et cognoscentem. *Siquidem in maleficam animam non ingredietur sapientia* [83]. Porro ex Ægypto advocatur peccator, hoc est ex multum errante scientia, marcescenteque cognitione sæculi hujus. Proinde nos sobrios esse oportet, ne quando simul ac vocati **100** sumus a Deo, ad cognitionem Filii ejus, liberi nostri, id est cogitationes humanæ quas nos generamus, et consilia a Deo excidant. Nam cogitatio mortalium miserares est, impenseque fragiles et fallaces sunt consultationes ipsorum. Hinc et Paulus ait: *Si vero quispiam videtur novisse aliquid, seipsum seducit, excæcatusque est, nihil sciens. Scientia enim inflat* [84].

Ipsi Baaleim immolabant, et sculptilibus suffitum faciebant. Baaleim, ut sæpe dictum est, Baal ipsius idola nominat: sculptilia vero, cæterorum deorum. Indicat autem dementiam ipsorum, quod, relicto eo, qui ex Ægypto ipsos redemisset, hujusmodi servirent idolis. Ac propriam suam bonitatem et benignitatem per sequentia in apricum statuit.

[79] Malach. I, 1. [80] Joan. I, 18. [81] Hebr. II, 13. [82] Matth. XXIII, 37. [83] Sap. I, 4. [84] I Cor. VIII, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vers. 3. *Ego in pedes erexi Ephraim, recepi eum super brachium meum.* Tantam ego benignitatem eis ostendi, ut factus sim ipsis veluti nutrix. Et quemadmodum illa, parvulum aliquem infantem in manus acceptura, pedes ejus colligit, (4) vel eum primum veluti in pedes erigit, sicque eum sublevat : non dissimilem ad rationem ego feci, ac veluti pedes illorum colligens, vel apte dirigens, assumpsi super dextram meam. Inde juxta obscure hoc indicat, perinde quasi dicat : Non reliqui vagari citra ordinem citrave legislationem, sed collegi palantes ipsos, legem ipsis ferendo, et brachium meum, hoc est, robur meum, ipsis pro auxilio in bellis exhibendo, quod imbecillitatem eorum bajularet. Infert igitur :

A Καὶ ἐγὼ συνεπόδισα τὸν Ἐφραΐμ, ἀνέλαβον αὐτὸν ἐπὶ τὸν βραχίονά μου. Τοσαύτην ἀγαθότητα περὶ αὐτοὺς ἐνεδειξάμην, ὥστε ἐγενόμην αὐτοῖς ὡς τροφὸς, καὶ ὥσπερ ἐκείνη μέλλουσα μικρόν τι βρέφος εἰς χεῖρας ἀναλαβεῖν, συνάγει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνει αὐτό· οὕτω κἀγὼ ἐποίησα, καὶ οἱονεὶ συμποδίσας αὐτοὺς, ὅ ἐστι, τοὺς πόδας συναγαγὼν, ἀνέλαβον ἐπὶ τὴν δεξιάν μου. Ἐκ τούτων δὲ τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι Οὐ κατέλειψα κινεῖσθαι αὐτοὺς ἄτακτα καὶ ἀνομοθέτητα· ἀλλὰ συνήγαγον τὰς κινήσεις αὐτῶν, νόμον δοὺς αὐτοῖς, καὶ βραχίονά μου, τουτέστι, τὴν ἰσχύν μου παρασχόμενος αὐτοῖς σύμμαχον ἐν πολέμοις, τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν ἀναβαστάζοντα. Ἐπιφέρει οὖν·

B Καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι ἰαμαι αὐτοὺς ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπων. Οὐκ ἔγνωσαν, φησὶν, ὅτι ἕτερα ἔθνη διαφθείρων καὶ ἐξολοθρεύων, αὐτοὺς ἰώμην καὶ ὠφέλουν. Καὶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους καὶ τοὺς Παλαιστίνην οἰκοῦντας ἐξωλόθρευσα. Συνεπόδιζε καὶ ὁ Κύριος τοὺς πειράζοντας αὐτὸν ἐν λόγοις, σοφῶς ὑποκρινόμενος, καὶ ἐπειρᾶτο ἀναλαβεῖν αὐτοὺς ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ, καὶ δεῖξαι αὐτοῖς τὴν δύναμιν τῶν ἔργων τῆς θεότητος αὐτοῦ, ὅτε τὸν παράλυτον ἀνώρθωσεν, ὅτε τὸν τυφλὸν ὠμμάτωσεν, ὅτε τἆλλα ἁπλῶς ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα. Ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι ἰατρὸς αὐτῶν ἀπεστάλη, τοὺς διεφθαρμένους ἰώμενος. *Οὐ γὰρ ἔχουσι χρείαν ἰατρῶν οἱ ἰσχύοντες.* Καὶ εὐρομοῦντας δέ τινας ἐν τῇ κακίᾳ συμποδίζει, διδάσκων ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ, τουτέστι, τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ μιμήσασθαι τὴν αὐτοῦ πολιτείαν, ὡς ἐνεστιν. Ὁ βραχίων γὰρ, τῆς ἐν τῇ πρακτικῇ ἰσχύος σύμβολον. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ οὐκ ἐπιγινώσκουσιν, ὅτι ἐν τῇ διαφθορᾷ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν καὶ βουλημάτων ἴδιαι αὐτοὺς, τουτέστι, τὰς ψυχὰς, ὃ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· *Πατάξω τὸ χεῖρον, καὶ ἰάσομαι τὸ κρεῖττον.*

Et *non cognoverunt, quod sanem eos in corruptione hominum.* Non cognoverunt, inquit, quod cæteras gentes perdens et vastans ego, ipsos sanarem, adeoque eis parcerem et commodarem. Etenim Ægyptios et Palæstinam inhabitantes exterminavi. Colligebat etiam pedes Dominus sese tentantium, eosque veluti in pedes statuebat, sapienter respondens, tentabatque eos assumere super brachium suum, ipsisque demonstrare potentiam operum divinitatis suæ, quando dissolutum seu paralyticum curavit, quando cæco visum restituit, quando alia simpliciter signa et prodigia exhibuit. Verum ipsi non agnoverunt, quod medicus ipsorum demissus esset, qui perditos sanaret. *Non* enim *egent medico bene valentes* [85]. Præterea quosdam in vitiis propere currentes, colligit pedibus, et in pedes rite erigit, docens reflectere cursum ad brachium suum, hoc est opera suæ, imitarique ejus politiam et administrationem. Brachium enim fortitudinis in operante vita symbolum est. At enim plerique non agnoscunt, quod in perditione humanarum cogitationum et voluntatum sanet eos, hoc est animas : id quod et alibi dicit : *Feriam pejus, et sanabo melius* [86].

101 Vers. 4. *Extendi eos vinculis dilectionis meæ.* Ligaturus alicujus manus, extendit eas ut vincire queat. Idem hoc in loco dicit, *Extendi eos*, pro eo quod est, Paravi eos, idoneosque feci, ut ligarentur dilectione mea (5). Hoc autem veluti de vite æque ait, atque David : *Extendi palmites ejus usque ad mare et ad flumina adnata ejus* [87]. (6) Eos item, qui manuum ariditate laborabant, et paralyticos, succidentemque mulierem, et claudos extendit Dominus, suam per charitatem cum eorum infirmitates abigendo, tum morbos ferendo. In vinculis quoque, quibus constringebatur, cum ob suum in nos amorem ad Caipham duceretur, ex-

C Ἐξέτεινα αὐτοὺς ἐν δεσμοῖς ἀγαπήσεώς μου. Ὁ μέλλων δῆσαί τινος χεῖρας, ἐκτείνει ταύτας εἰς τὸ δῆσαι. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα λέγει, ὅτι Ἐξέτεινα αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ, Ἡτοίμασα αὐτοὺς, καὶ ἐπιτηδείους ἐποίησα πρὸς τὸ δεθῆναι τῇ ἐμῇ ἀγάπῃ. Ἢ, D ὅτι Ἐξήπλωσα αὐτοὺς, καὶ πολλοὺς καὶ ἐνδόξους ἐποίησα, διότι ἐδεσμούμην τῇ πρὸς αὐτοὺς ἀγάπῃ Τοῦτο δὲ εἶπεν ὡς ἐπὶ ἀμπέλου, ὡς καὶ Δαβὶδ φησιν· *Ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης, καὶ ἕως ποταμῶν τὰς παραφυάδας.* Ἐξέτεινε καὶ τοὺς ξηρόχειρας ὁ Κύριος, καὶ τοὺς παραλύτους, καὶ τὴν συγκύπτουσαν, καὶ τοὺς χωλοὺς, διὰ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ, καὶ τὰς ἀσθενείας αἴρων, καὶ τὰς νόσους,

[85] Luc. v, 31. [86] Jerem. II, 2. [87] Psal. LXXIX, 12.

Variæ lectiones et notæ.

(4) Verba : *Vel eum primum veluti in pedes erigit* desunt in Græc. interpr.

(5) *Vel : Amplificavi eos et multos, atque claros effeci, propterea quod amore erga eos devinctus eram.* Hæc ex Cod. Bav. et Ven.

(6) Quæ sequuntur usque ad finem hujus in Oseam Commentarii desunt apud Lonicerum, adjecimusque ex Cod. Bav. et Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

βαστάζων. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δεσμοῖς, οἷς ἐδέθη, ὅτε ἀκήγετο πρὸς Καῖσαρα, διὰ τὴν ἡμετέραν ἀγάπησιν, ἐξέτεινεν αὐτούς, συνεχομένους, καὶ πεπιεσμένους ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, ἐλευθερώσας τῆς τοιαύτης συνοχῆς. Καὶ ὅταν οὖν δεθῇ τις ἢ νόσῳ, ἢ πενίᾳ, ἀγαπᾶται ὑπὸ τοῦ Κυρίου, κατὰ τὸν Παροιμιαστήν, καὶ ἔκτασις αὐτῷ τοῦτο γίνεται ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν. Θεῖος ἦν καὶ Παῦλος, εὐδοκῶν ἐν ἀσθενείαις, ἐν θλίψεσι, καὶ ἐν τοῖς δεσμοῖς, οἷς εἶχε, μὴ χωριζόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος.

A *tendit eos*, dum ab hoste tenerentur premerenturque, talibus eos angustiis liberando. Vel tum ergo, cum aut morbo quis, aut paupertate premitur, a Domino, teste Paræmiasta, diligitur [88]; idque extensio ei est atque progressus in anteriora. Talis erat et Paulus, qui gloriabatur in infirmitatibus, in afflictionibus, quique vinculis quibus constringebatur, haud secreto quodam loco tenebatur, sed ad anteriora contendebat [89].

Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπος ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ, καὶ ἐπιβλέψομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δυνήσομαι αὐτῷ. Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι *Ὡς παιδίον μικρὸν αὐτὸν ἀνέλαβον*, καὶ ὅτι *Ἠγάπησα αὐτὸν*, φησὶν, ὅτι Διὰ τοῦτο καὶ πταίοντι οὐ πικρὰς πληγὰς ἐπιθήσω ἀλλὰ μετρίως παιδεύσω, φησὶ, σιαγόνας αὐτοῦ ῥαπίζων, ἵνα αὐτὸν ἐντρέψω· ὥσπερ ἂν εἴ τις παῖδα ἡμαρτηκότα ῥαπίσειε. Καὶ γὰρ καὶ [*f.* εἰ] ἐπιβλέψομαι (7) μόνον δριμὺ πρὸς αὐτὸν, ἀρκεῖ πρὸς τὸ κατισχύσαι αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ κακίαν ἐξαφανίσαι. Τοιοῦτό ἐστι τὸ, *Ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν*· καὶ, *Παίδευσον ἡμᾶς, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ*. Εἰ δὲ αἱ σιαγόνες πρὸς τὸ τρέφεσθαι ἡμῖν συνεργοῦσιν, ὅρα πῶς ἐῤῥάπισεν εἰς αὐτὰς τοὺς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Κύριος, λιμὸν αὐτοῖς ἐπιπέμψας, πολιορκουμένοις ὑπὸ Ῥωμαίων, ὥστε ἀργῆσαι αὐτῶν τὰς σιαγόνας. Ὁ γὰρ ἐξ ἀσθενείας σαρκὸς ἐκὼν σταυρωθεὶς, οὗτος ὅτε ἐπέβλεψε πρὸς αὐτοὺς, τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔδειξεν αὐτοῖς. Ῥαπίζεται ἐπὶ τὰς σιαγόνας καὶ ὁ τῇ ἀτιμίᾳ περιπίπτων, ἵνα καθαιρεθῇ ἡ ἔπαρσις, ἣν ἔσχε τιμώμενος πρότερον· καὶ τότε ἐπιβλέπει ἐπ' αὐτὸν ὁ Θεός. *Ἐπὶ τίνα* γὰρ *ἐπιβλέψω, ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσυχον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους;* Τηνικαῦτα δὲ καὶ δύναται ἐν αὐτῷ ὁ Θεός. *Ἐν τῇ ταπεινώσει γὰρ ἡμῶν, ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.*

Et ero illis, quasi dans alapam homini super maxillam ejus, et respiciam ad eum, prævalens ei. Quoniam superius dixit, *Parvum uti puerum eum excepi atque dilexi*; propterea nunc ait, Haud acerbioribus eum verberibus errantem afficiam, sed leviter corripiam, in genas ei alapam impingendo, perinde ac si quis errantem puerum alapa percuteret, quem vel torvis oculis aspicere sat est ad flectendum eum, emendandaque vitia quibus laboret. Huic simile est illud : *In tribulatione parva correctio tua nobis*; et : *Corripe nos, verum in judicio, non in furore* [90]. Quoniam vero maxillæ adjumento nobis sunt ad alimentum sumendum, animadverte, quem ad modum eis, qui in Judæa versabantur, alapam in maxillas impegerit Dominus, fame eos premens, dum a Romanis obsiderentur; quo factum est, ut officio suo maxillæ ipsæ vacarent. Qui enim per carnis imbecillitatem sponte sua crucifixus est, hic, simul ac eos respexit, suam eis declaravit potestatem. Colaphis item cæditur quicunque ignominia afficitur, ut ea deprimatur animi elatio, qua honore prædituς antea efferebatur; eumque tum Deus respicit. *Ad quem* enim *respiciam*, ait, *nisi ad humilem, mansuetum, serentemque meos sermones* [91]? Tum etiam in eo prævalet idem Deus : *In humilitate* quippe *nostra recordatus nostri Dominus est, nosque ab hostibus redemit* [92].

Κατέβη Ἐφραὶμ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀσσοὺρ βασιλεὺς αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἠθέλησεν ἐπιστρέψαι. Τοῦτο διχῆ νοήσεις· ἢ ὅτι εἰς Αἴγυπτον παραγενόμενος, τὴν ἐκεῖθεν συμμαχίαν ἐζήτει, ἀλλ' ὅμως οἱ Ἀσσύριοι ἐβασίλευσαν αὐτοῦ κατακρατήσαντες, καὶ κατατροπωσάμενοι αὐτὸν, κἂν τοῖς Αἰγυπτίοις ἐχρῆτο συμμάχοις· ἢ, ὅτι Εἰς Αἴγυπτον ἀπαχθήσεται αἰχμάλωτος, καὶ οἱ Ἀσσύριοι αὐτοῦ ἄρξουσι, διότι οὐκ ἠθέλησε πρός με ἐπιστρέψαι ἀπὸ τῶν εἰδώλων.

VERS. 5. *Habitavit Ephræm in Ægypto, et Assur ipse rex ejus, quia noluit converti.* **102** Hoc bifariam accipe. Aut enim sensus est, eum in Ægyptum profectum, Ægyptiorum opem implorasse, nec ob id tamen effugere potuisse Assyriorum imperium, qui eum, licet Ægyptiorum ope ita fretum, debellarunt atque everterunt. Aut innuere vult eum in captivitatem abductum iri, proindeque fore, ut Assyriorum imperio pareat, propterea quod, ait, se ab idolis ad me recipere noluit.

Καὶ ἠσθένησε ῥομφαία ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτοῦ, καὶ κατέπαυσεν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ φάγονται ἐκ τῶν διαβουλίων αὐτοῦ. Τουτέστιν, οὐδεὶς

VERS. 6. *Et infirmatus est gladius in civitatibus ejus, et requievit in manibus illius, et comedent de cogitationibus suis.* Nemo scilicet omnium inven-

[88] Eccle. xi, 14. [89] II Cor. xi, 5 9. [90] Jerem x, 24. [91] Isa. lxvi, 2. [92] Psal. cxxxv, 23.

Variæ lectiones et notæ.

(7) Sic in Col. Scribendum tamen ἐπιβλέψαι, vel post αὐτὸν addendum καὶ τοῦτο, vel aliud hujusmodi, ut consideranti patebit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tus est in civitatibus, qui viribus polleret, et gladium adhibere posset; sed omnium manus relaxatæ sunt, bellicoque opere omni destiterunt. Quare necessitate compulsi, impii sui quisque consilii fructus comedunt, qui fructus sunt afflictiones atque calamitates. Hebræi quoque, qui Ægyptiorum cordis duritiem sectati sunt, cum in præceps ruerent, et divino e fastigio prolaberentur, vel regem habentes magnam Assyriorum mentem, infirmati sunt, nec amplius Spiritus gladio, Dei videlicet verbo gaudent. Quî fiat enim, ut in eis reperiatur Dei verbum, qui Verbum ipsum e medio sustulerunt? Propterea ipsorum manus omni destiterunt opere, quod placere Deo posset. Eos quippe non pœnituit, nec ad Christum sese recipere, nec in nomine Domini Jesu per baptisma lavari voluerunt. Hæc item accidunt ei qui in Ægypti regionem descendit, ubi principatus tenebrarumque potestates dominantur. Is quippe neque gladium habet discretionis, quo gladio bonum a malo discernere queat, nec aliud quidquam agere potest, quo resistat iis qui ejus animam aggrediuntur; sed captivus in servitutem ducitur, vinctisque manibus pedibusque, omni prorsus agendi potestate destituitur.

A εὑρέθη ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνὴρ δυνατὸς, καὶ ῥομφαίᾳ χρῆσθαι δυνάμενος · ἀλλὰ πάντων αἱ χεῖρες παρεθησαν, καὶ ἐπαύσαντο τοῦ ἐνεργεῖν τι πολεμικὸν, καὶ ἀναγκαίως τὰς ἐπικαρπίας τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν βουλευμάτων φάγονται, αἵτινές εἰσι κακώσεις καὶ θλίψεις. Καὶ οἱ τὴν σκληροκαρδίαν δὲ τῶν Αἰγυπτίων ζηλώσαντες Ἑβραῖοι, ἐν τῷ καταβῆναι καὶ ἀποπεσεῖν τοῦ ὕψους τοῦ θείου, καὶ βασιλέα ἔχοντες τὸν νοῦν τὸν μέγαν τῶν Ἀσσυρίων, οὗτοι ἠσθένησαν. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἡ μάχαιρα τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Πῶς γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔστι ῥῆμα Θεοῦ, οἵγε ἁπλῶς τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐθανάτωσαν; Διὸ καὶ αἱ χεῖρες αὐτῶν ἔπαυσαν τοῦ ἐργάζεσθαί τι ἔργον θεάρεστον. Οὐκ ἠθέλησαν γὰρ μετανοήσαντες ἐπιστρέψαι, καὶ βαπτισθῆναι ἐπὶ τῷ B ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Ταῦτα συμβαίνει καὶ παντὶ τῷ καταβαίνοντι εἰς τὴν γῆν Αἰγύπτου, ἐν ᾗ ἄρχουσιν αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τοῦ σκότους. Οὔτε γὰρ ῥομφαίαν ἔχει ὁ τοιοῦτος τὴν τῆς διακρίσεως, δι' ἧς κρινεῖ τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρείττονος, οὔτε δύναταί τι ὅλως ἐνεργῆσαι ἀνείπαλον τοῖς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκπολεμοῦσιν, ἀλλ' αἰχμάλωτος, ἄγεται, δεδεμένος χεῖρας καὶ πόδας, καὶ πᾶσαν πρακτικὴν δύναμιν ἀφῃρημένος.

VERS. 7. *Et populus ejus suspensus de incolatu suo.* Populus videlicet Ephraim procul a familiis suis abductus est in captivitatem. Is item, qui Christum interfecit, populus hac illac incertus fertur. Quidam autem locum hunc ita intelligunt, ut sensus sit : Adeo impie agit, inquit, populus Ephraim, sibique propterea ipse in causa est, cur exteras in regiones migrare cogatur, ut proxima, quasique capiti ejus imminens esse captivitas videatur.

Καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐπικρεμάμενος ἐκ τῆς παροικίας αὐτοῦ. Τουτέστι, τοῦ Ἐφραὶμ πόρρω τῆς οἰκείας ἀπεκρεμάσθη γῆς, αἰχμάλωτος γενόμενος. Καὶ ὁ Χριστοκτόνος δὲ ὧδε κἀκεῖσε περιφέρεται. Ἐνόησαν C δέ τινες τοῦτο καὶ οὕτως. Τοσοῦτον γὰρ, φησὶν ἀσεβεῖ ὁ λαὸς τοῦ Ἐφραὶμ καὶ ἐκ τούτου αἴτιος αὐτὸς ἑαυτῷ τοῦ μετοικισθῆναι γίνεται, ὥστε μονονουχὶ ἐπικρέμασθαι δοκεῖν καὶ μετέωρος εἶναι πρὸς τὴν αἰχμαλωσίαν.

Et Deus super honorata ejus irascetur, et non exaltabit eos. Regibus videlicet atque ducibus Deus succensebit, nec amplius regem Samariæ constituet, neque principes, nec ipsum, Ephraimum scilicet, extollet amplius, cum nullus in posterum sit ei rex futurus. In honoratis Hebraico populo erat templum, et quidquid in eo continebatur; quarum rerum causa iratus eis Dominus dixit : **103** *Ecce relinquetur domus vestra deserta* [93], nec amplius efferri per ea populus ille poterit. Is item, qui in humiliores ex alto invehitur, qui continenter eis ingruit, bonis temporalibus elatus, quæ bona sunt mundanæ hujus peregrinationis, unaque cum ipsa dissolvuntur; is, inquam, qui ita sit affectus, iratum et ipse Deum comperit super ejus honorata, divitias nimirum et gloriam, vel uxorem etiam et filios; hisque idcirco dejectus, non amplius extolletur. In alienos enim, ait, furor ejus invehitur; proptereaque in superbum, tanquam alieno a se animo, invehitur Deus, eique adversatur.

Καὶ ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ τίμια αὐτοῦ θυμωθήσεται, καὶ οὐ μὴ ὑψώσῃ αὐτόν. Τουτέστιν, ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς καὶ ἡγουμένους, καὶ οὐκέτι ἀναστήσει βασιλέα ἐν Σαμαρείᾳ, ἢ ἄρχοντας, καὶ οὐ μὴ ὑψώσῃ αὐτὸν τὸν Ἐφραὶμ δηλαδὴ, διὰ τὸ μὴ τοῦ λοιποῦ εἶναι ἐν αὐτοῖς βασιλέα. Τίμια τοῦ Ἑβραϊκοῦ λαοῦ ὁ ναὸς καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐφ' ἃ ἐθυμώθη Κύριος ὁ εἰπών· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος*, καὶ οὐ μὴ ὑψωθῇ ἔτι ἐπ' αὐτοῖς ὁ λαός. Καὶ ὁ τοῖς ταπεινοτέροις D δὲ ἀπὸ ὕψους ἐπιφερόμενος, καὶ ἀεὶ αὐτοῖς ἐπικρεμάμενος καὶ ἐπαιρόμενος ἐκ τῶν βιωτικῶν ἀγαθῶν, ἃ τῆς παροικίας εἰσὶ, τῆς ἐνταῦθα, συγκαταλυόμενα ταύτῃ · καὶ ὁ τοιοῦτος οὖν εὑρίσκει τὸν Θεὸν θυμούμενον ἐπὶ τὰ τίμια αὐτοῦ, τὸν πλοῦτόν φημι, καὶ τὴν δόξαν, ἢ καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα · καὶ καθελὼν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις, οὐκέτι οὐ μὴ ὑψώσῃ αὐτόν. Ὁ γὰρ θυμὸς αὐτοῦ, φησὶν, ἀλλοτρίοις χρήσεται · τῷ γὰρ ὑπερηφάνῳ ὡς ἀλλοτρίῳ αὐτοῦ Θεὸς ἐπέξεισιν ἀντιτασσόμενος.

VERS. 6. *Quid tibi faciam Ephraim? Protegam te,* *Τί σε διαθῶ, Ἐφραὶμ; ὑπερασπιῶ σου, Ἰσραήλ;*

[93] Luc. XIII, 35.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τί σε διαθῶ; Ἀπὸ φιλανθρωπίας πολλῆς ἀπορουμένῳ ἔοικε, καί φησιν· Οὐκ ἔχω πῶς σοι χρήσομαι. Ὑπερασπιῶ σου; ἀλλὰ τὰ ἔργα σου οὐ δικαιοῦσι τοῦτο γενέσθαι. Τί οὖν ποιήσω;

Ὡς Ἀδαμα θήσω σε καὶ ὡς Σεβοείμ. Ἀπολέσω σε, φησίν, ὥσπερ τὰς Σοδομητικὰς ἐκείνας πόλεις· τοῦτο γὰρ δίκαιον.

Μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τῷ αὐτῷ. Μητέρα καὶ πατέρα φιλόπαιδα μιμούμενος, φησίν· Ἐν τῷ αὐτῷ, τουτέστιν, Ἐν ὅσῳ λέγω κατὰ σοῦ, ἐστράφη ἡ καρδία μου, οἱονεὶ στρόφους τινάς, καὶ ὑπέμεινεν ἀλγήσασα· διὸ μετέστρεψε τὴν ἀπόφασιν.

Συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου, οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου· οὐ μὴ ἐγκαταλείψω τοῦ ἐγκαταλειφθῆναι τὸν Ἐφραίμ. Τουτέστι, ταραχθεὶς ἀπὸ τῆς πολλῆς πρὸς σὲ φιλοστοργίας μεταμεμέλημαι, καὶ οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργήν μου. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐχ ὡς νῦν μὲν τοῦτο φοβούμενος, νῦν δὲ ἐκεῖνο βουλόμενος (8), ἀλλὰ σχηματίζων τὸν λόγον εἰς ὀργὴν καὶ ἔλεον, εἰς τιμωρίαν καὶ φιλανθρωπίαν· καὶ δι' ἐκείνων μὲν ἐκφοβῶν, διὰ τούτων δὲ προτρέπων καὶ ἐκκαλούμενος εἰς πειθώ· ὡς ὁ Δαβὶδ λέγει· *Οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, ἀλλὰ καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱούς, ὠκτείρησε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν*· καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, *Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ παιδίου αὐτῆς, ἢ τοῦ μὴ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς; Εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἐπιλάθοιτο γυνή, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι.* Οὐχ ἵνα δὲ μόνον ἐκείνους ὠφελῇ, ταῦτα λέγει· ἀλλ' ἵνα καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸ τοιοῦτον τῆς φιλανθρωπίας ἀρχέτυπον τὰς οἰκείας ψυχὰς εἰκονίζωμεν (Ὅσα γὰρ ἐγράφη, πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν ἐγράφη), καὶ ἵνα μὴ πονηροὶ καὶ μνησικακοὶ ὦμεν (Ὁδοὶ γὰρ μνησικάκων, εἰς θάνατον), ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ καὶ τὰ τῆς ὀργῆς ἐπιδεικνύωμεν ῥήματα πρὸς σωφρονισμὸν, καὶ τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἐπιφέρωμεν, πρὸς τὸ διὰ τὸ [*f.* om. τὸ] τῆς χρηστότητος ἐντρέψαι μᾶλλον καὶ καταισθέσαι. Τότε γὰρ δεικνύομεν ἑαυτοὺς λογικῶς ἐπιστατοῦντας, ὅτε χρηστότητι μᾶλλον, ἢ θυμῷ, τούτους ἐπιστρέφωμεν [*f.* -φομ.]· λογικοῦ γὰρ, τῇ ἱλαρότητι ὑπάγεσθαι. Διὸ καὶ Πέτρος ἔλεγε· *Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον ἑκουσίως, ἀλλὰ μὴ ἀναγκαστῶς.*

Διότι Θεὸς ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ἐν σοὶ ἅγιος. Ὥσπερ τινὸς ἀνθυπενεγκόντος καὶ ἀπορήσαντος· Διὰ τί, ὦ Κύριε, τοσαῦτα ἀπειλήσας, μετεμέλησε [*f.* -μελήσω], καὶ οὐ κολάζεις τὸν Ἐφραίμ; φησίν· Διότι οὐκ ἄνθρωπός εἰμι, ἀλλὰ Θεὸς ἀγαθός, ἥττων ὀλονότι οὐ τῇ ὀργῇ τὴν νίκην διδούς· τοῦτο γὰρ ἀνθρώπινον πάθος. Τί οὖν ὅλως κολάζεις; Διότι, φησὶ, καὶ ἅγιός εἰμι, μισῶν ἀδικίαν, καὶ θέλων ἐν σοὶ ἅγιος εἶναι, τουτέστι, διὰ τῶν σῶν ἔργων τὴν

A *Israel? quid tibi faciam?* Pro summa sua bonitate atque clementia dubitanti plane similis effectus : Incertus sum, ait, quid mihi de te sit agendum. Numquid te protegam? At obstant facinora tua quæ fas id esse negant. Quid ergo faciam?

Sicut Adamam ponam te, et sicut Sebeim. Destruam te, ait, ut Sodomiticas urbes illas · id enim justitia postulat.

Conversum est cor meum in idem. Parentes filiorum amantissimos imitatus, *In idem*, ait, interea scilicet, dum contra te loquebar, *conversum est cor meum*, dolens videlicet vehementer angebatur, propterea que sententiam mutavit.

Vers. 8, 9. *Conturbata est pœnitentia mea, non faciam juxta iram furoris mei. Non derelinquam, ut deleatur Ephraim.* Vehementi scilicet erga te amore B percitus, proposito destiti, nec amplius faciam, quod ira mea postulabat. Hæc vero dicit, non quod modo hoc vereatur, modo illud velit; sed sermonem ad iram et misericordiam, ad supplicium atque clementiam convertit, quo nos perterrefaciat, simulque incitet et impellat ad obedientiam, ut ait David : *Non secundum iniquitates nostras retribuit nobis*, sed *quemadmodum miseretur pater filiorum, ita miseretur Dominus timentium se* [96]. Et apud Isaiam : *Numquid obliviscetur mulier filii sui, neque miserebitur partuum ventris sui? et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui* [98]. Hæc vero non ad eorum modo utilitatem, sed ad nostram etiam institutionem dicit, quo scilicet ad hujusmodi benignitatis exemplar nostrum quisque animum componamus : *Quæcunque* enim *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt* [98] : simul ne mali simus, malorumque memores : *viæ* namque *malorum ad mortem* ducunt [97] : sed uno tempore iræ verba proferamus ad correctionem, adjiciamusque continuo humanitatis officia, quo magis magisque delinquentes talem ob humanitatem pudore affecti, commoveantur. Tum enim ostendimus, nos ratione alios moderari, cum humanitate **104** potius quam ira eos ducimus. Ratione quippe utentis est, placido modo regere. Quamobrem et Petrus, *Pascite*, inquit, *qui in vobis est, gregem, non coacte, sed spontanee* [98].

D *Quoniam Deus ego sum, et non homo, in te sanctus.* Quasi quis objecisset, quæsissetque ab eo, Cur tui te pœnitet consilii, nec amplius punis Ephraim, postquam tot ei minitatus es supplicia? Quia, subdit ille, non sum homo, sed Deus bonus atque misericors, iræ scilicet minime cedens. Id enim hominum vitium est. Cur, inquies, interdum punis? Quia sanctus, ait, quoque sum, odio habens iniquitatem, id simul cupiens, ut etiam in te sanc-

[96] Psal. CIII, 10 13. [98] Isa. XLIX, 15. [98] Rom. XV, 4. [97] Prov. XII, 28. [98] I Petr. V, 2.

Variæ lectiones et notæ.

8) Ταῦτα δὲ λέγει, οὐχ ὡς νῦν μὲν τοῦτο βουλόμενος, νῦν δὲ τοῦτο μεταβουλευόμενος. *Hæc vero dicit, non quod modo velit hoc, modo, mutata sententia, nolit*, Theodoretus ad hunc locum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tus comperiar, uti scilicet mea sanctitas per opera tua manifestetur, neve tua per flagitia potius apud exteras nationes vilipendatur. Simile est illud : *Sanctificetur nomen tuum* [99], scilicet per nos ostendatur efferaturque laudibus.

Et non ingrediar in civitatem. Loco videlicet non concludar, nec, hominis instar, civitatem incolere compellar; ubique enim sum, omnibusque adsum. Præterea nec urbem Jerusalem ingressus est, ut eam inviseret, eique prospiceret; ob nefarios enim ipsius habitatores, eam dereliquit.

Vers. 10. *Post Dominum ambulabo.* Populum quodammodo docet, quid dicere et facere debeat, cumque ita loquentem inducit : Quoniam talis est tua bonitas atque clementia, Domine, *post Dominum ambulabo* ego, qui te offendi. Cumque gravissima pati deberem, minime tamen tuam per misericordiam sim passus, in posterum agam, quod tibi placitum erit. Hæc est hujusce dicti sententia. Cui dicto quidam adnectentes quod præcedit, *Non ingrediar in civitatem*, isthuc etiam ex populi persona dici merito autumant. Quasi populus ipse dicat : Equidem civitates munivi, quo, belli tempore, tutum in ipsis perfugium haberem : verum postquam tantam erga me benignitatem Dominus ostendit, non amplius ingrediar civitatem, sed Dominum consectabor, qui scapulis suis obumbrabit mihi [1], meque defendet atque propugnabit.

Vers. 10, 11. *Sicut leo rugiet, et formidabunt filii aquarum, et venient quasi avis ex Ægypto, et quasi columba ex terra Assyriorum. Et restituam eos in domos suas.* Futurum hinc e Babylonis urbe regressum præmuntiat, qui regressus, imperante Cyro, contingere debebat. Hic, ait, exercitum in Babylonios ducet, rugiens fremensque, tanquam leo. Per leonem autem innuit ejus potentiam ; per *Rugitus fremitusque* significat bellicos rumores. Metum, ait, is Babyloniis incutiet, atque hi, timore perculsi, sese ab ejus conspectu proripient, ut filii aquarum, pisces nimirum, animalium **105** genus valde pavidum, qui strepitum nullum, ne hominis quidem umbram, sustinere valent. Cum hic itaque Babylonios subegerit, Judæi tum ex Assyriorum Ægyptiorumque regione domum quisque suam abibunt. Cyrus enim, a Deo permotus, dimisit Hebræos qui Babylone versabantur. Qui postquam in regionem suam reversi sunt, ædificaruntque Cyri permissu Jerusalem ; cum hoc audissent Judæi, qui in Ægypto commorabantur, magnos hinc spiritus quisque sumere, domumque et ipsi suam reverti constituerunt: Quidam autem illud, *Rugiet* de Deo intelligendum putarunt, siquidem ipse metum Babyloniis incutiet. Quidquid enim potuit Cyrus, per Deum potuit, ut et Isaias multis ante annis prænuntiavit, eum (proh mirum!) nominatim ap-

[99] Matth. vi, 9. [1] Psal. xc, 4.

ἐμὴν ἁγιότητα γνωρίζεσθαι, καὶ μὴ βλασφημεῖσθαι ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῶν βδελυρῶν σου πράξεων, τοιοῦτόν ἐστι τὸ, Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἀντὶ τοῦ, Ἅγιον δειχθήτω δι' ἡμῶν καὶ δοξασθήτω.

Καὶ οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν. Τουτέστιν, Οὐ τόπῳ περικλεισθήσομαι, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις πόλιν οἰκεῖν ἀναγκασθήσομαι· πανταχοῦ γὰρ καὶ πᾶσι πάρειμι. Ἀλλ' οὐδὲ εἰς τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ εἰσῆλθεν, ἐπισκεψόμενος αὐτὴν, καὶ προνοησάμενος [*f.* -σόμ.] αὐτῆς· διὰ γὰρ τοὺς πονηροὺς κατοίκους, ἀφῆκεν αὐτήν.

Ὀπίσω Κυρίου πορεύσομαι. Ὡσανεὶ διδάσκει τὸν λαὸν, τί δεῖ λέγειν καὶ ποιεῖν, καί φησιν, ὅτι Ἐπειδὴ τοιαύτη ἐστὶν ἡ σὴ φιλανθρωπία, ὦ Κύριε, *ὀπίσω* τοῦ *Κυρίου πορεύσομαι* ἐγὼ ὁ προσκεκρουκώς σοι λαός· καὶ ἄξιος ὢν τὰ πάνδεινα παθεῖν, μὴ παθὼν δὲ διὰ τὸν σὸν ἔλεον, καὶ λοιπὸν τὰ ἀρεστά σοι δράσω. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ τοῦ ῥητοῦ διάνοια. Εἰκότως δὲ συνάψαντές τινες καὶ τὸ πρὸ τούτου, φημὶ δὴ τὸ, *Οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν*, εἶπον κἀκεῖνο ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ λέγεσθαι, φάσκοντος, ὅτι Ἀληθῶς μὲν πόλεις ὠχύρωσα, ἵνα ἐν καιρῷ πολέμου ἔξω αὐτὰς καταφύγιον· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ Κύριος τοιαύτην περὶ ἐμὲ φιλανθρωπίαν ἐνδείκνυται, οὐκ εἰσελεύσομαι εἰς πόλιν, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ ἀκολουθήσω, καὶ ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει μοι, προπολεμῶν μου καὶ προασπίζων.

Ὡς λέων ἐρεύξεται, ὅτι αὐτὸς ὠρύσεται, καὶ ἐκστήσονται τέκνα ὑδάτων· ἐκπτήσονται ὡς ὄρνεον ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὡς περιστερὰ ἐκ γῆς Ἀσσυρίων, καὶ ἀποκαταστήσω αὐτοὺς εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Τὴν γενησομένην μετὰ ταῦτα ἐπάνοδον ἐπὶ τοῦ Κύρου προαγορεύει. Οὗτος γὰρ ἐπιστρατεύσει μὲν, φησὶ, τοῖς Βαβυλωνίοις, ὡς δὲ λέων ἐρευξάμενος καὶ ὠρυσάμενος. Αἰνίττεται δὲ διὰ τοῦ λέοντος μὲν, τὴν δύναμιν αὐτοῦ· διὰ δὲ τοῦ, *Ἐρεύξεται καὶ ὠρύσεται*, τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ ἀλαλαγμούς. Δειλοὺς ποιήσει τοὺς Βαβυλωνίους, καὶ ἐκστήσονται οὗτοι, ὥσπερ τέκνα ὑδάτων, τουτέστιν, ὡς ἰχθύες· δειλὸν δὲ χρῆμα ἰχθὺς, καὶ οὔτε κτύπου ἀνεχόμενον, οὔτε σκιᾶς ἀνθρωπίνης. Τούτου τοίνυν ἐλόντος τοὺς Βαβυλωνίους, οἱ Ἰουδαῖοι ἐπανελεύσονται ἐκ γῆς τε Ἀσσυρίων, καὶ ἐξ Αἰγύπτου. Ὁ γὰρ Κῦρος ὑπὸ Θεοῦ κινούμενος, ἀπέλυσε τοὺς ἐν Βαβυλῶνι ὄντας. Τούτων δὲ ἐπανελθόντων, καὶ οἰκοδομούντων τὴν Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὴν τοῦ Κύρου πρόσταξιν, ἀκούσαντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαῖοι, θαῤῥήσαντες, ἀνῆλθον καὶ αὐτοί. Τινὲς δὲ τὸ, *Ἐρεύξεται*, περὶ Θεοῦ εἶπον, ὅτι αὐτὸς δειλίαν ἐμβαλεῖ τοῖς Βαβυλωνίοις. Καὶ γὰρ ὁ ἴσχυσεν ὁ Κῦρος, ἐκ Θεοῦ ἴσχυσε, καθὼς Ἡσαΐας πρὸ πολλῶν ἐτῶν προεφήτευσε, καὶ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος (ὦ θαῦμα!) μνησθεὶς Φησὶ γάρ· *Τάδε λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ἐκ-*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαρρήξω. Ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Λέγει δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ, Ὀπίσω Κυρίου πορεύσομαι· οὐ γὰρ ἀντίθεός εἰμι· ἀλλ' αὐτός μοι εἶπε, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω. Καὶ· Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱόν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἔργα· καὶ, Γενηθήτω τὸ θέλημά σου. Ἠρεύξατο δὲ καὶ ὠρύσατο ὡς λέων, ὅτε κράξας φωνῇ μεγάλῃ, τὴν ψυχὴν εἰς χεῖρας τοῦ Πατρὸς ἠρεύξατο, κοιμηθεὶς ὡς λέων. Τότε καὶ τὰ τέκνα τοῦ κρατοῦντος τῶν ὑδάτων δράκοντος, αἱ συναποστάτιδες αὐτοῦ δυνάμεις, ἐφοβήθησαν, τὸν θάνατον ὁρῶσαι σκυλευόμενον. Πολλὰ γὰρ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν, ἅτινα τέκνα τοῦ δράκοντος ἐξεπέτασαν ἀπό τε Αἰγύπτου καὶ Βαβυλῶνος. Θεογνωσίας γὰρ ἐκεῖσε ἐμπολιτευομένης, ἐξηλάθησαν ἐκεῖθεν, καὶ ἀποκατέστησαν εἰς τὰς ἀβύσσους τοῦ σκότους, αἵτινες ἦσαν οἶκοι αὐτῶν. *Τέκνα ὑδάτων*, αἱ τῷ ὑγρῷ καὶ διαλελυμένῳ βίῳ συγγενεῖς πράξεις, ἃς, ὅταν ἐρεύξηται ἐκ τῆς ἀγαθῆς καρδίας τὸν ἀγαθὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου ὁ λέων ἐκ φυλῆς Ἰούδα Χριστὸς, ποιεῖ ἀφίπτασθαι ἡμῶν, καὶ λοιπὸν ἐκ τῆς γῆς Αἰγύπτου ἐκφεύγομεν, ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος ἄνω πετόμενοι· καὶ ἀφιπτάμεθα ὡς περιστερὰ πραεῖα καὶ ἄκακος ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἐπάρσεως· ἥτις εἰ καὶ ὑψοῦται, ὅμως τῇ ἀληθείᾳ γῇ ἐστιν· καὶ τότε ἀποκαθιστάμεθα ὑπὸ Ἰησοῦ εἰς τὰς ἄνω μονάς.

Ἐκύκλωσέ με ἐν ψεύδει Ἐφραὶμ, καὶ ἐν ἀσεβείαις οἶκος Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα. Ἐγὼ μὲν, φησὶ, τοσαύτης αὐτοὺς ἀξιῶ προμηθείας· αὐτοὶ δὲ πανταχόθεν με περιεκύκλωσαν τῷ ψεύδει, τουτέστι, τῇ εἰδωλολατρείᾳ. Ὅπου γὰρ ἀναστραφῶ, τόπον ἐμοὶ οὐχ ὁρῶ ὑπολειφθέντα, ἀλλὰ πάντα τοῖς δαίμοσιν ἀνέθηκε. Καὶ τὸν Κύριον δὲ Ἰησοῦν ἐκύκλωσαν κύνες πολλοὶ, τὰς ψευδομαρτυρίας συντιθέντες.

Νῦν ἔγνω αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ λαὸς ἅγιος κεκλήσεται Θεοῦ. Ὅμως, φησὶ, κἂν τοιούτους ὄντας, ἔγνων, τουτέστιν ἠγάπησα, καὶ λαόν μου ὀνομάζω. Τινὲς δὲ οὕτως· Ἔγνων, φησὶ, τὸν τρόπον, δι' οὗ εὐαρεστήσουσί μοι, καὶ κεκλήσονται Θεοῦ, καὶ ὅτι διὰ παιδείας τινὸς τοῦτο ἔστα. τρυφῶντες γὰρ ἀφίστανται ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ οἱ ἐξ Ἑβραίων δὲ πρὸς Χριστὸν ἐπιστρέφοντες, λαὸς Θεοῦ καλοῦνται, περὶ ὧν δοκεῖ νῦν προφητεύειν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὁδὲ Ἐφραὶμ, πονηρὸν πνεῦμα, ἐδίωξε καύσωνα ὅλην τὴν ἡμέραν, κενὰ καὶ μάταια ἐπλήθυνε.— Πονηρὸν πνεῦμα, τὴν πονηρὰν ὁρμὴν καὶ προαίρεσιν φησιν, ἣν ἔχων ὁ Ἐφραὶμ, ἐδίωξε καὶ ἐπεζήτησε

pellando. Ait enim : *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut exaudiant coram eo gentes, et fortitudinem regum conteram, aperiam coram eo januas, et civitates non concludentur* [1]. Dominus item noster Jesus Christus dicit, *Post Dominum ambulabo ;* non enim Dei adversarius sum, sed ipse mihi dixit, *quid dicam, et quid loquar* [2]. Et : *Pater diligit Filium, et ostendit ei opera* [3]. Et : *Fiat voluntas tua* [4]. Rugitus autem, leonis instar, edidit, fremitusque tum, cum dormiturus, in Patris manus emisit spiritum, voce magna [5], quasi leo, fremens rugiensque. Tum etiam draconis aquæ imperantis filii, potestates quæ una cum ipso a Deo defecerant, timore perterriti sunt, devictam jam mortem cernentes. Multa enim excita somno sunt corpora sanctorum, qui dormierant [6], qui draconis illius filii cum essent, Ægypto atque Babylone excesserant. Cum enim ibi Dei cognitio vigeret, abacti illinc sunt, inque tenebrarum abyssos translati, quæ quidem abyssi eis domus erant. *Aquarum* item *soboles* sunt opera, lubricæ atque dissolutæ vitæ consentanea, quæ, dum ex corde bono bonum Evangelii verbum emittit leo, e tribu Juda natus Christus, a nobis ejus vi potestateque statim evolant. Nosque in posterum ex Ægypti regione discedimus, avis instar, e laqueo superiora petentes, evolamusque, mansueta et pura uti columba, ex Assyriorum elatione, quæ licet sublimis feratur, terra tamen est, atque tum a Jesu supernas ad sedes transducimur.

Vers. 12. *Circumdedit me in mendacio Ephraim, et in impietate domus Israel et Juda.* Ego equidem, ait, tantopere eis eorumque saluti prospicere studui. Illi vero me undique mendacio, idololatria scilicet circumvenere : nam quocunque me vertam, nullum mihi relictum locum video, sed cuncta dæmonibus ii dicare non dubitarunt. Dominum quoque Jesum circumvenere canes multi, falsa in eum testimonia comminiscentes.

Nunc cognovit eos Deus, et populus **106** *sanctus vocabitur Dei.* Tales, ait, etsi essent, eos tamen cognovi, scilicet dilexi, populumque meum appello. Quidam ita locum hunc interpretantur : Novi, ait, qua ratione placere mihi possint, appellarique Dei populus, neque me latet, id per correctionem aliquam fieri debere ; nunc enim mollem et effeminatam vitam degunt, propterea que a me recedunt. Hebræi quoque, qui sese ad Christum recipiunt, Dei populus appellantur, quo de populo in præsentia vaticinari videtur.

CAPUT XII.

Ac Ephraim malus spiritus persecutus est æstum tota die, inania et vana multiplicavit. Malum spiritum appellat pravum impetum atque studium, quo cum arderet, inquit, Ephraim, malorum et affi-

[1] Isa. xlv, 1. [2] Joan. xii, 49. [3] Joan. iii, 35. [4] Matth. vi, 10. [5] Matth. xxvii, 50. [6] Matth. xxvii, 52.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tionum æstum quærere consectarique videbatur, seque ipse quodammodo sponte sua in calamitates, meam negligens opem ac tutelam, conjiciebat. Quomodo? Multiplicando scilicet inania idolorum altaria. Æstus autem est et ipse idolorum cultus, quo æstu Israelis fructus omnes corrumpuntur.

Et testamentum cum Assyriis pepigit, et oleum in Ægyptum invexit. Non inania modo idola multiplicavit, sed etiam meam negligens opem, ad homines confugit : Assyrios sibi socios ascivit modo, modo Ægyptiis oleum quo carerent, dono dardedit. Oleis quippe abundat Samaritana regio. Fortasse vero tali de oleo sermo non est, nec oleum Ægyptiis ii dederunt, sed aurum eis præbendo, misericordiam hinc aliquam ab eis captare studuerunt. Malus item spiritus sunt Hebræi, qui adhuc in perfidia manent, qui per totam ipsorum vitam æstum consectantur, acri in legem studio flagrantes, nolentesque dicere : *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, cui diximus : In umbra tua vivemus* [8]. Qui nec ad sacri fontis aquam accedere volunt, et in absurda prorsusque vana spe vivunt, fore, ut patriam quisque suam recipiat. Fœdus enim percusserunt cum dæmonibus Assyriorum, projeceruntque Dei misericordiam gentibus quæ in errore versabantur. Nos scilicet obtinuimus misericordiam hanc, velut hæreditatem, accepimusque Spiritus sancti oleum quo in baptismate delibuti sumus, ex Hebræis ad nos transductum. Illis enim in usu erat oleum unctionis, imago et figura spiritalis chrismatis. Deum item in mendacio circuit is, qui vanitatem diligit, et mendacium quærit, qui scilicet falsa præsentis vitæ bona consectatur. Qui quidem et ardentia **107** diaboli tela excipiens, incedensque ea, quam inde concepit, flamma, æstum consectatur, eique per ea quæ agit, continuo fit obviam, atque præceps ad gehennæ æstum alterum fertur. Idem cum superbis dæmonum potestatibus amicitiam init, inque vitæ hujus Ægyptum transfert oleum, jucunda scilicet Spiritus sancti dona quæ in sacro fonte accepit, illud projiciens Ægyptiis, ut in posterum dicere nequeat amplius, *Exaltabitur senectus mea in oleo pingui* [9].

VERS. 2. *Et judicium Domino cum Juda, et ulciscar Jacob.* Ut superius reprehendit Ephraimum, decem scilicet tribus, eique vitio vertit, quod vana multiplicarit ; ita nunc Juda, duas videlicet tribus, quæ Hierosolymis versabantur, judicatum iri dicit. Quæ tribus licet Jacob posteritas essent, minime eum ejusque virtutem æmulabantur, sed ignomi-

[8] Thren. IV, 18. [9] Psal. XCI, 11.

A τὸν καύσωνα τῶν κακώσεων (9) καὶ τῶν θλίψεων, τὴν ἐμὴν σκιὰν καὶ σκέπην ἀφεὶς, καὶ μονονουχὶ εὐθαιρέτως ταῖς συμφοραῖς ἐπιδραμών. Πῶς; Διὰ τοῦ πληθῦναι τὰ μάταια θυσιαστήρια τῶν εἰδώλων. Καύσων δὲ καὶ αὐτὴ ἡ τῶν εἰδώλων λατρεία, πάντας τοὺς καρποὺς Ἰσραὴλ διαφθείρασα.

Καὶ διαθήκην μετὰ Ἀσσυρίων διέθετο, καὶ ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον ἐνεπορεύετο. Οὐ μόνον, φησὶ, τὰ μάταια ἐπλήθυνεν εἴδωλα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμὴν ἀφεὶς βοήθειαν, ἀνθρώποις προσέφευγε· καὶ ποτὲ μὲν τοῖς Ἀσσυρίοις ἐφιλιοῦτο, ποτὲ δὲ ἔλαιον τοῖ; Αἰγυπτίοις δῶρον προσέφερεν, ὡς μὴ ἔχουσιν. Ἐλαιοφόρος δὲ ὅτι μάλιστα ἡ Σαμαρεῖτις. Ἢ οὐ περὶ τοιούτου ἐλαίου λέγει, οὐδ' ὅτι αὐτοὶ ἐδίδοσαν τοῖς Αἰγυπτίοις ἔλαιον, ἀλλ' ὅτι χρυσὸν (10) αὐτοῖς προσφέροντες, B ἐλεηθῆναι παρ' αὐτῶν ἐπραγματεύοντο. *Πονηρὸν πνεῦμα*, οἱ ἔτι ἀπιστοῦντες τῶν Ἑβραίων, οἳ καὶ ὅλον τὸν βίον αὐτῶν διώκουσι τὸν καύσωνα, ὑπερκαιόμενοι τοῦ νόμου, μὴ θέλοντες εἰπεῖν· *Πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς ὁ Κύριος, ᾧ εἴπομεν· Ὑπὸ τὴν σκιάν αὐτοῦ ζησόμεθα·* ἀλλὰ μηδὲ πρὸς τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος τρέχοντες· καινὰς (11) δὲ καὶ ματαίας ἐλπίδας ἔχουσιν, ὅτι ἀπολήψονται τὴν πατρίδα. Διαθήκην γὰρ μετὰ τῶν νηπτῶν Ἀσσυρίων διέθεντο, καὶ τὴν ἔλεον (12) τοῦ Θεοῦ τοῖς ἐν πλάνῃ ἔθνεσι προήκαντο, οἳ (13) καὶ ἐκληρονομήσαμεν τοῦ τούτου [*f.* τοιούτ.] ἐλέου. Καὶ τὸ ἔλαιον δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ᾧ ἐχρίσθημεν βαπτισθέντες, ἐπραγματευσάμεθα ἡμεῖς ἐκ τῶν Ἑβραίων εἰς ἡμᾶς περιελθόν. Ἐκείνων γὰρ ἦν τὸ C ἔλαιον τῆς χρίσεως, τύπος ὂν τοῦ πνευματικοῦ χρίσματος. Κυκλοῖ ἐν ψεύδει τὸν Θεὸν καὶ ὁ ἀγαπῶν ματαιότητα, καὶ ζητῶν ψεῦδος, τουτέστι, τὰ ψευδῆ τοῦ παρόντος βίου ἀγαθά. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου ὑποδεχόμενος, καὶ πορευόμενος τῇ φλογὶ ᾗ ἐξέκαυσε, διώκει τὸν καύσωνα, καὶ ἀεὶ τούτῳ προστρέχει ἐξ ὧν πράττει, πρὸς τὸν καύσωνα τῆς γεέννης ἀεὶ φερόμενος. Οὗτος καὶ ταῖς ὑψηλόφροσι δυνάμεσι τῶν δαιμόνων φιλιοῦται, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον τοῦδε τοῦ βίου μετάγει τὸ ἔλαιον, τουτέστι, τὰ ἱλαρὰ χαρίσματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἃ ἔβλαβε βαπτισθεὶς, καὶ προδίδωσι τοῖς Αἰγυπτίοις, ὥστε τοῦ λοιποῦ μὴ δύνασθαι αὐτὸν λέγειν, ὅτι *Ὑψωθήσεται τὸ γῆράς μου ἐν* D *ἐλαίῳ πίονι.*

Καὶ κρίσις τῷ Κυρίῳ πρὸς τὸν Ἰούδαν τοῦ ἐκδικῆσαι τὸν Ἰακώβ. (14) Ὥσπερ τὸν Ἐφραὶμ, ἤτοι τὰς δέκα φυλὰς ὠνείδισεν, ὡς πληθύναντα μάταια, οὕτω νῦν πρὸς τὸν Ἰούδαν, ἤτοι τὰς ἐν Ἱεροσολύμοις δύο φυλὰς, λέγει κριθήσεσθαι. Οἳ ἐγένοντο μὲν τοῦ Ἰακὼβ ἀπόγονοι· οὐκ ἐμιμήσαντο δὲ τὴν ἐκείνου ἀρετήν· ἀλλὰ πρὸς αἰσχύνην αὐτοῦ καὶ ὕβριν ἐγέ-

Variæ lectiones et notæ.

(9) Κακῶν, *malorum*, Cod. Ven.
(10) Χρηστὸν, *bonum*, Cod. Bav. Sed Theodoretus ad hunc locum χρυσόν habet, ut in Cod. Ven.
(11) Κενὰς, *inanes*, Cod. Bav.
(12) Quasi legendum in textu sit ἔλεον, *misericordiam*, non ἔλαιον, *oleum*.
(13) Ὃ, *quod*, Cod. Bav.
(14) Ἔτι τὰς ἐν Ἱεροσολύμοις δύο φυλὰς λέγει κριθήσεσθαι, *adhuc duas, quæ Hierosolymis commorabantur, tribus judicatum ire dicit*, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ER

νοντο. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἐκδικήσω τὸν Ἰακὼβ νῦν· παραδοὺς γὰρ αὐτοὺς τοῖς πολεμίοις, τὴν ὕβριν, ἣν ἐκεῖνον ὕβρισαν, ἐκδικήσω.

Κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα. Ἡῶς ἔσται ἡ ἐκδίκησις λέγει, ὅτι ἀξίως τῶν ὁδῶν αὐτοῦ, ἤτοι τῶν ἔργων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἤτοι τῶν ἕξεων (15)· πολλάκις γάρ τις ποιεῖ πονηρόν τι, μὴ ἀπὸ πονηρᾶς ἕξεως· ἀλλ' οὗτοι καὶ ὧδευον πρὸς τὰ κακὰ, καὶ μελέτην ἐπιτηδεύματα ταῦτα ἐποιοῦντο.

Ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐπτέρνισε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐν κόποις αὐτοῦ ἐνίσχυσε πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐνίσχυσε μετὰ ἀγγέλου, καὶ ἐδυνάσθη. Τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ εἰς μέσον προτίθησι, τὴν τῶν ἐκγόνων αὐτοῦ παρανομίαν διελέγξαι θέλων, καὶ φησιν, ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἀπὸ μήτρας αὐτῆς ἐκλελεγμένος ἦν τῷ Θεῷ, διὰ τὴν μέλλουσαν πάντως ἀρετήν. Καὶ ἐπτέρνισε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, (16) καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐπάλαιε μετὰ τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τοῦ ἀγγέλου· καὶ οὕτως ἦν ἰσχυρὸς, ὥστε μετὰ τοῦ Θεοῦ παλαῖσαι, εἰ καὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ἐνάρκησεν. Ἐπάλαιε δὲ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ, παραμυθούμενος τὴν τούτου δειλίαν. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπαντῆσαι, αὐτὸν ἐφοβεῖτο, δείκνυσιν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ὅτι « Ἐπειδὴ μετὰ τοῦ Θεοῦ ἐνίσχυσας, καὶ μετὰ ἀνθρώπου δυνηθήσῃ. » Τὸν αὐτὸν δὲ καὶ Θεὸν καὶ ἄγγελον καλεῖ ἐνταῦθα ὁ προφήτης, ὡς καὶ Μωσῆς, ἵνα προτυπώσωσι τὸν Χριστὸν, ὃς καὶ *μεγάλης βουλῆς Ἄγγελός* ἐστι, τῆς τοῦ Πατρὸς, καὶ Θεὸς ἰσχυρός. Ἤγγειλε γὰρ ἡμῖν τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν, ἥτις ἦν, τὸ δι' αἵματος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰρηνοποιηθῆναι τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ταῦτα δὲ τύποι τῶν μελλόντων ἦσαν. Καὶ γὰρ ἐδήλουν, ὅτι οἱ ἐξ Ἰακὼβ ἀντιστήσονται τῷ ἀγγέλῳ τούτῳ καὶ Θεῷ· καὶ οἱ μὲν, ναρκήσουσι τὸν μηρὸν, τουτέστι, χωλανοῦσιν ἐν τῇ πίστει, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπέλευσιν οὐ ποιήσονται· οἱ δὲ, ὁμολογήσουσιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Ἰακὼβ, ὅτι *Εἶδον Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον*, σωματωθέντα δηλαδή. Ἐπεὶ δὲ Ἡσαῦ καὶ Ἐδὼμ ἐκλήθη, ὅ ἐστι *πυρρός*· ἔστι δὲ καὶ ἀδελφὸς τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα· ἐάν τις ψυχὴ ἐν τῇ κοιλίᾳ τὸν ἀδελφὸν Ἡσαῦ πτερνίσῃ, τουτέστι, μὴ τῇ γαστριμαργίᾳ τῆς πυρώσεως τοῦ αἵματος ὑπαχθῇ, ἀλλὰ ταύτην ἡττήσῃ, τῷ Θεῷ συμπλακήσεται, καὶ σκάσει μὲν ὁ μηρὸς αὐτῇ, ἀργήσει δὲ καὶ ἡ πρὸς τὰ ὑπογάστρια πάθη κίνησις· ὄψεται δὲ Θεὸν καθαρθεῖσα διὰ τῆς σωφροσύνης, καὶ ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι Ἰακὼβ, ἤτοι πτερνιστὴς, ὅ ἐστι πρακτικὸς, Ἰσραὴλ κληθήσεται, θεωρητικὸς δηλαδὴ, κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.*

Ἐκλαυσαν καὶ ἐδεήθησάν μου, ἐν τῷ οἴκῳ Ὧν εὑρόσάν με· ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς.

nia atque dedecore afficiebant. Pœnas igitur ab iis repetam, ait, pro Jacob ; eos enim hostibus tradens, ulciscar injuriam, quam ei intulerunt.

Juxta vias ejus, et juxta adinventiones. Docet, qua ratione vindicta sit sumenda, quæ quidem talis futura dicitur, qualem ejus viæ, scilicet opera, institutaque seu habitus promereantur. Sæpenumero enim male quis agit, non habitu pravo ductus : hi vero nefaria ad facinora ferebantur, hisque patrandis omne studium operamque impendebant.

Vers. 3. *In utero supplantavit fratrem suum, et in laboribus suis prævaluit ad Deum et confortatus est cum angelo, et potuit.* Patriarchæ Jacob historiam in medium affert, ejus posteros eorumque flagitia reprehendere volens, docetque eum in matris utero fuisse a Deo electum ob eximiam ipsius virtutem ; supplantasse fratrem ; tota eum nocte luctatum cum Deo, seu cum angelo, viribus adeo pollentem, ut cum Deo luciari potuerit, obtorpescente postea femore. Ideo autem cum eo Deus luctatus est, ut eum metu liberans recrearet. Cum enim fratri suo obviam iturus, sibi valde timeret, ei quodammodo Deus hæc dicere voluit : « Quoniam cum Deo pugnando prævaluisti, prævalebis etiam pugnaturus cum homine [9]. » Eumdem autem hoc loco vocat et Deum et angelum, ut et alibi Moyses, quo Christum uterque nobis vates ante designaret, qui et Paterni *magni consilii Angelus* est, et Deus fortis [10]. Is quippe nobis nuntiavit Patris consilium, quo per ipsiusmet Filii sanguinem pacificavit quæ in cœlis et quæ in terra sunt [11]. Hæc autem umbræ futurorum erant et imagines, quippe quæ designabant posteros Jacob huic angelo atque **108** Deo repugnaturos, proindeque fore, ut alii femore torpescerent, fide scilicet claudicarent, neque sese ad Deum reciperent, alii vero, ut patriarcha ille Jacob, se Deum *facie ad faciem vidisse* [12], nimirum hominem factum, testarentur. Quoniam vero Esau Edom quoque, scilicet *rufus* appellatur, estque corpus animi frater ; si cujus animus in ventre fratrem Esau supplantet, ferventis videlicet sanguinis cupidine minime frangatur, sed eam potius vincat, is cum Deo congredietur. Torpescet ei quidem femur, infimæ scilicet partis affectus ; sed per continentiam purgatus ; Deum intuebitur, et pro Jacob supplantatore, quod idem sonat ac Activus, appellabitur Israel, nimirum Contemplativus, juxta illud, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [13].

Vers. 4. *Fleverunt et me supplices orarunt in domo On, in qua invenerunt me : ibi dictum est ad eos.*

[9] Gen. xxxii, 28. [10] Isa. ix, 9. [11] Ephes. i, 10. [12] 1 Cor. xiii, 12. [13] Matth. x, 8.

Variæ lectiones et notæ.

(15) Πράξεων, *actionum*, Cod. Bav.

(16) Cod. Ven. addit : ἐξῆλθε γὰρ, φησὶν, ἐπειλημμένος τῆς πτέρνης τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ δι' ὅλης, κ. τ. λ. *exiit enim, ait, adhærens calcaneo fratris sui, et per totam*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

Locum hunc interpretes alii, Aquila, Symmachus et Theodotion, perinde ac si de Jacob dicatur, sic exponunt: *Fletit, supplexque eum oravit, inque Bethel eum invenit.* Cum enim fratris Esau Jacob insidias fugiens, ad patruum suum Labanum properasset, nactus in Bethel est divinam istam revelationem: *Noli timere Jacob, quia ego tecum sum* [15]. Flensque fortasse Deum orans, *Si mihi dederis*, inquit, *panem ad manducandum et vestimentum ad induendum, meque inpace dimiseris, erit mihi Dominus in Deum: et lapis quem erexi in domum Dei: cunctorumque quæ dederis mihi, decimas tibi offeram.* Hæc itaque ita explanantes interpretes isti, docent, Jacob in Bethel, ubi nunc idolum est On, flevisse, invenisseque ibi Deum, qui ei apparuerit dixeritque: *Ne timeas.* Septuaginta vero Interpretes cum plurali numero *Fleverunt, et supplices orarunt* dixerint, innuere nobis voluerunt, prophetam de populo verba facere. Nam cum alias, inquit, idolum ii colebant, tum vero etiam cum eos pœnitere videbatur, haud sacrum templum petentes, ibi fleverunt, sed ante idolum consistentes, meam ibi opem implorabant. Ego vero injuriis licet eo in loco ita affectus, mittendum tamen censui vatem meum Amos, qui eis verba mea nuntiaret. In Bethel enim oracula sua fundebat Amos, cum falsus ibi sacerdos Amasias ei dixit: *Proficiscere in terram Juda, ne vaticineris in Bethel, quia sanctificatio regis est* [16]; dicta scilicet est idolo, quod hic regem nominat. Alii vero alias historias Deum hoc loco memorare autumant, quæ historiæ ad prædictum Jacob referantur. Cum enim ejus filii Simeon et Levi Sycimitas interfecissent, **109** eo quod eorum soror Dina violata fuerat ab Emmor filio Sichem: Jacob vehementer angebatur, veritus ne ob Sycimitarum cædem a finitimis populis et ipse necaretur [16]. Hi genua idcirco procumbere: Deum supplex orare, qui eum exaudiens: *Ascende*, ait, *Bethel, et habita ibi* [17]. Tum vero is universam familiam suam affatus: *Tollite*, inquit, *deos alienos e medio vestrum; mutate vestimenta vestra, consurgentesque ascendamus Bethel* [18]; foceruntque ita. Propterea plurali numero usus dixit, *Fleverunt meque supplices orarunt*, quo significaret eos omnes qui Jacob circumsistebant, qui una cum ipso Bethel ascendere, atque Domino sacra facere cœperunt.

Τοῦτο οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ, Ἀκύλας, καὶ Σύμμαχος, καὶ Θεοδοτίων, ὡς περὶ τοῦ Ἰακὼβ τεθειμένον εἰρήκασιν· *Ἔκλαυσε καὶ ἐδεήθη αὐτοῦ, καὶ ἐν Βαιθὴλ εὗρεν αὐτόν.* Φεύγων γὰρ ὁ Ἰακὼβ τὴν τοῦ Ἡσαῦ ἐπιβουλὴν, καὶ πρὸς Λάβαν τὸν θεῖον αὐτοῦ ἀποδιδράσκων, ἐν τῇ Βαιθὴλ τῆς θείας ἀποκαλύψεως ἔτυχε· *Μὴ φοβοῦ, Ἰακὼβ, διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ* δεόμενός τε τοῦ Θεοῦ, τάχα μετὰ κλαυθμοῦ, *Ἐάν μοι δῷς ἄρτον*, ἔλεγε, *φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι, καὶ ἀποκαταστήσῃς με μετ' εἰρήνης, ἔσται μοι Κύριος εἰς Θεόν· καὶ ὁ λίθος, ὃν ἔστησα, εἰς οἶκον Θεοῦ· καὶ πάντων ὧν μοι δῷς δεκάτην ἀποδεκατώσω σοι αὐτά.* Ταῦτα τοίνυν παραδηλοῦντες οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ, φασὶν, ὅτι ἐν τῇ Βαιθὴλ, ἥτις νῦν τὸ εἴδωλον τοῦ Ὼν ἔχει, ἔκλαυσεν Ἰακὼβ, καὶ εὗρε τὸν ὀφθέντα καὶ λαλήσαντα αὐτῷ· *Μὴ φοβοῦ*· οἱ δὲ Ο', πληθυντικῶς εἰπόντες τὸ, *Ἔκλαυσαν καὶ ἐδεήθησαν*, διδάσαιν ἡμῖν νοεῖν, ὅτι περὶ τοῦ λαοῦ ταῦτο λέγει. Καὶ γὰρ, φησὶν, αὐτοὶ τόν τε ἄλλον χρόνον τὸ εἴδωλον ἐθεράπευον, καὶ ὅτε δὲ μεταμελείᾳ ἔδοξαν χρῆσθαι, οὐκ εἰς τὸν ἀφωρισμένον ναὸν ἐλθόντες ἔκλαυσαν, ἀλλὰ πρὸς τὸ εἴδωλον ἑστῶτες, τὴν ἐμὴν ἐπεκαλοῦντο βοήθειαν. Ἐγὼ δὲ ὅμως καίτοι ὑβριζόμενος οὕτως ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, τὸν προφήτην μου Ἀμὼς ἔπεμψα, λέγοντα πρὸς αὐτοὺς τὰ ἐμὰ ῥήματα. Ἐν γὰρ Βαιθὴλ προεφήτευσεν Ἀμὼς, ὅτε ὁ ψευδιερεὺς τῆς Βαιθὴλ Ἀμεσίας εἶπεν αὐτῷ· *Πορεύου εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ μὴ προφήτευε εἰς Βαιθὴλ, ὅτι ἁγίασμα βασιλέως ἐστί*· τουτέστιν, ἀφωρισμένη ἐστὶν αὕτη τῷ εἰδώλῳ, ὃν βασιλέα ὀνομάζει. Τινὲς δὲ ἑτέρας ἱστορίας μνημονεύειν φασὶ τὸν Θεὸν νῦν, εἰς τὸν Ἰακὼβ ταύτης ἀναγομένης. Καὶ γὰρ ὅτε Συμεὼν καὶ Λευὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, τοὺς Συκιμίτας ἀπέκτειναν, διὰ τὸ τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν Δίναν μιανθῆναι ὑπὸ Ἐμμὼρ τοῦ Συχὲμ, τηνικαῦτα ἤλγει Ἰακὼβ, καὶ περιδεὴς ἦν, μήπως ὑπὸ τῶν περιοίκων ἀπολεῖται διὰ τοὺς Συκιμίτας. Προσπεσὼν οὖν τῷ Θεῷ, εὗρεν εἰσακούσαντα αὐτοῦ, καὶ εἰπόντα πρὸς αὐτόν· *Ἀνάβηθι εἰς Βαιθὴλ, καὶ οἴκει ἐκεῖ*· ὅτε καὶ Ἰακὼβ προσεφώνει παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· *Ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν, καὶ ἀλλάξατε τὰς στολὰς ὑμῶν, καὶ ἀναστάντες, ἀναβῶμεν εἰς Βαιθήλ*· καὶ ἐποίησαν οὕτως. Διὸ πληθυντικῶς εἶπεν ἐνταῦθα τὸ, *Ἔκλαυσαν καὶ ἐδεήθησάν μου*, ἵνα δηλώσῃ τοὺς περὶ τὸν Ἰακὼβ πάντας, οἳ συνανέβησαν αὐτῷ εἰς Βαιθὴλ, καὶ ἐποίησαν θυσίαν τῷ Κυρίῳ.

VERS. 5. *Dominus autem Deus omnipotens erit mnemosynon ejus.* Dictum hoc si ad Jacob pertinere dicatur, sic accipies, Dominum scilicet eum sempiternæ memoriæ tradidisse, effecisseque, ut immortali is gloria perfrueretur. *Vivo* enim *ego*, ait Dominus: *honorantes me honorabo* [19]. Sin ad Hebræorum populum dictum illud referendum putes, sic accipe, quasi Deus populum istum cohortetur, eumque, talia verba fando, moneat:

Ὁ δὲ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἔσται μνημόσυνον αὐτοῦ. Εἰ μὲν ὡς περὶ τοῦ Ἰακὼβ λεγόμενον ἐνδέχῃ τὸ ῥητὸν, νοήσεις, ὅτι ὁ Κύριος αἰωνίαις μνήμαις αὐτὸν ἔθετο, καὶ εὐκλειαν ἀθάνατον αὐτῷ ἐπεβράβευσε. *Ζῶ* γὰρ *ἐγὼ*, λέγει Κύριος, *τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω.* Εἰ δὲ ὡς περὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἑβραίων λεγόμενον, οὕτω νοήσεις, ὅτι παραινετικῶς ποιεῖται τὸν λόγον, νουθετῶν αὐτοὺς, ἵνα ἐπεὶ τοιοῦτον Θεὸν ἔχουσι, πάντα κρατοῦντα,

[15] Gen. XXVIII, 20. [16] Amos VII, 12. [16] Gen. XXXIV, 26. [17] Gen. XXXV, 1. [18] Gen. XXXV, 2. [19] Gen. XIV, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

πάντα δυνάμενον, ὃς καὶ τὸν προπάτορα αὐτῶν ἐνίσχυσεν Ἰακώβ, δέον μνημονεύωσιν αὐτοῦ ἀεὶ, καὶ μηδέποτε αὐτοῦ ἐπιλάθωνται. Οἶκος τοῦ Ὢν, τουτέστι τοῦ Ἀνωφελοῦς, ἤγουν τῆς ἁμαρτίας, ὁ κόσμος οὗτός ἐστιν· ἐν γὰρ τούτῳ ἐνεργεῖται, ἐν δὲ τῷ ἐκεῖ παύεται. Οὐδὲν δὲ οὕτως ἀνωφελὲς, ὡς ἡ ἁμαρτία, μᾶλλον δὲ μυρίας βλάβης πρόξενον. Ἐν τοίνυν τούτῳ τῷ οἴκῳ κλαίων τις καὶ δεόμενος, εὑρήσει Θεὸν, καὶ λαληθήσεται πρὸς αὐτὸν τὸ, *Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου*. Ἐπὰν δὲ ὁ κόσμος οὗτος λυθῇ, οὐκέτι κλαυθμοῦ τοιούτου καιρὸς, τοῦ μακαριζομένου καὶ παράκλησιν ἔχοντος. Τοῦ οὕτω κλαίοντος, ὡς εἴρηται, ὁ Θεὸς ἔσται μνημόσυνον. Αἰώνιον γὰρ εὐφροσύνην ἔχων, ἔχει ταύτην ἐκ τοῦ μεμνῆσθαι τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ κατατρυφᾷν αὐτοῦ· *Ἐμνήσθην* γὰρ, φησὶ, *τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην*. Οἶκος τοῦ Ὢν, ὡς εἴρηται, Ἀνωφελοῦς, ἔστι καὶ ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ κατὰ κόσμον δόξα ἔν γε τοῖς πολλοῖς. Ὃς οὖν χρήσεται καὶ τῷ πλούτῳ καὶ τῇ δόξῃ κατὰ Θεὸν, πάντας ἐλεῶν, καὶ ἀδυνάτων προϊστάμενος, οὗτος ἐν τῷ οἴκῳ Ὢν εὑρίσκει τὸν Θεὸν, οἷος ἦν ὁ Ζακχαῖος. Διὸ καὶ λαληθήσεται πρὸς τοῦτον, ἃ πρὸς ἐκεῖνον· *Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο*· καὶ εἰς μνημόσυνον *αἰώνιον* ἔσται ὁ τοιοῦτος δίκαιος. Διότι *ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*.

A quoniam talem Deum haberent, qui cuncta posset, cunctaque nutu suo regeret, qui et eorum progenitorem confirmarit; ejus, uti par erat, omni tempore meminissent, operamque darent, ne se ulla unquam ejus oblivio caperet. Domus On, Inutilis, videlicet peccati, est hic mundus; in hoc enim mundo peccatum patratur, in altero cessat. Nihil autem ita inutile est, ut peccatum. Nihil imo adeo detrimentosum, cum immensum afferat detrimentum. Cum igitur hac in domo quis lugens orarit, Deum inveniet, qui ad ipsum hæc dicat, *Remittuntur tibi peccata tua* [20]; ubi vero mundus hic dissolvetur, haud amplius istiusmodi luctus tempus erit, qui pœnitentes solari beatosque facere valeat. Ejus qui ita lugeat, ut dictum est, *mnemosynon* Deus B erit. Quod enim æterna lætitia fruatur, habet id ex eo quod ipsius Dei meminerit, eoque delectetur: *Memor* enim, ait, *Dei fui, et delectatus sum* [21]. Domus On, scilicet Inutilis, ut superius exposuimus, est etiam opulentia, et in plerisque mundana gloria. Quisquis igitur ita divitiis utitur atque gloria, ut Deo placeat, pauperum miserendo sublevandoque tenuiores, is in domo On Deum reperit, uti Zacchæus; audietque a Deo ipso ea quæ ad Zacchæum hunc olim dicta fuere: *Hodie salus domui huic facta est* [22]; eritque talis vir justus mnemosynon sempiternum. Quoniam enim *dispersit, deditque pauperibus*, idcireo *justitia ejus manet in sæculum sæculi* [23].

Καὶ σὺ ἐν Θεῷ ἐπιστρέψεις, ἔλεον καὶ κρῖμα φυλάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς Θεόν σου διὰ παντός. Εἰ καὶ ἀπειθὴς, φησὶ, καὶ ἄτακτος εἶ, καὶ πάμπολυ ἀποδέων τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ, ᾧ τοσαύτην προσεμαρτύρησα ἀρετὴν, ἀλλ' οὖν παιδευθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, καὶ παραδοθεὶς αἰχμαλωσίᾳ, ἐπιστρέψεις πρὸς εὐπείθειαν καὶ εὐταξίαν. Εἶτα λοιπὸν ὡς ἤδη μαστιζομένῳ καὶ πληττομένῳ ἐπιφωνεῖ Θεός· *Ἔλεον καὶ κρῖμα φυλάσσου*. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις δεσπότης, μαστίζων οἰκέτην παρακούοντα, ἐπιφωνεῖ αὐτῷ τῷ μαστίζειν· *Ἄκουε τῶν ἐντολῶν μου*· οὕτω κἀνταῦθα Θεὸς, μαστίζων τὸν λαὸν, ὡς μὴ φυλάττοντα ἔλεον καὶ κρῖμα, ἐπιφωνεῖ αὐτῷ· *Ἔλεον καὶ κρῖμα φυλάσσου*· τουτέστι, Τοῖς τε παρ' ἀξίαν συμφοραῖς περιπίπτουσι συμπαθὴς ἴσο (τοιοῦτον γὰρ ἔλεος), καὶ τὸ δίκαιον κρῖνε. Εἶτα πρὸς τὴν ἀληθῆ θεογνωσίαν ἐνάγων, φησίν· *Ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διὰ παντός*· τουτέστι, Μὴ ἀποπλανῶ πρὸς εἰδωλολατρείαν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ πράττειν τὰ δέοντα, ἔτι καὶ τῷ Θεῷ λάτρευε. Οὐδὲν γὰρ ὄφελος τῆς τῶν ἀρετῶν δῆθεν ἐργασίας, ἐὰν μὴ θεογνωσία παρῇ. Σκόπει δὲ, ὅτι ὥσπερ ὁ νόμος ἔλεγεν· *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου*· οὕτω κἀνταῦθα τὰ δύο ταῦτα εἰσάγονται. Ἔοικε δὲ καὶ πρὸς τοὺς τέως μὲν ἀπιστοῦντας Χριστῷ, ὕστερον δὲ πιστεῦσαι μέλλοντας λέγειν ὁ προφήτης, ὅτι Καὶ σὺ ὁ νῦν ἀπιστῶν Ἰσραηλίτης, ἐν Χριστῷ ἐπιστρέψεις, ὃς ἐστι Θεός σου, οὐκ ἄνθρωπος ψιλὸς, ὡς

Vers. 6. *Et tu in Deo tuo converteris; misericordiam et judicium custodi, et appropinqua ad Deum tuum semper.* Et si contumax es, **110** ait, atque C dissolutus, patriarcha Jacob valde inferior, cui patriarchæ tantam inditam fuisse virtutem dixi; tamen a me correctus, captivitatique traditus, ad obedientiam bonamque frugem redigeris. Hunc deinde, quasi verberibus atque plagis affectum, ita alloquitur Deus: *Misericordiam et judicium custodi.* Perinde enim, ac si quis dominus non obedientem servum cædendo clamet, Audi mandata mea; ita hoc loci Deus populum corrigens, eo quod misericordiam et justitiam non servarit, ad eum clamat, *Misericordiam et judicium custodi*; misericors scilicet esto adversus eos qui citra culpam in calamitates inciderunt, id enim postulat misericordia, et fac recte justitiam administres. Dein ad veram D Dei cognitionem eum perducens, subdit, *Accede ad Deum tuum semper*; ne scilicet ad idolorum cultum amplius deflectas, sed age quæ decent, Deumque simul colito. Nulla enim exercendis virtutibus inest utilitas, ni Dei cognitio simul adsit. Illud autem animadvertas oportet, quod uti lex duo jubebat: *Diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum* [24]; ita et hoc loco utrumque inducitur. Ad eum item, qui huc usque Christo non credidit, quique postea ad ejus fidem sese recipiet, dicere propheta videtur: Tu quoque, Israelita, qui nunc

[20] Matth. IX, 2. [21] Psal. LXXVI, 4. [22] Luc. XIX, 9. [23] Psal. II, 9. [24] Deut. VI, 5; Levit. XXXIX, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

non credis, in Christo converteris, qui Deus tuus est, non simplex homo, uti putabas. Ne credas autem, ubi te ad Christum receperis, in posterum omni te officio solutum fore, quod per fidem justus evaseris: verum exercere debes virtutes, inopum miserendo quidem, sed ita, ut justitiam simul exercendo, singulis impertias pro cujusque indigentia. Denique concludens auditorem cohortatur: Fac virtutem omnem; *omni tempore* colendo *ad Deum accedas*; vitia namque nos a Deo sejungunt; virtutes contra, nos ei similes efficiendo, prope ad eum accedere faciunt. Animadverte autem et illud, *Semper*: non enim ad breve modo tempus excubias agere honestatis gratia decet. Quisquis item flagitia aversatus, ad Deum sese recipit, hoc non propriis viribus, sed ope divina se facere putet; Deus enim est, qui in nobis efficit, ut quæ sibi placita sint, et (18) velle et agere possimus. Judicibus item maxime convenit, una cum misericordia rectum judicium etiam exercere; plerique enim pauperum miserti, divites perperam condemnant, licet hisce justitia patrocinetur. Propterea lege nobis cautum est, ne pauperis in judicio misereamur. Quoniam autem plerumque fit, ut misereamur recteque judicemus, non Dei, sed hominum gratia, quibus placere maxime studeamus; idcirco subjicit, *Accede ad Deum*; respice scilicet non homines, sed Deum ipsum, qui tibi mercedem retribuere valeat.

ἐνόμιζες. Ἀλλὰ μὴ οἷου, ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψῃ, ἄνετος τοῦ λοιποῦ ἔσῃ, οἷα δικαιωθεὶς ἐκ πίστεως· ὀλλὰ καὶ τὰς ἀρετὰς ἐργάζου, ἐλεῶν μέν, ἀλλὰ μετὰ κρίσεως, ὥστε διδόναι ἑκάστῳ, καθὸ ἂν τις χρείαν ἔχῃ. Εἶτα συγκλείων τὸν ἀκροατὴν, πᾶσαν (17) ἀρετὴν, φησίν· Ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διὰ παντός. Αἱ μὲν γὰρ ἁμαρτίαι, διιστῶσιν ἀνὰ μέσον ἡμῶν καὶ Θεοῦ· αἱ δὲ ἀρεταὶ, ἐγγίζειν ποιοῦσι διὰ τὴν ὁμοιότητα. Ὅρα δὲ καὶ τὸ, Διὰ παντός· δεῖ γὰρ μηδὲ πρὸς βραχὺ πρὸς τὸ καλὸν ἀπονυστάζειν. Καὶ ὁ ἐξ ἁμαρτίας δὲ ἐπιστρέφων, μὴ οἰέσθω, ὅτι ἐν οἰκείᾳ δυνάμει ἐπιστρέφει, ἀλλ' ἐν Θεῷ· Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Μάλιστα δὲ ἁρμόσει τοῖς δικασταῖς μετὰ τοῦ ἐλεεῖν καὶ τὸ φυλάσσεσθαι κρίμα. Πολλοὶ γὰρ ἐλεοῦντες δῆθεν τοὺς πένητας, κατακρίνουσιν ἁπλῶς τοὺς πλουσίους, κἂν τὸ δίκαιον ἔχωσιν αὐτοῖς συνιστάμενον. Διὰ τοῦτο νομοθετούμεθα, μὴ ἐλεεῖν πτωχὸν ἐν κρίσει. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἐλεεῖν, καὶ δικαίως κρίνειν, μὴ κατὰ Θεὸν δὲ, ἀλλὰ πρὸς ἀνθρωπαρέσκειαν, ἐπάγει· Ἔγγιζε πρὸς Θεόν σου· μὴ ἀποστραφῇς πρὸς ἀνθρώπους· ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν βλέπε, τοὺς μισθοὺς ἀποδώσοντα.

111 VERS. 7. *Chanaan in manu ejus statera iniquitatis præponderare amavit.* Hæc equidem Ephraimum ego doceo, misericordiam et justitiam simul uti servet, et reliqua; ipse vero Chanaan evasit, Chananæorum avaritiam et injustitiam æmulando. Ita et Ezechiel ad Jerusalem dicit: *Semen et generatio tua de terra Chanaan* [25]. Quorum enim imitata mores est, eorum etiam denominationem obtinuit. His similia dixit et David de hominibus iis qui tum temporis vivebant: *Mendaces filii hominum in stateris, ut injuste agant* [26].

Χαναὰν ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας, καταδυναστεύειν ἠγάπησεν. Ἐγὼ μὲν, φησὶ, ταῦτα διδάσκω τὸν Ἐφραὶμ, ὥστε ἔλεον καὶ κρίμα φυλάσσειν, καὶ τὰ ἑξῆς· αὐτὸς δὲ Χαναὰν γέγονε, ζηλώσας τὴν τῶν Χαναναίων πλεονεξίαν καὶ ἀδικίαν. Οὕτω καὶ Ἰεζεκιὴλ λέγει πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ· Τὸ σπέρμα καὶ ἡ γέννησίς σου, ἐκ γῆς Χαναάν· ὧν γὰρ τοὺς τρόπους ἐζήλωσε, τούτων καὶ τὴν προσηγορίαν ἐδέξατο. Τοιοῦτον γὰρ καὶ Δαβὶδ εἶπε περὶ τῶν τότε ἀνθρώπων· Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς τοῦ ἀδικῆσαι.

VERS. 8. *Dixit Ephraim: Verumtamen dives effectus sum, inveni requiem mihi. Omnes labores ejus non invenientur ei propter iniquitates in quibus peccavit.* Cum ita per iniquitatem, ait, pauperumque oppressionem opes sibi Ephraim comparasset, futurum existimavit, ut aliquam inde requiem capere, seque, dum tentationis æstu agitaretur, refocillare posset; sed non ita erit. Quæcunque enim labore coegit, vana erunt, eique prorsus inutilia. Testatur id et David: *Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite, concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor apponere* [27]. Ii quoque quibus Dominus dixit, *Si filii Abraham essetis, Abrahæ opera faceretis* [28], Chanaan erant, statera iniquitatis usi; quippe qui, Barabbas latro uti dimitteretur, postu-

Εἶπεν Ἐφραίμ· Πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ. Πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ, διὰ τὰς ἀδικίας, ἃς ἥμαρτεν. Ἐξ ἀδικίας, φησὶ, καὶ τοῦ καταδυναστεύειν ἑτέρους πλουτήσας Ἐφραὶμ, ἐπήλπισεν, ὅτι ἀνάπαυσιν ἕξει, καὶ ἀναψύξει ἀπὸ καύσωνος παντὸς πειρασμοῦ· ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔσται. Ὅσα γὰρ ἐπόνησε, μάταια ἔσονται. Ταῦτα καὶ Δαβὶδ λέγει· Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε. Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. Κἀκείνοι δὲ, πρὸς οὓς εἶπεν ὁ Κύριος, Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν, Χαναὰν ἦσαν, ζυγὸν ἀδικίας κατέχοντες, οἵ γε τὸν λῃστὴν Βαραββᾶν ἐξῃτήσαντο· τὸν δὲ εὐεργέτην Χριστὸν, ἐσταύρωσαν, οἳ καὶ πρὸς αὐτὸν φθόνῳ ζῶντα δια-

[25] Ezech. XVI, 3. [26] Psal. LXI, 10. [27] Psal. LXI, 11. [28] Joan. VIII, 39.

Variæ lectiones et notæ.

(17) Εἰς τὴν πᾶσαν, Cod Ven.

(18) *Non sumus* enim *sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis*, ait D. Paulus II Cor. III, 15. *Et misericordia Domini*, teste Psalmista psal. LVIII, 11, *prævenit* nos, atque ita facit, ut velimus, eademque misericordia subsequitur, Psal. XXII, 6, efficitque, ut cum assensum prævenienti gratiæ præstiterimus, agamus quæ velimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

καιόμενοι, ψήθησαν παραψυχὴν (19) εὑρεῖν, θανατώσαντες αὐτόν. Ἀλλ' οὐδὲν ὀνήσονται, φησίν· οὐ μόνον γὰρ ἐκεῖνον παῦσαι οὐκ ἴσχυσαν δοξαζόμενον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἐξαίρετα αὐτῶν, ἐφ' οἷς ἐπόνησαν, ὑπὸ Ῥωμαίων ἠφανίσθησαν. Ἴσως καί τις ἐξ ἀδικίας πλουτῶν ἐρεῖ, ὅτι Πεπλούτηκα, εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ· ἀλλ' ἀκουέτωσαν οἱ τοιοῦτοι τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι Χαναὰν εἰσι παῖδες, ᾧ κατηράσατο Νῶε.

A larunt; Christum vero optime de se meritum crucifixerunt. Qui quidem adversus eum invidia, veluti flamma, flagrantes, aliquid inde refrigerationis se capturos putabant, si eum occidissent. Verum, ait, nullam hinc utilitatem capient; non solum enim id obtinere non potuerunt, ut ne amplius ipse coleretur, sed optima quæque, quæ prima ipsi ducebant, quibus colligendis magnopere laborarant, a Romanis dispersa sunt atque deleta. Fortasse quis etiam per iniquitatem dives effectus, dicere queat, Dives effectus sum, inveni requiem mihi; sed qui ita sit affectus, animadvertat inter alia se filium esse Chanaan, cui Moyses maledixerit.

Ἐγὼ δὲ Κύριος ὁ Θεός σου, ἀπὴ; ἀγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἔτι κατοικιῶ σε καὶ ποιήσω ἐν σκηναῖς κατοικεῖν, καθὼς καὶ ἐν ἡμέραις ἑορτῆς. Σὺ μὲν, φησὶ, τῷ πλούτῳ σου τῷ ἐξ ἀδικίας ἐπῆλπισας· ἐγὼ δὲ ὥσπερ σε ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ διὰ τῆς ἐρήμου βαδίζοντα ἐποίησα σκηναῖς κατοικεῖν· οὕτω καὶ νῦν μετοικιῶ σε καὶ ποιήσω ἐν σκηναῖς κατοικεῖν, καθὼς ἐν ταῖς τῆς Σκηνοπηγίας ἡμέραις εἴωθας ἐν ταῖς σκηναῖς κατοικεῖν. Καὶ γὰρ τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας ὁ Θεὸς διὰ τοῦτο προσέταξεν, ἵνα ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες, μὴ ἀμνημονῶσι τῆς ἐν ἐρήμῳ διαγωγῆς. Οὕτω μέντοι καὶ οἱ Θεοκτόνοι γενόμενοι, ἀπὸ χώρας εἰς χώραν μετανίστανται, καὶ ἐοίκασι τοῖς ἐν σκηναῖς κατοικοῦσι. Καὶ ὃν δὲ ὁ Κύριος ἐξάγει ὡς ἐξ Αἰγύπτου τῆς ἁμαρτίας, διδάσκει σκηνὴν ἡγεῖσθαι καὶ παροικίαν τόνδε τὸν βίον. Τότε γὰρ καὶ ἔστιν ἑορτάζειν τῷ Κυρίῳ τὴν κατὰ πνεῦμα ἑορτήν.

B

Vers. 9. *Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de terra Ægypti. Adhuc habitare faciam te in tabernaculis, sicut in die solemnitatis.* Tu quidem, ait, iniquitate partis tuis opibus magnopere confidebas; ego vero ut olim eduxi te ex Ægypto, perque deserta loca vagantem in tabernaculis habitare feci, sic et in præsentia patriis te sedibus depellam, inque tentoriis habitare faciam, ut Scenopegiæ tempore consueveras. Ob id enim Deus Tabernaculorum solemnitatem imperavit, ut in hisce degentes, nunquam ejus temporis memoriam deponerent, quo tempore desertis in locis essent commorati. Ad hunc plane modum sese habent et Deicidæ Judæi, qui ex uno in alium locum transferuntur, iis plane similes effecti, qui in tabernaculis degebant. Quemcumque præterea abducit Deus a peccato, tanquam **112** ex Ægypto, monet, tabernaculum peregrinationemque ducat præsentem hanc vitam; tum enim et solemnitatem istam secundum spiritum Domino celebrare merito potest.

Καὶ ἐλάλησα πρὸς προφήτας, καὶ ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. Δικαίως, φησὶ, μετοικιῶ ὑμᾶς, διότι ἃ διὰ τῶν προφητῶν μου ἐλάλουν εἰς νουθεσίαν ὑμῶν, οὐκ ἠκούσατε (τὸ γὰρ, *Ἐλάλησα*, ἀντὶ τοῦ, Ἐλάλησα)· καὶ οὐ λόγους μόνον εἶπον, ἀλλὰ καὶ ὁράσεις ἐπλήθυνα, τουτέστι, προφητείας διὰ τῶν πραγμάτων δεικνυμένας· ὥσπερ καὶ αὐτὸν τοῦτον τὸν προφήτην ἐκέλευσε, ποτὲ μὲν πόρνην λαβεῖν, ποτὲ δὲ μοιχαλίδα, διὰ τῶν ἔργων, ὧν ἐώρων, παιδεύων αὐτούς. Διδάσκει δὲ καὶ ὅτι διαφόροις ἀποκαλύψεσιν ἐχρήσατο, οὐ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐπιδεικνὺς (ἀόρατος γὰρ αὐτῇ). ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑκάστοτε χρείαν τύπους τινὰς καὶ ὁμοιώματα δεικνύων τῆς θείας φύσεως καὶ ἐνεργείας. Ἄλλως γὰρ τῷ Δανιὴλ, καὶ ἑτέρως τῷ Ἰεζεκιὴλ, καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ ἑτέρως, καὶ τῷ Μιχαίᾳ ἄλλως. Τινὲς δὲ οὕτως· Ἐγὼ μὲν τὰς ὁράσεις ἐπλήθυνα τὰς προφητικάς· οἱ δὲ ὑμέτεροι ψευδοπροφῆται τὰ ἔργα τῶν ἐμῶν προφητῶν μιμούμενοι, καὶ τούτοις ὁμοιούμενοι, τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν ἔλεγον. Ἱερεμίας μὲν γὰρ ξυλίνους χλοιοὺς περὶ τὸν τράχηλον θέμενος, ὑπεδήλου τὸ καταδουλωθήσεσθαι τὸν βασιλέα· ὁ δὲ ψευδοπροφήτης Ἀνανίας λαβὼν, συνέτριψε τούτους, εἰπὼν, ὅτι *Τάδε λέγει Κύριος*·

C

D

Vers. 10. *Et loquar ad prophetas, et ego visiones multiplicavi, et in manu prophetarum assimilatus sum.* Jure, inquit, ac merito vos alio transferam, propterea quod non attendistis ea quæ vestram ad correctionem vobis locutus sum; illud enim, *Loquar*, pro Locutus sum, usurpatur. Neque verba modo feci, sed et visiones multiplicavi, prophetias nimirum, quæ rebus ipsis ostenderentur. Ad hunc plane modum et huic prophetæ Deus jussit, modo meretricem sibi adjungeret, modo adulteram; atque rebus, quas suis ipsimet oculis cernerent, eos instituit. Ostenditque præterea, se multis revelationibus usum, non quo suam ipsius naturam ob oculos eis poneret, cum ea talis sit, ut oculis omnino percipi nequeat, sed ut pro temporum necessitate quasdam cum naturæ divinæ, tum hujus ipsius facultatis, figuras exhiberet et imagines. Alia enim ratione Danieli Deus apparuit, alia Ezechieli, aliter Isaiæ, Michææ aliter. Alii locum hunc ita exponunt, quasi dicat: Ego equidem propheticas vobis visiones multiplicavi; vestri vero falsi vates, meos imitati prophetas eorumque facta, similes eis effecti, effutiebant, quæ corde quisque suo comminiscebatur. Jeremias enim ligneas ca-

Variæ lectiones et notæ.

(19) Ἀναψυχὴν, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

tenas collo suo circumponens, futurum innuit, ut in servitutem rex duceretur; falsus contra vates Ananias catenas easdem corripiens, confregit, talia fatus : *Sic conteram jugum regis Babylonis* [20]. Populum itaque reprehendit, quod, cum ad prophetas loqueretur, ipsum non audivit, sed obsequi falsis prophetis maluit, qui divinorum oraculorum speciem præ se ferebant, minime tamen veritatem loquebantur. Quoniam autem uti futurum dicitur, *Loquar ad prophetas*, sermo forte est de apostolis atque prophetis qui eorum temporibus vixerunt, ad quos pertinet illud Domini dictum, *Ego mitto prophetas et scribas et sapientes* [20]. Tales igitur ad prophetas, inquit, loquar ego, qui futuram meam incarnationem per figuras et imagines quasdam adumbravi, multa variaque prophetis qui legis tempore vixerunt, visionum genera ob oculos ponendo. Quoniamque nunc videmus per speculum et in ænigmate [21] : merito cognitio omnis quæ hic fit, umbra quædam est, omnisque visio non una et simplex, sed multiplex et varia, eademque per imagines quasdam quæ sensibus subjiciantur, exprimitur. Ita Deum, et solem et ignem, et vitam, et id genus alia nominamus.

A *Οὕτως συντρίψω τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος.* Ἐγκαλεῖ οὖν τῷ λαῷ, ὅτι λαλοῦντος αὐτοῦ πρὸς τοὺς προφήτας, οὐκ ἤκουεν, ἀλλὰ τοῖς ψευδοπροφήταις ἐπίθετο, οἱ ὁμοιώματα θείας προφητείας, οὐκ ἀλήθειαν ἔλεγον. Ἐπεὶ δὲ ὡς μέλλον λέγεται τὸ, *Λαλήσω πρὸς προφήτας*, τάχα περὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς λέγει προφητῶν, δι' οὓς καὶ ὁ Κύριος λέγει, ὅτι Ἐγὼ *ἀποστέλλω προφήτας καὶ γραμματεῖς καὶ σοφούς*. Λαλήσω οὖν, φησὶ, πρὸς τοὺς τοιούτους προφήτας ἐγὼ, ὃς ὁμοιώματά τινα τῆς ἐμῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας προετύπωσα, ἐν τοῖς κατὰ νόμον προφήταις ποικίλας καὶ πολλὰς ὁράσεις ὑποδείξας. Ἐπεὶ δὲ καὶ βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, εἰκότως πᾶσα γνῶσις ἐνταῦθα γενομένη, ὁμοίωμά ἐστι, καὶ πᾶσα ὅρασις οὐχ ἁπλῆ ἐστι καὶ ἀπλῆ, ἀλλὰ πεπληθυσμένη, δι' αἰσθητῶν τινων εἰκόνων τυπουμένη. Οὕτω καὶ τὸν Θεὸν, ἥλιον, καὶ πῦρ, καὶ ζωὴν, καὶ τἆλλα τοιουτότροπα ὀνομάζομεν.

B

Vers. 11. *Si non Galgala est, falsi ergo erant in Galgala principes immolantes.* Ego equidem ita vos per prophetas instituemus putavi : vos contra, una cum principibus vestris Galaad atque Galgala petere :, futilia ibi prorsusque vana peragere : idolis sacra facere. Harum autem duarum urbium ideo meminit, quod, ut superius dixit, omnium maxime idola consectabantur. Quoniam autem Assyriorum rex Phua urbem Galaad, quæ trans Jordanem erat, invasit, eamque primum cepit, propterea Deus ait : Cum non amplius sit Galaad (funditus enim eversa fuit), perspicuum hinc est, principes sacerdotesque vestros qui Galgalis convenerant, vanos omnino fuisse, frustra scilicet laborasse ; vanum enim erat sacra idolis facere, et ab hisce bona quærere.

113

Et altaria eorum quasi testudines super sulcum agri. Aut sensus est, eos excelsa et conspicua construere altaria consuesse, cujusmodi sunt testudines, vel aggeres, quos aquarum cohibendarum gratia exstruere solent agricolæ qui aggeres eo nomine appellantur. Aut hoc aliud innuitur : Quemadmodum scilicet amphibium animal testudo, cum in aqua degit, facile venatores effugit ; in continente contra, facile capitur : ita et altaria quæ vos idolis erexistis, facile ab hostibus diripientur atque funditus evertentur. Vel demum sensus est : Ut justi mens ara Deo dilecta est, ita contra mens impii et flagitiosi hominis testudinis speciem quamdam præ se fert. Qui quidem crasso corporis putamine tegitur, eoque vehementer oneratus, tardus incedit ; caro quippe totus effectus, nihil quod ex imagine Dei profluat, venusti præ se fert, sed in propatulo gerit deformitatem quæ a culpa manat, perque sterilem et incultam agri, mundi

C

Εἰ μὴ Γαλαὰδ ἐστιν, ἆρα ψευδεῖς ἦσαν ἐν Γαλγάλοις ἄρχοντες θυσιάζοντες. Ἐγὼ μὲν, φησὶν, οὕτω διὰ τῶν προφητῶν ὑμᾶς ἐνουθέτευν· ὑμεῖς δὲ ἀναβαίνοντες εἰς Γαλαὰδ καὶ Γάλγαλα, σὺν τοῖς ἄρχουσιν ὑμῶν, τὰ ψευδῆ καὶ μάταια ἐτελεῖτε, τοῖς εἰδώλοις θύοντες. Μέμνηται δὲ τῶν δύο τούτων πόλεων, ὡς κατεσιδώλων οὐσῶν ὑπὲρ τὰς ἄλλας, ὡς ἀνωτέρω εἶπεν. Ἐπεὶ οὖν ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς Φουὰ ἐπελθὼν, τὴν Γαλαὰδ πόλιν πρώτην εἷλε, πᾶραν οὖσαν τοῦ Ἰορδάνου, φησὶν, ὅτι Εἴπερ οὐκ ἔστιν ἡ Γαλαὰδ (ἐξωλοθρεύθη γάρ), ἆρα πρόδηλον, ὅτι ἐν Γαλγάλοις ἀναβαίνοντες ἄρχοντες ὑμῶν καὶ θυσιάζοντες, ψευδεῖς ἦσαν, ὅ ἐστι ματαιοπονοῦντες· ματαιότης γὰρ τὸ θύειν τοῖς εἰδώλοις, παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες τὰ ἀγαθά.

D

Τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν, ὡς χελῶναι ἐπὶ χέρσου ἀγροῦ. Ἢ ὅτι τοιαῦτα θυσιαστήρια ἐποίουν ὑψηλὰ καὶ ἀπόβλεπτα, ὡς χελῶναι, ἤτοι αἱ ἀναχωματώσεις, ἃς ποιοῦσιν οἱ γεωργοὶ διὰ τὰ ὕδατα· χελῶναι [χελώνας ?] γὰρ τὰ τοιαῦτα καλοῦσιν. Ἢ, ὅτι Ὥσπερ ἡ χελώνη τὸ ζῶον ἀμφίβιον οὖσα, ἐν μὲν τῷ ὕδατι διαιτωμένη, διαφεύγει πολλάκις τοὺς θηρεύοντας· ἐν δὲ τῇ χέρσῳ, εὐάλωτός ἐστιν· οὕτως καὶ οἱ βωμοὶ τῶν εἰδώλων, οἱ παρ' ὑμῶν οἰκοδομηθέντες, εὐάλωτοι ἔσονται τοῖς πολεμίοις, καὶ ὑπ' ἐκείνων κατασκαφήσονται. Ἢ ὥσπερ ὁ νοῦς τοῦ δικαίου, θυσιαστήριόν ἐστιν ἀγαπητὸν τῷ Θεῷ, οὕτω καὶ ὁ τοῦ ἀσεβοῦς καὶ ἁμαρτάνοντος, χελώνῃ ἔοικεν, ὑπὸ τοῦ παχέος ἑλύτρου τοῦ σώματος καλυπτόμενος, καὶ βαρὺς ὑπὸ τούτῳ κινούμενος, ἅτε δὴ κατασαρκωθεὶς ὅλος, καὶ οὐδεμίαν ὡραιότητα ἐκ τοῦ κατ' εἰκόνα φέρων, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς κακίας ἀμορφίαν ἐμφαίνων, καὶ ἐν τῇ χέρσῳ καὶ ἀκάρπῳ διαγωγῇ τοῦ ἀγροῦ τοῦ κόσμου τούτου πλανώμενος.

[20] Jerem. xxviii, 11. [20] Jerem. xxv, 4. [21] I Cor. xiii, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Καὶ ὅταν ἴδῃς ἄνθρωπον, ἄλλοτε ἄλλον γινόμενον, καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τοῖς ἔθεσι, τοῖς τε ἄλλοις ἀμφιβίοις ζώοις, καὶ χελώνῃ αὐτὸν παρείκασον.

A scilicet hujus, regionem oberrando vagatur. Cum item cernis hominem qui alium atque alium se præbeat, et modo hanc modo illam ambiguis moribus vitæ rationem amplectatur, fac eum cum aliis amphibiis animalibus, tum maxime testudini comparet.

Καὶ ἀνεχώρησεν Ἰακὼβ εἰς πεδίον Συρίας, καὶ ἐδούλευσεν Ἰσραὴλ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐφυλάξατο. Ἡλίκην τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ γαμετῆς ἐμνημόνευσε, καί φησιν, ὅτι ἐκεῖνος μὲν τῇ μητρὶ αὐτοῦ πεισθεὶς, παραινούσῃ μὴ λαβεῖν γυναῖκα ἐκ τῆς γῆς Χαναὰν, ἀνεχώρησεν εἰς Συρίαν πρὸς Λάβαν· καὶ ἐδούλευσε μὲν ἐκείνῳ ἐν γυναικὶ, ἀντὶ τοῦ, διὰ γυναῖκα, καὶ ἐφυλάξατο λαβεῖν γυναῖκα Χαναναίαν. Ἢ ὅτι διὰ τὴν Ῥαχὴλ ἐφύλαξε πάντα, ὅσα ἀνετέλλετο [*f.* ἐνετ.] αὐτῷ Λάβαν.

Vers. 12. *Et recessit Jacob in campum Syriæ, et servivit Israel in uxore, et observavit.* Rursus patriarchæ Jacob uxoris meminit, docetque, eum matri obsequentem suæ, quæ ne Chananæam uxorem duceret hortabatur, in Assyriam ad Labanum contendisse, eique servisse in uxore, uxoris videlicet gratia, cavisseque ne uxorem duceret Chananæam. Vel *observavit* ideo dicit, quod Rachelis gratia servavit, quæcunque a Labano imperabantur.

Καὶ ἐν προφήτῃ ἀνήγαγε Κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἐν προφήτῃ διεφυλάχθη. Διὰ τὴν αὐτοῦ, φησὶν, ἀρετὴν καὶ οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ Ἰσραηλῖται ἠγαπήθησαν ὑπὸ Θεοῦ, καὶ ἀνήγαγεν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου ἐν προφήτῃ τῷ Μωϋσεῖ, καὶ διεφύλαξεν αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ προφήτου (20) ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ ταῦτα πολλῶν προσπολεμούντων αὐτοῖς ἐχθρῶν. Ἢ καὶ δι' Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐφυλάχθησαν· καὶ τοῦτον γὰρ προφήτην καλεῖ. Ταῦτα τύπος Χριστοῦ. Εἰς γὰρ τὴν γῆν ἐπιβὰς, τὴν Ἐκκλησίαν ἐμνηστεύσατο, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐδούλευσε σαρκὶ καὶ πάθεσι, καὶ ταῖς νομικαῖς ἐντολαῖς, ἃς ἐφύλαξε. Καὶ ἐν αὐτῷ ἀνήχθημεν ἐξ Αἰγύπτου τῆς ἁμαρτίας, καὶ φυλαττόμεθα· ὁ προφήτης γὰρ ἐστιν αὐτὸς, περὶ οὗ εἶπε Μωσῆς· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος.* Καὶ πᾶς δὲ ἄξιος γενόμενος τοῦ κληθῆναι Ἰσραὴλ, καὶ ὁρῶν τὸν Θεὸν, καὶ δουλεύει ἐν γυναικὶ, ὅτε τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖται μὴ εἰς ἐπιθυμίαν· καὶ φυλάσσεται ἐν γυναικὶ, ὅτε ὑπωπιάζει τὴν σάρκα καὶ δουλαγωγεῖ· ἀνάγεταί τε ἐξ Αἰγύπτου, τοῦ σκοτεινοῦ τούτου βίου, διὰ προφήτου, τουτέστι, τοῦ λόγου, τοῦ περὶ τῶν μελλόντων διαβεβαιουμένου πρὸς ἡμᾶς. Εἰ γὰρ μὴ πιστεύσει τις τῷ λέγοντι, ὅτι ἔσται τις ἑτέρα κατάστασις μετὰ θάνατον θειοτέρα, πῶς ἀναχθήσεται ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, οὗ τὰ ἡδέα ἐν χερσίν ἐστιν; diviniorem, qui fiat, ut educatur ex hoc mundo, tur?

Vers. 13. *Et in propheta eduxit Dominus Israel de Ægypto, et in propheta servatus est.* Ob ejus, inquit, virtutem, ipsius etiam posteros Israelitas dilexit Deus, eduxitque ex Ægypto per prophetam Moysem, eosque, per hunc ipsum prophetam, desertis in locis incolumes servavit; idque, cum multi eos hostes insequerentur. Vel etiam per Jesum, filium Nave, servati Israelitæ fuerunt, quem et ipsum prophetam appellat. Hæc Christi figura sunt et imago. Cum enim in terram descendisset, Ecclesiam sibi adjungere constituit, cujus gratia carni, ejusque affectibus, obnoxius evasit obtemperavitque legalibus mandatis, eaque 114 sibi maxime servanda putavit. Per hunc ex Ægypto, peccato nimirum, educti sumus, perque ipsum incolumes servamur. Propheta namque is est, quo de propheta Moyses: *Prophetam suscitabit tobis Dominus* [22]. Quisquis item dignus factus est, qui Israel vocetur, Deum videns, et servit in uxore, cum carnis curam gerit non ad libidinem: et servat in uxore, cum carnem eamdem affligit, redigitque in servitutem, et ex Ægypto, tenebrosa videlicet hac vita, educitur per prophetam, Dei verbum nimirum, quo futura nobis felicitas denuntiatur. Ni enim fidem quis adhibeat affirmanti futuram post mortem aliam vitæ rationem plane cujus perjucunda bona præ manibus versan-

Ἐθυμώθη Ἐφραὶμ, καὶ παρώργισεν. Ὁ μὲν Ἰακὼβ, φησὶν, οὕτως ἔσπευσε μὴ παραβῆναι τὴν τῆς μητρὸς παραίνεσιν, καὶ δουλεύειν ἐφύβριστον εἵλετο, ἵνα γυναῖκα λάβῃ ἐκ γένους ἀγαθοῦ· ὁ δὲ ἐξ ἐκείνου γεννηθεὶς λαὸς τοῦ Ἐφραὶμ, πάντα ἐποίησεν, ὅσα πρὸς θυμόν με καὶ ὀργὴν κινοῦσι, τὰς χρυσᾶς στήσας δαμάλεις, καὶ προσκυνῶν αὐταῖς.

Vers. 14. *Ad iracundiam provocavit me Ephraim et ad iram.* Jacob quidem, ait, ita matris consilio parere studuit, servitutemque servire non dubitavit adeo ignominiosam, quo sibi præclara de stirpe uxorem duceret: Ephraim contra populus, ab coprognatus, omnia ea facinora patravit, quæ me ad iram indignationemque movent, aureas juvencas erigendo colendoque.

Καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ αὐτὸν ἐπιχυθήσεται. Παρώργισέ με, φησὶν, ἀλλὰ τῆς ἀπωλείας αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος ἔσται· ἀναμάξεται ἐφ' ἑαυτὸν πάσας τὰς θανατικὰς κακώσεις.

Et sanguis ejus super eum effundetur. Ad iram, ait, me provocavit; atque ità suæ sibi ipse perditionis auctor erit, lethales in se calamitates arcessens.

[22] Deut. XVIII, 15.

Variæ lectiones et notæ

(20) Διὰ τῆς αὐτοῦ προφητείας, *per ejus prophetiam*, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Opprobrium retribuet illi Dominus secundum verbum Ephraim. Opprobrium Deus appellat injuriam, qua fuit affectus ab Jeroboam, cum populum hic affatus : *Nolite*, ait, *ascendere Hierosolyma : ecce dii tui Israel qui te eduxerunt ex Ægypto* [36]. Opprobrium igitur hoc et injuriam quæ per Ephraim, Joroboami videlicet sermonem, illata Deo est, compensabit ei Dominus. Aut sensus est, Ephraim opprobrio et injuria affectum iri secundum verbum ejus, pro ratione scilicet impietatum ejus. Christi item interfectoribus retributum est opprobrium, quo ipsum affecerunt, dicentes : *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere* [36]. Ecquomodo fuit retributum? Eo scilicet modo quo ipsi postularunt : *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* [36].

A Καὶ τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ ἀνταποδώσει Κύριος αὐτῷ κατὰ τὸν λόγον Ἐφραίμ. Ὀνειδισμὸν λέγει ὁ Θεὸς τὴν οἰκείαν ὕβριν, ἣν ὕβρισεν αὐτὸν Ἱεροβοὰμ, εἰπὼν πρὸς τὸν λαόν· Μὴ ἀναβαίνετε εἰς Ἱεροσόλυμα· ἰδοὺ οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἱ ἀνήγαγόν σε ἐξ Αἰγύπτου. Τὸν οὖν ὀνειδισμὸν τοῦτον καὶ τὴν ὕβριν, τὴν κατὰ τὸν λόγον τοῦ Ἐφραὶμ, τουτέστι, τοῦ Ἱεροβοὰμ, εἰς Θεὸν γενομένην, ἀνταποδώσει αὐτῷ ὁ Κύριος. Ἢ ὅτι ὀνειδισθήσεται καὶ ὑβρισθήσεται ὁ Ἐφραὶμ, κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, τουτέστιν ἀναλόγως καὶ καταλλήλως ταῖς δυσσεβείαις αὐτοῦ. Ἀπεδόθη καὶ τοῖς Χριστοκτόνοις ὀνειδισμὸς, ὃν ὠνείδιζον τῷ Χριστῷ· Ἄλλους ἔσωσε, καὶ ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Πῶς ἀπεδόθη; Κατὰ τὸν λόγον, ὃν εἶπον· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.

CAPUT XIII.

VERS. 1. *Justificationes accepit in Israel, et posuit Baal.* Cum meas accepisset leges, quibus consentaneam cum vitam degere oportebat, neque ita colere : Baal eas numini posuit, idolis nimirum dicavit, pactum cum hisce quodammodo incundo, quo se illis obsecuturum polliceretur.

Et mortuus est. Tum animo, tum corpore : animo quidem, quatenus idolorum servus Israelita factus est ; corpore vero, quatenus inimicis ad supplicium est traditus. Fortasse vero commonefacere modo **115** nos voluit veteris illius historiæ, cum a Deo ad Beelphegor desciscentibus Israelitis, multa eorum millia cæsa sunt [36], cum item Israelita, qui cum Madianitide rem habebat, a Phinees est interfectus [36].

VERS. 2. *Et nunc apposuerunt, ut peccarent, et fecerunt sibi conflatilia ex argento suo, secundum imaginem idolorum, opera artificum conflata eis.* Augent, ait, impietatem : non enim contenti sunt prioribus flagitiis, neque per cædem illam ad sanitatem reversi sunt, sed insuper idola fecerunt, partim argentea, quæ scilicet argento conflarentur, partim lignea opificum manu facta, quæ ipsi sibi construxerunt. Quod eis dedecori est, cum adorarint, quæ ipsi effecerunt.

Ipsi dicunt : Immolate homines : vituli enim defecerunt. Non solum, ait, hos sibi deos fecerunt, sed populum etiam hortabantur, ut homines hisce mactarent. Immolaverunt enim, ait, filios et filias suas dæmoniis [37]. Acriter dein eos perstringens, deridensque eorum impietatem, subdit : *Vituli enim defecerunt*, quasi diceret : Itane, impiissimi homines, defecerunt vituli, ut homines mactare sit opus? Quidam vero locum hunc ita interpretantur, ut sensus sit : Tot erant eorum dii, tot victimæ, tot altaria, ut et vituli deficerent, et homines inposterum mactarentur. Hebræi quoque, qui post Christum vixere, martyres immolabant, eos interficientes, eo quod legalibus in victimis deficere cepissent vituli, cum abrogaretur lex per fidem

B Καὶ ἀπέθανε. Καὶ ψυχικῶς, καθὸ εἰδώλων δοῦλος γέγονε, καὶ σωματικῶς, καθὸ τοῖς πολεμίοις ἐξεδόθη. Ἴσως δὲ καὶ τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἱστορίας μέμνηται, ὅτε πορνευσάντων Ἰσραηλιτῶν, τῶν τελεσθέντων τῷ Βεελφεγὼρ, ἔπεσον πολλαὶ χιλιάδες, ὅτε καὶ ὁ Ἰσραηλίτης τῇ Μαδιανίτιδι συμπλεκόμενος,

C ἐθανατώθη ὑπὸ Φινεές.

Καὶ νῦν προσέθεντο τοῦ ἁμαρτάνειν ἔτι, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς χώνευμα ἐκ τοῦ ἀργυρίου αὐτῶν, κατ' εἰκόνα εἰδώλων, ἔργα τεκτόνων συντετελεσμένα αὐτοῖς. Αὔξουσι, φησὶ, τὴν ἀσέβειαν· οὐ γὰρ ἔστησαν ἐπὶ τῶν προτέρων, οὐδὲ ἐσωφρονίσθησαν τῷ θανάτῳ· ἀλλ' ἔτι ἐποίησαν καὶ εἴδωλα· τὰ μὲν χωνευτὰ, ἐξ ἀργυρίου· τὰ δὲ ἔργα τεκτόνων, τουτέστι, ξύλινα, ἃ αὐτοὶ συνετέλεσαν καὶ ἐξειργάσαντο. Ὃ καὶ πρὸς αἰσχύνην ἐστὶν αὐτοῖς, ὅτι ταῦτα προσεκύνησαν, ἃ αὐτοὶ συνετέλεσαν.

Αὐτοὶ λέγουσι· Θύσατε ἀνθρώπους· μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασιν. Οὐ μόνον, φησὶν, ἐποίησαν τούτους θεοὺς, ἀλλὰ παρεκελεύοντο θύειν ἀνθρώπους. Ἔθυσαν γὰρ, φησὶ, τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. Εἶτα διασύρων καὶ διαγελῶν ὡς ἐνυβρίζητε τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν, φησὶν· Μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασιν· ὡσανεὶ ἔλεγεν· Οὕτως, ὦ ἀσεβέστατοι, ἐξέλιπον οἱ μόσχοι, ὥστε ἀνθρώπους θύειν; Τινὲς δὲ οὕτως· Τοσοῦτοι ἦσαν οἱ θεοὶ αὐτῶν, καὶ τοσαῦται αἱ θυσίαι καὶ τὰ θυσιαστήρια, ὥστε καὶ τοὺς μόσχους ἐκλελοιπέναι, καὶ λοιπὸν ἀνθρωποθυτεῖν αὐτούς· καὶ οἱ μετὰ Χριστὸν Ἑβραῖοι τοὺς μάρτυρας ἔθυον ἀναιροῦντες, διότι ἐκλελοίπασιν οἱ ἐν ταῖς νομικαῖς θυσίαις θυόμενοι μόσχοι, τοῦ νόμου καταργουμένου διὰ τῆς

[36] III Reg. XII, 28. [36] Matth. XXVII, 42. [36] Ibid. 25. [36] Num. XXV, 3. [36] Ibid. 8. [37] Psal. CV, 37.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πίστεως, ἣν οἱ μάρτυρες ἐκήρυττον. Καὶ πᾶς δὲ ὁ A
τὴν ἡδονὴν τιμῶν ὡς ἀγαθὸν, ἥ ἐστιν εἴδωλον ἀγαθοῦ
καὶ ἡδονῆς, ἀνθ' ὧν ἔδει σφάττειν μόσχους, ἤτοι τὴν
ἀλογίαν, ἀνθρώπους σφάττει, ἀποκτιννύων τὰ χαρα-
κτηριστικὰ τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ ἀνακαινουμένου κατ'
εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν.

Διὰ τοῦτο ἔσονται ὡς νεφέλη πρωϊνὴ, καὶ ὡς
δρόσος ὀρθρινὴ πορευομένη, ὡς χνοῦς φυσώμε-
νος ἀπὸ ἅλωος, καὶ ὡς ἀτμὶς ἀπὸ καπνοδόχου.
Ἕνεκα, φησὶ, ταύτης τῆς ὑπερβολικῆς ἀσεβείας, δι'
ἣν καὶ παιδοκτόνοι γίνονται, ἀφανιῶ αὐτοὺς τῇ τῶν
πολεμίων ἐφόδῳ. Ὥσπερ γὰρ τὴν ἑωθινὴν δρόσον,
καὶ τὴν πρωϊνὴν νεφέλην ἥλιος δαπανᾷ καὶ διασκε-
δάζει ῥᾳδίως· καὶ ὥσπερ τὸν χνοῦν τῆς ἅλωος
ἄνεμος ἀφανίζει, καὶ ἀτμὸς καπνοδόχης, ἤγουν ὁ
καπνὸς, εἰς ἀέρα διαλύεται· οὕτω καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν B
πολεμίων ἀναλωθήσονται.

Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ στερεῶν οὐρανὸν,
καὶ κτίζων γῆν. Σὺ μὲν τοῖς εἰδώλοις ὡς κυρίοις
καὶ θεοῖς ἔθυες· ἐγὼ δέ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ
στερεῶν τὸν οὐρανὸν, τουτέστι τὴν διαμονὴν αὐτῷ
χαριζόμενος. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Κτίζων γῆν*,
τουτέστι δίδους τῇ γῇ τὸ οὕτως ἱστασθαι, ὡς ἐξ ἀρ-
χῆς ἐκτίσθη, καὶ μηδὲν ὑπὸ τοῦ χρόνου βλαβῆναι.
Οὕτω καὶ τὸ, *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ*
πνεύματα, τουτέστι, συντηρῶν αὐτοὺς καὶ φυλάττων,
καθ' οὓς λόγους ἐξ ἀρχῆς ἐποιήθησαν.

Οὗ αἱ χεῖρες ἔπλασαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρα-
νοῦ. Εἴτε τὰς ἄνω καὶ ἀοράτους δυνάμεις, εἴτε τῶν C
ἀστέρων τὸ πλῆθος, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, ἃ σὺ προσεκύνησας.

Καὶ οὐ παρέδειξά σοι αὐτὰ τοῦ πορεύεσθαι
ὀπίσω αὐτῶν. Οὐ διὰ τοῦτό σε, φησὶ, θεατὴν κατ-
έστησα τῆς καλλονῆς τῶν ἐμῶν κτισμάτων, ἵνα προσ-
κυνήσῃς αὐτοῖς· ἀλλ' ἵνα δι' αὐτῶν θαυμάσῃς ἐμὲ,
τὸν τούτων δημιουργόν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἡ Γραφὴ, ὅτι
Ἔθετο αὐτὰ εἰς προσκύνησιν, ἀλλ', *Εἰς φαῦσιν*. Ὁ
μὲν οὖν ἔτι γῆ ὢν, χρῄζει τοῦ κτισθῆναι καὶ μετα-
πλασθῆναι ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ γενέσθαι ἐν Χριστῷ
καινὴ κτίσις. Ὁ δὲ ἤδη τὰ ἄνω φρονήσας, καὶ τὸ
σῶμα τῆς ταπεινώσεως ὑπεραναβὰς, καὶ θρόνος
Θεοῦ γενόμενος, διὰ τὸ ἐναναπαύεσθαι αὐτῷ τὸν
Θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο οὐρανὸς χρηματίσας (*Οὐρανὸς*
γάρ μοι, φησὶ, *θρόνος*)· ὁ τοιοῦτος οὖν τοῦ στερεω- D
θῆναι χρῄζει, ἵνα μὴ μεταπέσῃ ἐκ τοῦ καλοῦ. Στε-
ρεοῦται δὲ ὑπὸ λόγου, ὅταν δηλαδὴ τὰς ἀρετὰς ἐρ-
γάζηται, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς λόγους εἰδέναι τῶν ἀρε-
τῶν. *Τῷ γὰρ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθη-*
σαν· ὡς ὅ γε μὴ κατὰ λόγον τὴν ἀρετὴν μετιὼν,
εὐμετάπτωτός ἐστιν.

Καὶ ἐγὼ ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ
θεὸν πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ, καὶ σώζων οὐκ ἔστι
πάρεξ ἐμοῦ. Ἐγὼ ἐπολμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ,
ἐν γῇ ἀοικήτῳ κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν. Μεθ' σε
ἀνήγαγον ἐξ Αἰγύπτου, νομοθετῶν σοι, παρηγγύησά
σοι μηδένα ἕτερον εἰδέναι Θεὸν, πλὴν ἐμοῦ· εἶπον

quam martyres ipsi prædicabant. Quisquis item voluptatem uti bonum colit (quæ quidem voluptas imago boni est, et voluptatis umbra), pro vitulis brutis videlicet affectibus, homines mactat, hominis illius notas delendo, qui ad Creatoris imaginem renovatur.

Vers. 3. *Idcirco erunt quasi nubes matutinæ, et sicut ros matutinus pertransiens, et sicut pulvis exsufflatus ab area, et sicut vapor a camino.* Ob hanc, ait, summam eorum impietatem, qua suæ quisque sobolis interfector exstitit, disperdam ipsos, hostium nimirum impetu et incursu. Ut enim matutinum rorem, nubemque antelucanam, sol facile solvit atque dissipat; et ut ex area pulverem evanescere facit ventus; uti demum camini vapor, fumus videlicet, in auras abit: ita et ipsi ab hostibus disperdentur.

Vers. 4. *Ego Dominus Deus tuus, firmans cœlum, et creans terram.* Tu quidem, ait, idolis tanquam dominis ac diis sacra faciebas: ego vero Dominus Deus tuus sum, cœlum firmans, qui diuturnitatem scilicet ei tribuit, qui similiter *terram creat*, eo nimirum in statu servat, quo a principio condita fuit, cavetque, ne quidquam a tempore detrimenti capiat. Huic simile est illud: *Qui facit angelos suos, spiritus* [58], qui scilicet **116** eadem eo ratione servat atque tuetur, qua conditi a principio fuerunt.

Cujus manus finxerunt militiam cœli. Aut supernas et invisibiles potestates, aut astrorum multitudinem, et solem, et lunam quæ adorare non dubitasti.

Et non ostendi ea tibi, ut ambulares post ea. Non eo, inquit, te meorum operum, eorumque pulchritudinis, spectatorem constitui, quo ea adorares, sed ut me, eorumdem Conditorem suspiceres. Non enim, ut Scriptura testatur, ea proposita nobis sunt ad adorationem, sed *Ad illuminationem* [59]. Qui itaque adhuc humi repit, eget nova creatione, quo in melius commutetur, fierique possit in Christo nova creatura [60]: qui contra superna spectat, supra sui corporis humilitatem elatus, effectusque propterea cum Dei thronus, quod in eo Deus conquiescat, tum cœlum (*Cœlum* enim, ait, *mihi thronus* [61]), huic confirmari necesse est, ut ne a bono honestoque decidat. Firmatur autem solidaturque verbo, cum scilicet virtutes exercet, earum simul rationes omnes perspectas habens; *Verbo* namque *Domini firmati sunt cœli* [62]: Qui contra non ope verbi fretus virtutem excolit, facile a bono honestoque deflectit.

Vers. 4, 5. *Ego eduxi te de terra Ægypti, et Deum præter me non cognosces, et Salvator non est absque me: Ego pascens te in solitudine, in terra inhabitabili, secundum pascua eorum.* Postquam, ait, eduxi te ex Ægypto, jura tibi sanciens, præcepi, neminem alium, præter me, Deum coleres; d xi

[58] Hebr. i, 7. [59] Gen. i, 15. [60] II Cor. v, 17. [61] Matth. v, 34. [62] Psal. xxxii, 6.

enim : *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, et quæ in terra deorsum* [48]. Non solum autem ex Ægypti servitute in libertatem vos asserui, sed etiam in solitaria vastaque regione populum alui, secundum pascua eorum, pro singulis videlicet ipsorum indigentiis eis opitulando, præbendoque ea quæ concupierunt, manna modo, modo coturnices, cum aut pane egebant, aut carnes optabant, interdum aquam, dum siti laborarent. Vel νομὰς stationes et loca intelligit, ubi diversarentur ; ubicunque enim consisterent, ait, eos sequebar, cunctis eorum necessitatibus opitulando.

A γάρ · Οὐ ποιήσεις παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. Οὐ μόνον δὲ τῆς δουλείας τῶν Αἰγυπτίων ἠλευθέρωσά σε, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ἀοικήτῳ γῇ ἐπνίμαινον τὸν λαὸν, κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν, τουτέστι κατὰ τὰς προσπιπτούσας ἑκάστοτε χρείας χορηγῶν αὐτοῖς τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν · μάννα, ὅτε ἔχρῃζον ἄρτου · ὀρτυγομήτρας, ὅτε κρεῶν ἐπεθύμουν · ὕδωρ, ὅτε ἐδίψων. Ἤ, *Κατὰ τὰς νομὰς*, ἀντὶ τοῦ, κατὰ τοὺς σταθμοὺς καὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς κατεσκήνουν. Ἔνθα γὰρ κατεσκήνου ὁ λαὸς, ἠκολούθουν αὐτοῖς, φησὶ, πᾶσιν χρείαν πληρῶν.

VERS. 6. *Et repleti sunt ad saturitatem.* Manna scilicet et coturnicibus, aliisque Dei bonis. Summam autem repletionem denotat illud, *Repleti sunt ad saturitatem*, quo summam in eos Dei liberalitatem ostenderet, simulque reprehenderet eorum incontinentiam ingratique animi vitium.

B *Καὶ ἐνεπλήσθησαν εἰς πλησμονήν.* Τοῦ τε μάννα, καὶ τῆς ὀρτυγομήτρας, καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν τοῦ Θεοῦ. Ὑπερβολὴν δὲ δηλοῖ τὸ, *Ἐνεπλήσθησαν εἰς πλησμονήν*, ἵνα καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοὺς πλουσιόδωρον διδάξῃ, καὶ τὴν αὐτῶν ἀπληστίαν καὶ ἀχαριστίαν διελέγξῃ.

Et exaltata sunt corda eorum : propter hoc obliti sunt mei. Idipsum cecinit et Moyses : *Et manducavit Jacob, et repletus est, et calcitravit dilectus* [49], quod et Hebræis usu deinceps evenit. Postquam enim oblectati sunt cum aliis multis Christi miraculis, tum eo vel maxime, quo panes multiplicarat, **117** in Christum ipsum consurrexerunt. Idem fit in Ecclesia. Sæpenumero cum quis a Deo verbi donum ad satietatem accipiat, diteturque per ipsum omni cognitione atque sapientia, utitur hoc ad hæreticum aliquod dogma comminiscendum, effertur corde suo adversus Dei cognitionem. Non enim extollitur in eo Filius hominis, qui est Christus, Dei potestas atque sapientia ; sed cor ejus, humanæ scilicet cognitionis, quæ perperam tali nomine appellatur, ratiocinatio. Qui tali præditus est animo, sibi colligit iniquitatem, fallacibus ex præmissis consectaria quædam deducendo, nequitiæ plena et iniquitatis, qua oblectari maxime consuevit. Animadvertas autem oportet, simul ac quis effertur, eum Dei oblivisci ; si enim Dei recordaretur, recordaretur etiam ejus divinæ magnitudinis, neque de se magnifice sentiret. Ut cum solem quis intuetur, lucernam despicit.

Καὶ ὑψώθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν · ἕνεκα τούτου ἐπελάθοντό μου. Τοῦτο καὶ Μωσῆς ἐν τῇ ᾠδῇ φησι · *Καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος* · ὃ καὶ ὕστερον τοῖς Ἑβραίοις προσγέγονε. Κατατρυφῶντες γὰρ τῶν Χριστοῦ θαυμασίων, τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν ἐν τῷ πληθυσμῷ τῶν ἄρτων, ὑψώθησαν κατ' αὐτοῦ. Οὕτω γίνεται καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Πολλάκις λαβών τις ἐκ Θεοῦ εἰς πλησμονὴν χάρισμα λόγου, καὶ ἐν αὐτῷ πλουτισθεὶς ἐν πάσῃ γνώσει καὶ σοφίᾳ, χρῆται τούτῳ εἰς σύστασιν αἱρετικοῦ δόγματος, καὶ ὑψοῦται ἡ καρδία αὐτοῦ, ἐπαιρομένη κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ὑψοῦται ἐν αὐτῷ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὅς ἐστι Χριστὸς, Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία · ἀλλ' ἡ καρδία αὐτοῦ, ὅ ἐστιν οἱ λογισμοὶ τῆς ἀνθρωπίνης καὶ ψευδωνύμου γνώσεως. Ἡ δὲ τοιαύτη αὐτοῦ καρδία, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ, ἀπὸ προτάσεών τινων σοφιστικῶν συνάγουσα τὰ λεγόμενα συμπεράσματα, πάσης ἀνομίας γέμοντα, ἧς αὐτὸς ἀπολαύσει. Ὅρα δὲ, ὅτι ἅμα ὑψοῦταί τινος ἡ καρδία, καὶ ἐκ τοῦ ὑψωθῆναι ἐπιλανθάνεται τοῦ Θεοῦ · εἰ γὰρ ἐμιμνήσκετο Θεοῦ, ἐμιμνήσκετο ἂν καὶ τοῦ θείου μεγέθους, καὶ οὐκ ἂν ἐδόκει ἑαυτὸν ὑψηλόν · ὥσπερ ὅτε βλέπει τις ἥλιον, τότε τὸν λύχνον οὐ θαυμάζει (21).

VERS. 7. *Et ero eis quasi panthera, et sicut pardus.* Quoniam, ait, superbia elati sunt, quod hostem profligarint, ope mea gaudentes ; nunc Babylonium in eos inducam, atque pantheræ instar ac pardi in eosdem illos ipsos irruam. Quoniam enim ipse Deus hostes inducit in eos, queis correctione sit opus, idcirco se pantheram ac pardum eis fore dicit.

D *Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς, ὡς πάνθηρ καὶ πάρδαλις.* Ἐπειδὴ, φησὶν, ἀπὸ οἰήσεως (22) ὑψώθησαν, ἅτε κτευμεγεθοῦντες τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἐντρυφῶντες τῇ ἐμῇ βοηθείᾳ, νῦν τοὺς Βαβυλωνίους αὐτοῖς ἐπάξω, πάνθηρος δίκην καὶ παρδάλεως, ὀξέως ἐπιθησόμενος αὐτοῖς. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐπάγει τοὺς πολεμίους τοῖς δεομένοις κακώσεως, καὶ αὐτὸς πάρδαλις καὶ πάνθηρ ἔσεσθαι λέγει.

VERS. 8. *Per viam Assyriorum occurram eis, sicut ursa laborans.* Assyrios videlicet in eos inducam

Κατὰ τὴν ὁδὸν Ἀσσυρίων ἀπαντήσομαι αὐτοῖς, ὡς ἄρκτος ἀπορουμένη. Τουτέστι, Τοὺς Ἀσσυρίους

[48] Exod. xx, 4. [49] Deut. xxxii, 15.

Variæ lectiones et notæ.

(21) Ὥσπερ ὅτε μὴ βλέπει τις ἥλιον, τότε τὸν λύχνον θαυμάσει, *Ut cum solem quis non aspicit, tum lucernam admiratur*, Cod. Ven.

(22) Ἀνέσεως, *mollitie*, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Ἐπάξω αὐτοῖς διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀγούσης ἀπὸ Ἀσσυρίων εἰς τὴν Παλαιστίνην, δίκην ἄρκτου ἀπορουμένης, τουτέστι, στενοχωρουμένης, καὶ μὴ φυγεῖν δυναμένης. Τότε γὰρ ἐξαπορηθεῖσα, κατὰ [*f.* μετὰ] μανίας ἀνυπτιάτου, τοῖς προσπαλεμοῦσιν (23) ἐπειστν. Ἢ ἀπορουμένης, τουτέστι, στερηθείσης τῶν τέκνων, ἀλόντων ὑπὸ τῶν θηρατῶν, ἢ πεινώσης, καὶ ἀπορούσης τροφῆς. Τὸ δὲ, *Κατὰ τὴν ὁδὸν Ἀσσυρίων*, δύναται καὶ ἑτέρως νοεῖσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ ἀπῆεσαν πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους, συμμαχίαν ζητοῦντες κατὰ τῶν Αἰγυπτίων, ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἶπε, φησὶν, ὅτι Ἐν ὅσῳ ἀπέρχονται πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους (24), ἐπιστήσω αὐτοῖς τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ ὡμῶς καὶ ἀπηνῶς αὐτοῖς χρήσονται.

A per viam quæ ab Assyriis in Palæstinam ducit; idque faciam instar ursæ laborantis, in angustias videlicet redactæ, ut fugere nequeat. Tum enim, de salute fere desperans, acri furore percita, in se oppugnantes invehitur. Vel laborantem intelligit ursam propriis partibus destitutam, qui a venatoribus capti fuerint, vel etiam fame laborantem, egentemque propterea cibo quo nutriatur. Illud autem, *Per viam Assyriorum*, potest alia quoque ratione intelligi. Quoniam enim ipsi profecti sunt ad Assyrios, eorum auxilium adversus Ægyptios postulatum, ut in præcedentibus quoque dixit: Interim, ait, dum eo pergunt, Ægyptios eis præficiam, qui summa adversus eos sævitia et immanitate utantur.

Καὶ διαρρήξω συγκλεισμὸν καρδίας αὐτῶν. Ταῦτα, φησὶ, διαπράξομαι, ὡς ἂν τὴν συγκεκλεισμένην αὐτῶν καὶ πεπωρωμένην καρδίαν διαρρήξω, καὶ ἀνοίξω, καὶ εἰσέλθω εἰς αὐτὴν, καὶ γνωσθήσομαι αὐτοῖς. Ἢ συγκλεισμὸν τὴν ἀσφάλειάν φησι, καὶ τὸ θάρσος τῆς καρδίας, καὶ τὴν ἀνδρείαν· ὥστε εἶναι τὸ λεγόμενον, τοιοῦτον· Πᾶσαν ἀσφάλειαν αὐτῶν διαρρήξω, καὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ποιήσω δειλήν.

B *Et disrumpam conclusionem cordis eorum.* Hæc, ait, faciam, quo conclusum obduratumque eorum cor frangam et aperiam, ut ipsum ingredi cognoscique ab eis possim. Aut conclusionem securitatem appellat, cordisque fiduciam et magnanimitatem, ut hujus dicti sensus sit: Eorum securitatem omnem veluti confringens tollam, efficiamque cor eorum pavidum.

Καὶ καταφάγονται αὐτοὺς ἐκεῖ σκύμνοι δρυμοῦ, καὶ θηρία ἀγροῦ διασπάσει αὐτούς. Οὐ μόνον, φησὶν, ἐν τῇ οἰκείᾳ πατρίδι ὄντες, τῶν κακῶν ἀπολαύσουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ, τουτέστιν, ἐν τῇ τῶν πολεμίων χώρᾳ γενόμενοι, οὐχ ἕξουσι λῆξιν τῶν κακῶν· ἀλλ' ὡμῶς αὐτοῖς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες χρήσονται. Τοὺς γὰρ πολεμίους καλεῖ σκύμνους καὶ θηρία. Ἢ ὅτι ἄταφοι ῥιπτόμενοι, ὑπὸ θηρίων βρωθήσονται. Συγκλεισμὸς καρδίας, ὁ νόμος· ὑπ' αὐτὸν (25) ἐφρουροῦντο, συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν πίστιν, τουτέστι, συνωθούμενοι ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ πιστεῦσαι Χριστῷ. Διέρρηξεν οὖν τοῦτον τὸν συγκλεισμὸν ὁ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. Καὶ φραγμὸς δὲ τὸ γράμμα τοῦ νόμου, μὴ ἐῶν ἔσω εἰσελθεῖν, καὶ ἰδεῖν τὰ ὑπὸ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν. Διέρρηξεν οὖν τοῦτο ὁ Κύριος, καὶ δέδωκε τῷ πνεύματι πάροδον. Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖ τὰ νοητὰ θηρία τοὺς ἐκ περιτομῆς κατεσθίει· τουτέστι, Καίτοι ἐμοῦ διαρρήξαντος τὸ γράμμα, αὐτοὶ (26) ἐκεῖ μένουσι, καὶ μὴ μεθισταμένους οἱ δαίμονες κατεσθίουσι. Συγκλεισμὸς καρδίας, καὶ τὰ Ἑλληνικὰ δόγματα τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, τὰ τῶν ἀποδείξεων κλεῖθρα ἐπιβάλλοντα ταύτῃ, ὥστε μὴ παραδέχεσθαι τὴν πίστιν· ἃ διαρρήσσει ὁ εὐδοκήσας διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας. Ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν κοσμικῶν ἀγαθῶν εὐπορία, συγκλεισμὸς καρδίας, ἐν σκοτεινῇ καὶ ζοφώδει εἱρκτῇ ταύτην συγκλείουσα,

C **118** *Et devorabunt eos ibi catuli silvarum, bestiæ agri discerpent eos.* Calamitatibus, ait, afficientur, non in patria modo sua, sed et ibi, in hostium scilicet regione, ubi perpetuis ærumnis conflictabuntur, crudeliter ab iis habiti, qui eos in servitutem redegerint. Hostes enim catulorum ferarumque nomine appellat. Vel hoc futurum innuit, ut a feris, insepulti relicti, devorentur. Conclusio cordis lex est, qua lege, veluti præsidio, conclusi tenebantur ad fidem scilicet Christo habendam. Confregit itaque conclusionem hanc is, qui per dogmata legem, ejusque præscripta abrogavit. Cordis vero septum est legis ipsius littera, quæ non sinit, ut penitius illud introspiciatur, perspectaque fiant munera, quæ nobis præbere Deus consuevit. Septum hoc perfregit Dominus, aditumque Spiritui patefecit. Nihilo tamen secius ibi feræ, quæ mente percipiuntur, devorant eos, qui circumcisionem profitentur. Quasi dicat: Quamvis ego legis litteram confregerim, ipsi nihilominus ei mordicus hærent, D eosque propterea, ab ea recedere nolentes, dæmones devorant. Conclusio cordis sunt et Græcanicæ philosophiæ, communisque deceptionis dogmata, quæ argumentorum claustra ipsimet cordi objiciunt, ut Christi fidem excipere non possit. Quæ quidem claustra perfringit is, qui per stultitiam prædicationis [68] incolumes eos servare decrevit, qui ipsi

[68] II Cor. I, 21.

Variæ lectiones et notæ.

(23) Προσιοῦσι, *in accedentes* (invehitur), Ven.

(24) Verba: ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἶπε, φησὶν, ὅτι ἐν ὅσῳ ἀπέρχονται πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους, desunt in cod. Bav. et restituimus ex Ven.

(25) Ὑπ' αὐτῶν cod. Ven., sed scribendum ὑπ' αὐτοῦ, *ab ipsa* (scilicet lege).

(26) Ἐκεῖνοι, *illi*, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fidem adhibeant. Mundanorum item bonorum copia conclusio cordis est, qua, velut in obscuro atque caliginoso carcere concluditur, ut veram lucem aspicere nequeat. Claustrum porro hoc effringit Dominus per ea : *Vade, vende quæ habes* [46] ; et : *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [47] ; et id genus alia, quibus qui non obtemperant, devorantur ibi, ab suppliciis nimirum, quibus judicii die afficientur.

A ὥστε μὴ ἰδεῖν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Διαῤῥήσει δὲ τοῦτον ὁ Κύριος, ὅταν λέγῃ· *Ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα* · καὶ, *Ἐὰν μήτις ἀποτάξηται πᾶσι τοῖς οὖσιν αὐτοῦ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής* · καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οἱ μὴ πειθόμενοι δὲ, ἐσθίονται ἐκεῖ, τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὑπὸ τῶν κολάσεων.

Vers. 9, 10. *Dispersioni tuæ, Israel, quis opitulabitur? Ubi Rex? Hic te salvum faciat in cunctis urbibus tuis.* Luget increpatque simul Israelem, eumque commonefacit stultitiæ, qua, priscis temporibus, rejecto Dei imperio, postulavit, ut ab homine gubernaretur. Ait ergo : *Quis in dispersione*, quam ab Assyriis et Ægyptiis perpessus es, auxilio tibi succurret? Postulasti regem, datusque tibi tum est Saul. Incolumem ergo te servet, non Saul quidem, sed is qui nunc eo potitur imperio, quod tum postulasti. Ipse te defendat cunctis in urbibus ubi commoraris. Quædam exemplaria Τῇ διαφθορᾷ, *Corruptioni*, habent. eademque, si ita scribatur, sententia subest. Summam enim vastitatem quam in captivitate perpessi sunt, corruptionem vocat.

Τῇ διασπορᾷ σου, Ἰσραὴλ, τίς βοηθήσει; ποῦ ὁ βασιλεύς ; οὗτος διασωσάτω σε ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου. Θρηνεῖ ἅμα καὶ ὀνειδίζει τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἀναμιμνήσκει αὐτὸν τῆς προτέρας ἀνοίας, δι' ἣν ἠτήσατο βασιλεύεσθαι ὑπὸ ἀνθρώπου, τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν παρωσάμενος. Φησὶν οὖν· *Τίς βοηθήσει τῇ διασπορᾷ σου*, ἣν διεσπάρης αἰχμαλωτιζόμενος ὑπὸ B Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων ; Σὺ ἠτήσω βασιλέα, καὶ ἐδόθη σοι τότε ὁ Σαούλ. Οὗτος οὖν (οὐχ ὁ Σαοὺλ πάντως, ἀλλ' ὁ τὴν βασιλείαν νῦν ἔχων ταύτην, ἣν τότε ἠτήσασθε) σωσάτω σε, προαγωνιζόμενός σου ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς κατοικεῖς. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Τῇ διαφθορᾷ*, ἔχει · καὶ αὐτὸς κἀνταῦθα ὁ νοῦς · τὴν γὰρ παντελῆ ἐρήμωσιν, ἣν ἔσχον αἰχμαλωτισθέντες, διαφθορὰν ὀνομάζει.

Judicet te, quem dixisti : Da mihi regem et principem : et dedi tibi regem in ira mea. Tu postulasti regem : hic, ait, te judicet, illatas videlicet injurias ulciscatur. Dein quasi quispiam dixisset, Ego postulavi quidem, **119** tu vero mihi dedisti : Equidem, ait, dedi, sed iratus. Stultæ quippe voluntati C tuæ morem gessi, quo rebus ipsis et factis compertum habeares, meum tibi regnum, non humanum, auxilio esse posse.

nem suam, divinam suam ipsis sollicitudinem subindicat, ut per hæc futura accipientes stabiliat, doceatque in universum omnes, non Judæorum tantummodo, verumetiam gentium esse Deum, utque Veteris et Novi Testamenti cognationem ob oculos ponat. Si enim nulla gentium sive cura sive providentia tactus esset Deus ante incarnationem, alium ipsum Judæi Deum suspicari potuissent, ut qui diversa transigat ab eo qui legem tulisset: siquidem ille Judæorum solum rationem habebat, hic vero cunctorum hominum tangatur cura. Qua opinione infectus fuit exsecrabilis Marcion, alium Novi Testamenti, quam Veteris Deum esse affirmans, cum Dei erga omnes homines in Veteri Testamento (79) providentiam non observasset. Proinde hanc ob causam Deus Jonam Ninevitis prophetam allegavit, imo propter quasdam etiam excellentiores et secretiores rationes. Atqui nedum Ninevitis, verum et ipsi Israeli multa futura prædixit, contemporaneus Oseæ, Amos et Michææ. Et quanquam nullum aliud ejus litteris mandatum vaticinium circumferatur, in quarto tamen Regnorum planum fit, quod et alias prophetias ediderit [a]. Dicit enim Scriptura de Hieroboam, non illo filio Naba, qui peccare fecit Israelem, ut adoraret vitulas aureas, verum de alio, qui ex (81) Jehu descendens, decem tribuum rex exstitit, filius Joas. *Nam ille restituit terminos Israel ab introitu Imath ad mare usque versus occidentem, juxta verbum Domini Dei Israel, quod locutus est in manu Jonæ filii Amathi prophetæ ex Gethephra oriundi* [a].

Præsens autem prophetia sola, tum divina dispensatione memoriæ prodita est, tum ad institutionem pariter et adhortationem nostri, ad quos fines sæculorum devenerunt, ut ne despondeamus animum, etiamsi in ipsum vitiositatis barathrum deciderimus, sed enim sciamus clementem nobis esse Deum, ideoque ad vitæ nostræ et animi sententiæ emendationem reflectentes, genuine et vere ipsam aggrediamur, neque segniter, neque dissolute illam ipsam simulemus, exempli vice ethnicos istos Ninevitas nobis proponentes. Scripta sunt enim ista ad correptionem Israelis. Qui enim non rubore suffundantur, si isti homines barbari et magna potentia florentes, et in deliciis ducentes vitam, qui nullo unquam tempore aliquem prophetam audiverunt, adeo celeriter et sponte obediverunt prædicationi, ipsi vero lege Dei instituti ab ineunte ætate, et populus Dei eximius exsistentes, eos interim, qui ipsis salutem annuntiabant, interfecerint, **178** usque adeo ut et Filium Dei neci dederint, qui et Servator et Redemptor ipsis advenerat? Cujus

[a] IV Reg. XIV, 25.

Variæ lectiones et notæ.

(79) *Idque præsertim, cum in Veteri Testamento, ut dictum est, ejus in omnes homines studium perspectum haberet.* Ita ex Cod. Bav. et Ven.

(80) Ἔστειλε κήρυκα· Ἰστέον μέντοι, ὡς ὁ προφήτης οὗτος οὐ μόνοις τοῖς ἐθνικοῖς τούτοις Νινευίταις προεφήτευσεν, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἰσραήλ. *Misit præconem. Sciendum porro est, prophetam hunc non solis hisce gentilibus Ninevitis prophetasse, sed etiam Israeli*, etc. Cod. Ven.

(81) Ἰησοῦ, *Jesu*, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

sepulturæ et resurrectionis mysterium in præsenti hac prophetia adumbratur, perinde atque Dominus ipse Judæis colloquens dixit : *Generatio ista signum inquirit, et signum ei non dabitur, nisi signum Jonæ prophetæ. Ut enim Jonas in alvo ceti fuit tres dies ac tres noctes, sic et Filius hominis erit in corde terræ tres dies ac totidem noctes* [6]. Enimvero, quod ad reprehensionem et condemnationem Judæorum Scriptura tradita sit, testatur Dominus in Evangelio, cum ait : *Viri Ninevitæ exsurgent et condemnabunt generationem hanc, quoniam resipuerunt ad prædicationem Jonæ. Et ecce plus quam Jonas apud vos est* [7].

Quomodo majora sunt in Christo, quam in Jona? Quoniam ille interminatus est tantummodo Ninevitis subversionem : Dominus autem ille noster nedum prædicavit, verum et innumera signa fecit, per quæ par erat ipsos ad fidem trahi, sed increduli permanserunt. Significatur igitur in Jona, tanquam in figura, de Christo mysterium. Attamen non per omnia necessum est quærere similitudinem; neque enim a nobis postulandum est, ut omnino quæ sunt historiæ ad spiritualem contemplationem vertamus. Nam ut generatim exempli vice dicam, cum aliquem priscorum sanctorum figuram Christi dixerimus fuisse, non opus est per omnia quærere similitudinem. Veluti Mosen dicimus typum fuisse Christi, ceu legislatorem et mediatorem. *Loquere* enim, inquit, *ad nos tu, et ne loquatur Deus ad nos, ne quando moriamur* [8]. Hunc ad modum Christus, ambo hæc, nimirum novam nobis legem ferens, et mediator Dei et hominum factus, et voluntatem Patris sui nobis denuntians, ipsique reconcilians, non tamen impeditioris linguæ fuit, neque gracilis seu exilis vocis, ut Moses : nec titubavit labiis suis, nec terræ promissionis exsors fuit. Rursum Aaron typus Christi fuit, ceu summus sacerdos, qui in Sancta sanctorum ingrediatur, et populi peccata diluat, quæ et omnia Christo conveniunt : siquidem insignis Pontifex factus, sese ipse obtulit; ac in cœlum conscendens, peccata nostra in se transtulit et abstulit, chirographo dirupto. Atqui Aaron non caruit noxa et reprehensione, ut qui adversus Mosen cum Maria murmuraverit, ac eos qui in solitudine vitulos conflaverunt, non prohibuerit : in Christo vero nihil hujusmodi deprehenditur. *Peccatum enim nullum fecit, non est inventus dolus in ore ejus* [9]. Eam ad rationem hic amandatus est quidem Jonas, ut nuntiaret voluntatem Dei Ninevitis, ac ad eam provinciam haud erat pronus, sed in fugam sese conjiciens, illam declinabat : Christus vero a Patre missus, obediens factus est. Porro quod propheta voluntarius in pelagum projicitur, et a cete devoratur, **179** et tertio die ab eodem denuo evomitur, tandemque ad Ninevitas proficiscitur, omnia Christo sunt communia. Nam et ille sponte mortem

A ἔλεγεν· *Ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· οὕτως ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.* Ἀλλὰ καὶ ἔτι [*f.* ὅτι] πρὸς ἔλεγχον καὶ κατάκρισιν τῶν Ἰουδαίων ἡ Γραφὴ αὕτη ἐκδέδοται, μαρτυρεῖ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις εἰπών· *Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται, καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ. Πλεῖον δὲ Ἰωνᾶ ὧδε.*

Πῶς δὲ τὸ πλεῖον ἐν Χριστῷ παρὰ τὸν Ἰωνᾶν; Ὅτι ὁ μὲν ἠπείλησε μόνον Νινευίταις τὴν κατα- B στροφήν· ὁ δέ γε Κύριος ἡμῶν, οὐκ ἐκήρυττε μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματα μυρία ἐτέλει, δι ὧν εἰκὸς ἦν ἑλκυσθῆναι αὐτοὺς πρὸς τὴν πίστιν· οἱ δὲ ἠπειθησαν. Σημαίνεται οὖν ὡς ἐν τύπῳ τῷ Ἰωνᾷ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον· πλὴν οὐ διὰ πάντων δεῖ ζητεῖν τὴν ὁμοιότητα· οὐδὲ καθάπαξ τῆς ἱστορίας ἀπαιτητέον ἡμᾶς πρὸς πνευματικὴν θεωρίαν στρέφειν. Καθόλου γὰρ εἰπεῖν, ἐπειδάν τινα τῶν πάλαι ἁγίων εἰς τύπον τοῦ Χριστοῦ λέγωμεν γεγονέναι, οὐ χρὴ ζητεῖν διὰ πάντων τὴν ὁμοιότητα. Οἷον Μωϋσῆν λέγομεν τύπον γεγενῆσθαι Χριστοῦ, ὡς νομοθέτην, καὶ ὡς μεσίτην. *Λάλει* γὰρ, φησὶ, *πρὸς ἡμᾶς σὺ, καὶ μὴ λαλείτω ὁ Θεὸς πρὸς ἡμᾶς, μή ποτε ἀποθάνωμεν.* Καὶ Χριστὸς δὲ ἅμφω ταῦτα, C τόν τε νόμον δοὺς ἡμῖν, καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ τὰ περὶ τοῦ Πατρὸς ἀπαγγείλας ἡμῖν, καὶ ἀποκαταλλάξας αὐτῷ. Ἀλλ' οὔτε καὶ βραδύγλωσσος ὁ Χριστὸς, ἢ ἰσχνόφωνος, ὥσπερ Μωϋσῆς· οὐδὲ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, καὶ παρὰ τοῦτο τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας ἀπέτυχε. Πάλιν Ἀαρὼν εἰς τύπον τοῦ Χριστοῦ ὡς ἀρχιερεύς, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰστρέχων, καὶ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ λύων· ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς ταῦτα πάντα, καὶ μέγας ἀρχιερεὺς γεγονὼς, καὶ ἑαυτὸν προσενεγκὼν, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσδραμὼν, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνενεγκὼν, καὶ τὸ χειρόγραφον διαῤῥήξας. Ἀλλ' Ἀαρὼν μὲν οὐκ ἀμώμητος, καὶ ὡς καταγογγύσας Μωσέως σὺν Μαριὰμ, καὶ τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ μοσχοποιήσαντας μὴ κωλύσας· D ἐπὶ Χριστοῦ δὲ, οὐδὲν τοιοῦτον. *Ἁμαρτίαν* γὰρ *οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.* Οὕτως οὖν κἀνταῦθα· ἀπεστάλη μὲν Ἰωνᾶς κηρύξαι τοῖς Νινευίταις, ἀλλ' οὐ πρόθυμος ἦν, δραπέτῃ δὲ ἐπεβάλλετο· ὁ δὲ Χριστὸς ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὑπήκοος γέγονε. Καὶ τὸ μὲν ῥιφῆναι τὸν προφήτην εἰς θάλασσαν ἑκόντα, καὶ τὸ καταποθῆναι ὑπὸ κήτους, καὶ ἐκδοθῆναι τριήμερον, καὶ πρὸς τὴν Νινευὶ ἀπελθεῖν, κοινὰ πρὸς Χριστόν· καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἑκὼν ἀπέθανε, καὶ κατεπόθη τῷ θανάτῳ ἀληθῶς, καὶ ἐξεδόθη τριήμερος, καὶ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπελθὼν τοῦ πρὸς τὰ ἔθνη κηρύγματος ἐκέλευε ποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν. Ἀλλ' Ἰωνᾶς μὲν

[6] Matth. XII, 39, 40. [7] Ibid. 41. [8] Exod. XX, 19. [9] Isa. LIII, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐλύπεῖτο σωθέντων Νινευϊτῶν· Χριστῷ δὲ ἡ σωτηρία τῶν ἐθνῶν περισπούδαστος. Ὅσον οὖν χρήσιμον πρὸς τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον ἀπανθήσαντες ἐκ τῆς ἀνὰ χεῖρας ταύτης προφητείας, (82) τὰ λοιπὰ τῷ γράμματι συγχωρήσωμεν, ἵνα καὶ τύπος εἴη· ὡς ἥ γε διὰ πάντων ταυτότης, οὐ τύπου οὐδὲ σκιαγραφίας παρὰ τοῖς ὀρθῶς κρίνουσι.

A obiit, et morte vere absorptus est, tertia die vitæ restitutus, ac in Galilæam profectus, initium prædicandi Evangelii apud gentes sumendum præcepit. At Jonas, servatis Ninevitis, turbabator, Christo vero salus gentium valde jucunda fuit et grata. Decerpentes igitur ex hac prophetia, quantum satis est ad Christi mysterium, quantumque est commodum, cætera litteræ permittemus, ut typus hujus prophetiæ, quatenus per omnia cum Christo conveniat, sit penes recta judicantes, non penes ipsam figuram vel adumbrationem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

180 CAPUT PRIMUM.

Καὶ ἐγένετο Λόγος Κυρίου πρὸς Ἰωνᾶν τὸν τοῦ Ἀμαθί. Τίνος ἕνεκεν οὕτως ἤρξατο; Ἔμφασιν γάρ τινα ἔχει τὸ, *Καὶ ἐγένετο.* Ἔοικεν οὖν, λόγου ὄντος πολλοῦ περὶ τῆς Νινευΐ, καὶ φήμης ἐπὶ πάντας κρατούσης, ὡς ἄρα τῷ πλούτῳ καὶ τῇ δυναστείᾳ βαρουμένη πολυαμάρτητος εἴη, ἀκολούθως εἰρῆσθαι τὸ, *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου.* Ἢ ὡς τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπειθούντων, ὁμολογουμένως ἤρξατο οὕτως, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Οἱ Ἰσραηλῖται κακῶς εἶχον καὶ ἀπειθῶς. Καὶ λοιπὸν ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ἰωνᾶν, ὥστε εἰς τὸ ἔθνος τῶν Νινευϊτῶν σταλῆναι. Πρόσκειται δὲ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς τοῦ προφήτου, διὰ τὰς ὁμωνυμίας. Εἰκὸς γὰρ καὶ ἄλλους οὕτω καλεῖσθαι, ἀλλ' οὐ δήπου καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς ἂν ἦσαν.

Verbs. 1. *Et factum est verbum Domini ad Jonam filium Amathi.* Cujus rei gratia sic quæso orsus est? Emphasim enim et latentem quamdam vim habet verbum illud, *Et factum est.* Apparet enim, B cum multus esset sermo de Ninevi, eumque fama ejus reliquas urbes omnes exsuperaret et regna, nimirum quod, et opibus et potentia prægnans, multis flagitiis obnoxia esset atque peccatis, per consecutionem dictum, *Et factum est verbum Domini.* Vel quia Israelitæ ex confesso non obsequebantur verbo Dei, hunc ad modum auspicatus est, perinde ac si dicat: Quoniam Israelitæ sese perperam divinis in rebus gesserunt, non obtemperantes verbo, igitur in posterum factum est verbum Domini ad Jonam, ut ad gentem Ninevitarum mittatur. Adjectum est autem nomen patris prophetæ, propter nominis æqualitatem. Est enim haud absimile vero, alios sic appellatos, qui tamen ex eodem patre non fuerint propagati.

Λέγων· Ἀνάστηθι καὶ πορεύθητι εἰς Νινευὶ τὴν πόλιν τὴν μεγάλην. Μέγιστον δεῖγμα τῆς ὕστερον ἐσομένης τῶν ἐθνῶν παραδοχῆς ἡ τοῦ Ἰωνᾶ πρὸς τὴν Νινευὶ ἀποστολή· πόλις γὰρ αὕτη τῶν Ἀσσυρίων, ἡ προὔχουσα, ὡς ἐν προοιμίοις εἴρηται. Ὠκοδόμησε γάρ, φησὶν, Ἀσσοὺρ τὴν Νινευΐ· ἐθνικοὶ δὲ πάντως οἱ Ἀσσύριοι. Ταύτην δὴ σωθῆναι βουλόμενος ὁ Θεὸς, ὡς χωρίον οὖσαν τέως εἰδωλολατρείας, καὶ πάσης γοητείας καὶ μαγγανείας, καὶ μέντοι διὰ τοῦτο καὶ τὸν προφήτην κήρυκα μετανοίας ἀτειλας αὐτοῖς, ἔδειξεν, ὃ ἀνωτέρω εἴπομεν, ὡς οὐκ ἔστιν Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν. Καὶ ὅτι οὐκ ἔσται προσωπολημψία παρ' αὐτῷ, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. Καθὰ καὶ Πέτρος ἐπὶ τοῦ Κορνηλίου τοῦτο ἀληθῶς καὶ αὐτοῖς πράγμασι κατελαβών, ἀπεφήνατο. Ἐπιπευστικὰ [ἐπεύστ.] δέ εἰσι ῥήματα τὸ, *Ἀνάστηθι καὶ πορεύθητι.* Ὁ γὰρ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν καὶ ζῆν, ἐπιταχύνει τὸν προφήτην, εἰς τὸ τῆς μετανοίας κήρυγμα. Διὸ προστίθησι, *Τὴν μεγάλην*, ἵνα μᾶλλον καταδυσωπήσῃ αὐτὸν ἐπιταχῦναι τὴν πορείαν. Οὐ γάρ ἐστι, φησὶ, χωρίδιόν τι εὐτελὲς, ἀλλὰ πόλις, οὐ μία τῶν πολλῶν, ἀλλὰ μεγάλη· ὥστε (83) οὐ πολλοῦ δεῖ κα-

Verbs. 2. *Dicens: Surge, proficiscere in Ninevi civitatem magnam.* Maximum est indicium posteris, de gentium ad cognitionem Dei assumptione, ipsa C Jonæ ad Ninevi urbem legatio. Est autem civitas Assyriorum eximia, ut in præfatione commemoratum est, quam Assur exstruxit. Assyrii vero increduli et fidei omnino sunt exsortes. Hanc urbem servatum iri volens Deus, ceu locum exsistentem tum temporis, idololatriæ, et omnis effascinationis et incantationis, ac prophetam ideirco pœnitentiæ (83) (quæ est animi in meliorem sententiam permutatio) præconem ipsis mittens, ostendit, quod supra etiam diximus, quod non sit Judæorum tantum Deus, sed et gentium, et quod non sit personarum apud ipsum respectus, verum in omni gente, quisquis ipsum (84) desideraverit, et justitiam exercuerit, ei gratus est vel acceptus, quemadmodum D et Petrus in Cornelio hoc vere ipsaque re aggressus demonstravit [10]. Valde autem accelerantia verba sunt, *Surge et proficiscere.* Nolens enim mortem peccatoris, quin potius cupiens ut convertens sese ad bonum vivat, prophetam celeriter destinat ad promulgationem pœnitentiæ. Hinc etiam apponit, *Civitatem magnam*, ut magis ipsum inflectat, ac permoveat accelerare profectionem. Non enim

[10] Act. x, 25.

Variæ lectiones et notæ.

(82) Hæc ad verbum lita sonant: *Cætera litteræ concedamus, ut et figuræ sint: ut, quod in omnibus conveniat, non figuræ* (est) *neque adumbrationis apud recte judicantes.*

(83) Desiderantur Græca verba, quæ Latinis, quæ parenthesi clauduntur, respondeant.

(84) *Qui ipsum timuerit.* Ex Cod. Bav. et Ven.

(85) Deest utrobique particula negativa in Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est, inquit, exiguus locus, non vile oppidulum, sed civitas non una ex multis, verum magna; quare non est quod ipsam asperneris. Si enim ne quantulacunque quidem aliqua contemnenda est civitacula, quanto minus ingentes et præclaræ sunt posthabendæ urbes.

καταφρονῆσαι ταύτης. Εἰ γὰρ οὐδὲ τῶν εὐτελῶν δεῖ καταφρονεῖν, πολλῷ μᾶλλον τῶν μεγάλων.

181 *Et concionare in ipsa, quod clamor flagitiorum ejus ascenderit ad me.* Quia, inquit, non sentiunt proprias suas iniquitates et impietates, ideo tu sis eis præco, ac doce eos quod talia tantaque crimina perpetraverint, ut ad cœlum usque ipsorum magnitudo pervenerit, ac tantum non vocem ediderint, adversus perpetrantes clamantem: nihil enim eorum ignorat, quamvis sit minimum, qui cuncta novit priusquam fiant. Enimvero quia clemens exsistens Deus, non ob parva quædam delicta pœnam adducit, sed quando ingentia, et numero digna peccata commissa fuerint, quæ ejus mansuetudinem ad iracundiam provocet, tum exsurgit ad vindictam: eam ob rem etiam dicit, clamorem criminum ad se usque pervenisse, ceu multiplicatis ipsis et accersentibus ad sui excisionem et ultionem. Sic et Abeli sanguis clamat contra Caini cædem; sic et Sodomitarum turpis operatio vociferata est contra ipsos. Vere itaque in summis opibus viventes Ninevitæ, nullum non vitiorum genus admiserunt, cætera lascivis veneficio et incantationibus vacantes, quibus in rebus Chaldæi præ aliis exuberabant, perinde ac Naum dicit: *Scortum formosum et jucundum, ducatum præstans veneficis* [11]. Eapropter et Dominus prophetam ad hanc urbem legavit, et si longissime ab Judæa sita esset, ut cunctis mortalibus ostenderet, quod et laqueis erroris constricti, ut qui omnium maxime atque in universis sceleribus primatum obtinentes, cognitionem Dei sint recepturi, sinibusque (90) foturi suis. Nec enim sermo Dei est inefficax, verum magnipotens, et magnarum virium, ut et ad Jeremiam dictum est: *En dedi verba mea in os tuum, ignem, et populum tuum ligna* [12]. Et iterum: *Nonne sermones mei velut ignis ardens, dicit Dominus, et veluti securis cædens petram* [13]? Intuere porro clamoris vocem positam ut in Sodomitis.

Κηρύξον ἐν αὐτῇ, ὅτι ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρός με. Ἐπειδή, φησίν, ἀναισθητοῦσι τῶν ἰδίων παρανομιῶν καὶ ἀσεβειῶν, σὺ γενοῦ αὐτοῖς, κήρυξ, καὶ δίδαξον αὐτοὺς, ὅτι τηλικαύτην οὕτω κακίαν ἐπεδείξαντο, ὥστε ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ φθάσαι τὸ μέγεθος αὐτῆς, καὶ μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέναι, κατακράζουσαν τῶν αὐτὴν μετιόντων. Οὐκ ἀγνοεῖ μὲν γὰρ τῶν ὄντων οὐδὲν, κἂν ἐλάχιστον ᾖ, ὁ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως (86) αὐτῶν· πλὴν ἐπεὶ φιλάνθρωπος ὢν, οὐκ ἐπὶ σμικροῖς τισι τὴν τιμωρίαν ἐπάγει, ἀλλ' ὅτε μεγάλα καὶ ἀξιόλογα τὰ κακὰ γένωνται, καὶ οἷα κινῆσαι τὴν αὐτοῦ χρηστότητα πρὸς ὀργὴν, τότε διανίσταται πρὸς ἐκδίκησιν· διὰ τοῦτο λέγει, κραυγὴν τῆς κακίας γενέσθαι πρὸς αὐτὸν, ὡς πληθυνθείσης, καὶ προσκαλουμένης εἰς ἐκκοπήν. Οὕτω καὶ τὸ Ἄβελ αἷμα λέγεται καταβοᾶν τῆς τοῦ Κάϊν μιαιφονίας· οὕτω καὶ ἡ τῶν Σοδόμων αἰσχρουργία, κατεκραύγασεν αὐτῶν. Τῷ ὄντι γὰρ οἱ Νινευῖται ἐν πλούτῳ ζῶντες (87), πᾶσαν παρανομίαν (88) μετῆσαν· τά τε ἄλλα ἀσελγῶς διαγενόμενοι [*f.* — γιν.], καὶ φαρμακείαις σχολάζοντες καὶ μαγείαις, τοῦτο δὴ τὸ ἐν Χαλδαίοις ἐξαίρετον, καθὰ καὶ Ναούμ· *Πόρνη καλὴ καὶ ἐπίχαρις ἡγουμένη φαρμάκων*. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τὸν προφήτην εἰς ταύτην ἔστειλε, καίτοι πορρωτάτω τῆς Ἰουδαίας ἀπῳκισμένην· ἵνα δείξῃ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι καὶ τοῖς τῆς πλάνης βρόχοις ἐνειλημμένοι (89) μάλιστα πάντων, καὶ κατάρχοντες πάσης παρανομίας, καὶ οὗτοι τὴν θεογνωσίαν ὑποδέξονται, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐγκολπίσονται. Οὐ γάρ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἀδρανὴς, ἀλλὰ μεγαλοδύναμος καὶ ἐνεργὴς, ὡς καὶ πρὸς Ἱερεμίαν εἴρηται· *Ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ, καὶ τὸν λαὸν τοῦτον ξύλα*· καὶ πάλιν, *Οὐχ οἱ λόγοι μου ὡς πῦρ φλέγον, λέγει Κύριος, καὶ ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν*; Σκόπει δὲ καὶ τὸ τῆς κραυγῆς ὄνομα, οὕτω τεθὲν ὡς ἐπὶ τῶν Σοδομιτῶν.

VERS. 3. *Et surrexit Jonas ut fugeret in Tharsis a facie Domini.* Ambigunt hic non parum multi, cur cum propheta sit, fugiat, ceu Deum latere queat: hoc autem nemo alius, ne mediocrium quidem, unquam putasset, quod Deum effugere possit, qui et cuncta explet, et nullo loco capitur. Nonne Davidem audiit, si ipse ignorasset, dicentem: *Quo proficiscar a spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam* [14]? et quæ deinceps sequuntur. Videtur itaque absurde dictum hoc, vel ipse absurdus et

Καὶ ἀνέστη Ἰωνᾶς τοῦ φυγεῖν εἰς Θαρσεῖς ἀπὸ προσώπου Κυρίου. Ἐνταῦθα διαποροῦσι πολλοὶ, τί δήποτε προφήτης ὤν, φεύγει, ὡς τὸν Θεὸν λησόμενος. Τοῦτο γὰρ οὐδ' ἄλλος τις τῶν μετριωτέρων ᾠήθη ἄν, ὅτι Θεὸν ἀποδράσει, τὸν πάντα πληροῦντα καὶ μηδαμοῦ χωρούμενον. Ἢ οὐκ ἤκουσε τὸν Δαβὶδ, εἴγε καὶ αὐτὸς μὴ ᾔδει· *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω*; καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔοικεν οὖν ἢ ἄτοπον εἶναι τὸ λεγόμενον, ἢ αὐτὸς ἄτοπός τις εἶναι καὶ ἀλλόκοτος ἦν-

[11] Nahum III, 4. [12] Jerem. v, 14. [13] Ibid. 23. [14] Psal. CXXXVIII, 7.

Variæ lectiones et notæ.

(86) Πρὸ γενέσεως, *ante generationem*, Cod. Bav.
(87) Καὶ τρυφῇ ζῶντες, *et in deliciis viventes*, Cod. Ven.
(88) Ἀπῆσαν, Cod. Bav.
(89) Ἐνειλημένοις, Cod. Ven.
(90) *Et virtutem in sinus excepturi.* Ex cod. Ven. et Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θρωπος. Ἔστι μὲν οὖν εἰπεῖν, ὡς σαφῶς μὲν ᾔδει, καὶ πλέον ἢ οἱ ἄλλοι, ὡς προφήτης, ὅτι πάρεστιν ὁ τῶν ὅλων Κύριος πανταχοῦ, καὶ οὐδεὶς τόπος ἔρημος τῆς αὐτοῦ προμηθείας· ὑπελάμβανε δὲ ὅμως τὰς ἐνεργεστέρας [*f.* ἐναργ.] ἐπιφανείας ἐν Ἰουδαίᾳ μόνῃ ποιεῖσθαι αὐτόν. Καὶ ὡς εἰ ταύτης πόρρω γένοιτο, οὐκέτι αὐτῷ ἐπιφανήσεται, ὥστε πρὸς ταύτην τὴν διακονίαν αὐτὸν στεῖλαι. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, *Ἀπὸ προσώπου Κυρίου*, τουτέστιν, ἀπέφευγε τὴν ἐναργεστέραν ἐπιφάνειαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἀποστολήν. Ὅτι γὰρ οἱ πάλαι ἅγιοι ἐν τόποις τισὶν ἀφωρισμένοις ἐπιφαίνεσθαι τὸν Θεὸν ᾠοντο, μαρτυρεῖ καὶ ὁ Ἰακώβ, ὅτε ἴδε τὴν κλίμακα καὶ τοὺς ἀγγέλους (91) ἀναβαίνοντας, εἰπών, ὅτι *Ἔστι Κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ἤδειν*. Καὶ Δαβὶδ δέ, *Ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιὼν, ᾑρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ*. Καὶ νῦν δὲ ἔτι καὶ ἡμεῖς οἱ τὰ τελεώτερα φρονεῖν διδασκόμενοι, τῷδέ τινι τόπῳ ἐπισκιάζειν τὴν θείαν χάριν πιστεύοντες μᾶλλον, τούτῳ προσφοιτῶμεν, ὡς ἁγιασθησόμενοι, καὶ χάρισμά τι θεῖον καρπωσόμενοι. Παραιτεῖται δὲ τὴν διακονίαν, οὐχ ὡς ἀπειθὴς ἢ ὀκνηρὸς (ἀνάξια γὰρ προφήτου ἀμφότερα), ἀλλ' ἅμα μὲν ὡς εἰδὼς, ὅτι τεύξονται τῆς θείας φιλανθρωπίας οἱ Νινευῖται, εἴ γε μεταμελείᾳ χρήσαιντο, κἀντεῦθεν συμβήσεται τὴν προφητείαν ψευδῆ νομισθῆναι, ὃ πάντη ἀπρεπὲς καὶ ἀνάξιον. Τυχὸν δὲ καὶ κακῶς αὐτὸν οἱ Νινευῖται διαθήσονται, ὡς ψευδῶς αὐτοὺς ταῖς ἐκ τῆς μετανοίας κακοπαθείαις ἐμβάλλοντα. Ταύτην δὲ αὐτῷ τὴν ὑπόνοιαν τέθεικε τὸ περὶ τοῦ μηδὲν τῶν δεινῶν τοὺς Νινευῖτας πείσεσθαι, καὶ αὕτη ἡ ὑπόθεσις τοῦ κηρύγματος. Συνελογίσατο γάρ, ὡς οὐκ ἂν προεκήρυξεν, εἴπερ ἀπολέσαι ἠβούλετο· ἀλλὰ δῆλον ὡς ἐπὶ μετάνοιάν ἐστιν ἡ τροπὴ, ἡ τῆς τιμωρίας ἀπειλή. Πρὸς δὲ τούτῳ καὶ τῶν Ἰουδαίων κατηγορίαν ὑπέλαβεν ἔσεσθαι τὴν τῶν Νινευϊτῶν εὐπείθειαν, ὡς τῶν μὲν ἀγνώτι καὶ ἀλλοφύλῳ πεπιστευκότων ἀνδρὶ, τῶν δὲ, ἀπειθούντων τοῖς ὁμοφύλοις προφήταις, μετὰ θαυματουργιῶν τὰς προφητείας ποιουμένοις. Διὰ ταῦτα τὸ κελευσθὲν εὐθὺς οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ φεύγειν εἰς Θαρσεῖς ἐπεβάλλετο. Ταύτην δὲ τὴν χώραν, τινὲς μὲν, τὴν Ταρσόν φασιν, ἣ Κιλικίας μέν ἐστι μητρόπολις, ὑπὸ δὲ τοὺς πρόποδας (94) κεῖται Ταύρου τοῦ ὄρους· τινὲς δὲ, χώραν τῆς Ἰνδίας οὕτω φασὶ καλεῖσθαι Θαρσεῖς· ἐκ γὰρ Θαρσεῖς καὶ τὸν Σολομῶντα τοὺς πολυτελεῖς λίθους καὶ τοὺς τῶν ἐλεφάντων ὀδόντας ἐμπορεύεσθαι μετὰ καὶ πιθήκων· ταῦτα δὲ οὐκ ἄλλοθεν, ἢ ἐξ Ἰνδίας διακομίζεται, χρόνῳ διετεῖ· διὰ τοσούτου δὲ ἡ ναῦς Σολομῶντος καταίρειν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν λέγεται. Σφάλλονται δὲ οἱ ταῦτα λέγοντες. Εἰ γὰρ ἐπὶ τὴν Ἰνδίαν ἔφευγεν, οὐκ ἔδει ἐπὶ τὴν

A monstrosus quispiam homo esse, qui a Deo fugiat. Dicendum igitur, quod aperte quidem et plus quam alii, ceu propheta noverit, quod universorum Dominus ubique præsto sit, quodque nullus locus ejus providentiæ et gubernationis expers sit. Cogitavit autem, manifestiores suas apparitiones in sola **182** Judæa ipsum facere, unde si ab hac longe removeatur, sibi non porro appariturum Deum, ut ad hoc ministerium eum mittat. Hoc enim signat, *A facie Domini*, hoc est, declinavit magis perspicuam, adeoque clariorem Dei apparitionem et functionem legationis quæ illi ex ipso imminebat. Quod enim prisci sancti in locis quibusdam separatis apparere Deum autumarint, et Jacob testatur, quando vidit scalas, et angelos ascendentes et descendentes, in-
B quiens : *Dominus est in loco hoc, ego vero ignorabam* [15]. Sic David : *Selegit*, inquit, *Dominus Sion, secrevit ipsam in habitationem sibi* [16]. Porro et nos perfectiora sapere docti, ac per ista spiritum (92) divinam gratiam magis adumbrare credentes, ipsum locum accedamus, ceu sanctificandi, et divinum quoddam donum decerpturi relaturique. Subterfugit autem functionem illam, non tanquam non credens Deo, vel segnis, utraque enim prophetæ sunt indigna, nihil ei conveniunt : etenim simul compertum habens, Ninevitas divinam benignitatem et mansuetudinem, si resipiscant, consecuturos, hinc que eventurum ut ipse pro vano vate reputetur, quod omnino indecorum est prophetæ
C et inconveniens, nimirum quod vanus (93) existimari debeat. Forsan et Ninevitas malo in eum affectu concitabuntur, ceu talem qui falso et mendaciter eos in pœnitentiæ afflictiones conjecerit. Hanc autem ipsi suspicionem peperit, quod videret nihil grave Ninevitas passuros. Atque hoc est argumentum prædicationis. Ratiocinatus est enim secum, quod Deus verbum illis suum non prænuntiasset, si perire eos voluisset ; sed perspicuum est, quod ad pœnitentiam sit adhortatio, ipsa pœnæ et supplicii interminatio. Præterea et Judæorum accusationem fore cogitavit, Ninevitarum obedientiam, ut qui ignoto et alienigenæ fidem adhibuissent viro, cum ipsi contribulibus prophetis non crederent, qui prophetias suas cum miraculis etiam
D confirmarent. Hanc ob causam imperatum sibi non statim exsecutus est, sed fugere Tharsis usque est conatus. Hanc regionem quidam Tharsum esse aiunt, quæ et Ciliciæ metropolis, sub radicibus montis Tauri sita. Alii regionem quamdam Indiæ Tharsis appellari tradunt : ex Tharsis enim Salomonem quoque pretiosos lapides, dentes etiam eburneos una cum simiis mercatum. Hæ autem

[15] Gen. xxviii, 16. [16] Psal. cxxxi, 13.

Variæ lectiones et notæ.

(91) Ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ, *angelos Dei*, Cod. Ven.

(92) *Et peculiari cuidam loco obumbrare divinam gratiam magis credentes, accedamus ad locum hunc* (nempe templum) *tanquam sanctificandi, et divinum aliquod donum inde percepturi.*

(93) Hæc majoris claritatis gratia addit Lonicerus ; neuter vero Cod. Græca eis respondentia præbet.

(94) Πόδας, *pedes*. Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

aliunde quam ex India non perferuntur, bimatus spatio : tanto enim tempore navis Solomonis in libro Regnorum redire dicitur. Atqui errant talia dicentes. Si enim ad Indiam fugiebat, non erat opus ad Joppen descendere, quæ est maritima Palæstinæ, adjacetque mari ad occidentem vergenti. Per hoc pelagus nemo navi trajiciens, in Indiam pervenerit. Inter enim nostrum et Indicum **183** mare, multum telluris est et habitatæ et inhabitabilis, montesque et multi et magni, sinus item Ruber, quem deinde Indicus contingit. Præterea divina Scriptura testimonium dicit, Tharsis non esse ex urbibus Indicis, neque etiam Tarsum, sed Africæ esse. In Isaia enim juxta Septuaginta editionem legitur : *Lugete, navigia Carchedonis, quoniam interiit munitio vestra* [17]. Aquila tamen et Symmachus Tharsis pro Carchedone verterunt, cum et Ezechiel memoriam Carchedonis fecerit, in Hebræo vero et Syro exemplaribus, Tharsis inventum sit. Unde liquet non in Indiam, sed Africæ Carchedonas Jonam profugisse.

A Ἰοππην κατελθεῖν. Αὕτη γὰρ παραλία μέν ἐστι Παλαιστίνης, ἐπίκειται δὲ τῇ πρὸς ἑσπέραν ἀπονευούσῃ θαλάσσῃ. Διὰ τούτου τοῦ πελάγους οὐκ ἄν τις ναυτιλίᾳ χρώμενος, εἰς Ἰνδίαν ἔλθοι· μεταξὺ γὰρ τῆς ἡμετέρας θαλάσσης καὶ τῆς Ἰνδικῆς, ἤπειρός ἐστι πολλή, οἰκουμένη τε καὶ ἀοίκητος, καὶ ὄρη πολλὰ καὶ μεγάλα, καὶ ὁ Ἐρυθραῖος κόλπος, ᾧ συνάπτει λοιπὸν ὁ Ἰνδικός. Ἀλλὰ καὶ ἡ θεία Γραφὴ μαρτυρεῖ, ὅτι οὐκ ἔστι τῆς Ἰνδῶν ἡ Θαρσεῖς, οὐδὲ Ταρσὸς, ἀλλὰ τῆς Ἀφρικῆς ἐστιν· ἐν γὰρ τῷ Ἡσαΐᾳ, οἱ μὲν Ἑβδομήκοντα, *Ὀλολύξατε*, ἐξέδωκαν, *πλοῖα Καρχηδόνος, ὅτι ἀπόλωλε τὸ ὀχύρωμα ὑμῶν* · ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, *Θαρσεῖς*, ἀντὶ τῆς Καρχηδόνος τεθείκασι (95) · καὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ δὲ μνήμην Καρχηδόνος B ποιησαμένου, καὶ ἐν τῷ Ἑβραίῳ καὶ ἐν τῷ Σύρῳ, *Θαρσεῖς*, εὕρηται. Ἐξ ὧν δῆλον, ὡς οὐκ εἰς Ἰνδίαν ὁ Ἰωνᾶς, ἀλλ' εἰς Καρχηδόνα ἔφευγε.

Descendit in Joppen, et reperit navim euntem in Tharsis, ac dedit naulum suum, descenditque in ipsam, ut navigaret una cum illis Tharsis usque, a facie Domini. Per mare fugam adornat, ratus quam celerrime sese a ministerio prophetiæ erga Ninevitas liberandum. Dedit autem et navigationis mercedem, ut ne vel hinc, si non daret, esset quod remoraretur eum quominus fugeret. Omnia namque ipsi facilia videbantur, patriæ privatio, maris pericula, mercedisque abjectio, modo ab gravi et molesta prophetandi functione illa eripi queat.

Καὶ κατέβη εἰς Ἰόππην, καὶ εὗρε πλοῖον βαδίζον εἰς Θαρσεῖς, καὶ ἔδωκε τὸ ναῦλον αὐτοῦ, καὶ ἀνέβη εἰς αὐτὸ, τοῦ πλεῦσαι μετ' αὐτῶν εἰς Θαρσεῖς ἐκ προσώπου Κυρίου. Τὴν διὰ θαλάσσης φυγὴν ποιεῖται, νομίσας ὡς τάχιστα τῆς διακονίας τοῦ προφητεῦσαι τοῖς Νινευΐταις ἀπαλλαγήσεται. Ἔδωκε δὲ καὶ τὸν τῆς ναυτιλίας μισθὸν, οὐδὲ τῆς ἐντεῦθεν ζημίας ἐπισχεῖν αὐτὸν δυνηθείσης. Πάντα γὰρ αὐτῷ κοῦφα ἐδόκει, καὶ πατρίδος στέρησις, καὶ C θαλάσσης κίνδυνος, καὶ μισθοῦ καταβολὴ, μόνον εἰ τὴν ἐπιβαρῆ ταύτην λειτουργίαν ἐκδεδυκέναι αὐτῷ γένοιτο.

Vers. 4, 5. *Et Dominus excitavit ventum vehementem in mari, et exorta est tempestas magna in mari, et navis periclitabatur ut contereretur : conterritique sunt nautici, et clamabant quisque ad Deum suum, feceruntque jactum vasorum navis, ea in mare ejicientes, ut levior ipsa fieret.* Jonas quidem sic effugere posse divinum illud ministerium arbitrabatur : at enim terræ marisque Dominus suscitat adversus navim tempestatem, fluctuumque nexus navigio circumjicit, ut discamus divinam functionem subterfugere nos non posse, neque renuere debere, si ad opus Deo beneplacens advocemur. Docemur juxta hinc, quod nihil citra Dei providentiam geratur, verum tempestates etiam divina voluntate, et non fortuito, vel naturaliter fieri : *Dominus* enim, inquit, *excitavit spiritum magnum.* Dicat fortasse aliquis, frequentissime procellas maris naturæ quadam ratione oriri, nempe siderum conventibus et secessionibus, quandoquidem hunc Deus ordinem mundi motui indiderit. Cui respondemus. Excitantur etiam sæpe, natura non postulante, tempestates, Dei admirando consilio et voluntate, qui et naturam condidit, idem

Καὶ Κύριος ἐξήγειρε πνεῦμα μέγα εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο κλύδων μέγας ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὸ πλοῖον ἐκινδύνευε συντριβῆναι, καὶ ἐφοβήθησαν οἱ ναυτικοὶ, καὶ ἀνεβόων ἕκαστος πρὸς τὸν θεὸν αὐτοῦ, καὶ ἐκβολὴν ἐποήσαντο τῶν σκευῶν τῶν ἐν τῷ πλοίῳ εἰς τὴν θάλασσαν, τοῦ κουφισθῆναι ἀπ' αὐτῶν. Ἰωνᾶς μὲν οὕτω φυγεῖν τὴν θείαν ὑπηρεσίαν ἐνόμιζεν· ἀλλ' ὁ γῆς καὶ θαλάσσης Κύριος, ἐγείρει κατὰ τοῦ σκάφους κλύδωνα, καὶ τῶν κυμάτων περιβάλλει τῷ πλοίῳ δεσμὰ, ἵνα μάθωμεν μὴ φεύγειν τὴν θείαν D διακονίαν, καλούμενοι πρὸς ἔργον θεάρεστον, ἀναβάλλεσθαί τε καὶ ἀναδύεσθαι. Διδασκόμεθα δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι οὐδὲν ἀπρονόητον· ἀλλὰ καὶ οἱ κλύδωνες θείᾳ βουλῇ, καὶ οὐ συντυχικῶς, ἢ φυσικῶς γίνονται. *Κύριος* γὰρ, φησὶν, *ἐξήγειρε πνεῦμα μέγα.* Εἰ μή τις ἄρα εἴποι, ὅτι ὡς ἐπίπαν μὲν φυσικῶς οἱ κλύδωνες γίνονται, ἄστρων συνόδοις καὶ ὑποχωρήσεσι, τοῦ Θεοῦ πάντως ταύτην τὴν τάξιν τῇ τοῦ κόσμου κινήσει ἐντεθεικότος· γίνονται μέντοι πολλάκις, καὶ ὅτε ἡ φύσις οὐκ ἀπαιτεῖ, τοῦ Θεοῦ βουλομένου, ὃς καὶ τὴν φύσιν ἐποίησε, καὶ ἀλλοιοῦν αὐτὴν πρὸς τὸ αὐτῷ βουλητὸν ἑκάστοτε δύναται. Ἐν ἀμφοτέρῃ δὲ

[17] Isa. III, 26.

Variæ lectiones et notæ.

(95) Ἐξέδωκαν καὶ τεθείκασι. Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῖς τρόποις ἐκεῖνοι σώζονται ἢ ἀπόλλυνται, οὓς σωθῆναι ἢ ἀπολέσθαι ἐδικαίωσε. Τὸ δὲ φοβηθῆναι τοὺς ναυτικούς, σημεῖον τοῦ μεγέθους τοῦ κινδύνου, ὅτε καὶ οἱ τῆς θαλάσσης ἐμπειρότατοι, ἐδεδοίκεσαν, δῆλον ὡς ἀπεγνωκότες, καὶ ἐκβολὴν ἐποιοῦντο τῶν σκευῶν, ὡς ἂν δηλαδὴ κουφισθῆναι τὸ πλοῖον. Ἱκέτευον δὲ καὶ τοὺς αὐτῶν θεοὺς ἕκαστος, τῆς Γραφῆς οὐ μάτην ταῦτα διηγουμένης, ἀλλ' ἵνα διδάξῃ, ὅτι ἀμφότερα δεῖ, καὶ τὰ ἡμέτερα ποιεῖν, καὶ τὴν θεῖαν ἐπικαλεῖσθαι συμμαχίαν, καὶ μήποτε τὸ πᾶν τῷ Θεῷ ἐπιτρέπειν, αὐτοὺς ἀργοὺς καθημένους· ἀψύχων γὰρ τοῦτο καὶ ἀκινήτων· μήτε ταῖς ἡμετέραις καθάπαξ ἐπινοίαις καὶ πραγματείαις θαῤῥεῖν· πάλιν γὰρ αὖ τοῦτο ἀθέων καὶ ἀπονενοημένων. Φασὶ δέ τινες, ὅτι περὶ τοῦτο μόνον τὸ πλοῖον ὁ κλύδων ἐγένετο. Οὐ γὰρ ἂν, εἴπερ κοινὸς ἦν ὁ κλύδων, κλήρῳ μαθεῖν ἐπεχείρησαν τὸν τοῦ κλύδωνος αἴτιον. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς ἄλλους ἐώρων ἀκινδύνως πλέοντας, καὶ ἐξ οὐρίων φερομένους, τὴν δὲ σφετέραν ὁλκάδα καταδῦναι κινδυνεύουσαν, ζητοῦσι τίς ἐν αὐτοῖς ὁ τοῦ κλύδωνος αἴτιος. Καὶ ἔχειν γε ἔοικε τὸ εἰκὸς ὁ λόγος, εἴπερ καὶ ἕτερα πλοῖα συμπλέοντα, ἀκίνδυνα ἐφέροντο.

A eamdem etiam alterare, secundum quod sibi visum fuerit, undelibet potest. Utroque autem modo illi servantur vel pereunt, quos divinus calculus vel servari vel interire judicavit. Quod vero terrefiant nautæ, signum est magnitudinis periculi, quando et maris peritissimi **184** sibi metuerunt : signum est evidentissimum, quod animum desponderint, et idcirco ejectionem vasorum fecerint, ut levaretur navis. Supplicabat autem quilibet diis suis, Scriptura hæc non frustra enarrante, verum uti doceat, utraque esse necessaria, et nostra facere, et divinum implorare auxilium : neque sic totum negotium Deo permittere, ut nos interim segnes plane et ignavi sedeamus (inanimatorum enim et omni motu vacantium hoc rerum est) neque nostris omnino B nos confidere consiliis et institutis : hoc enim rursus impiorum hominum est, quibus reproba mens est. Asseverant nic quidam, quod circa istam solam navim tempestas sævierit. Neque enim, si communis tempestas erat, conati essent sorte exquirere ejus turbationis maris auctorem. Enimvero, cum alios viderent citra periculum sulcare pelagus secundisque ventis agi, suam vero onerariam navim submergi propemodum ea periclitatione, inquirunt quisnam inter sese ejus maris sævitiæ sit auctor, quæve origo. Atque hæc opinio non erit absimilis vero, si reliqua navigia extra periculum sint acta.

Ὁ Ἰωνᾶς δὲ κατέβη εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ πλοίου, καὶ ἐκάθευδε, καὶ ἔρεγχεν. Οὐχ οὕτως ἀμελὴς ἦν ὁ προφήτης, καὶ ῥᾳθυμίαις ἐκδεδωκὼς, ὥστε τοσούτου κινδύνου ἐπηρτημένου καθεύδειν αὐτὸς, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' οὕτω βαθέως, ὥστε καὶ ῥέγχειν, δ μεγίστης ἀφροντησίας δεῖγμα· ἀλλὰ πρὸ τοῦ κινδύνου καὶ τοῦ χειμῶνος ὁ ὕπνος ἦν, καὶ οὗτος ἴσως C ἐξ ἀθυμίας τῆς ἀπὸ τοῦ φεύγειν. Καὶ τὸ εἰς τὴν κοιλίαν δὲ τοῦ πλοίου καταβῆναι, τουτέστιν εἰς τὴν κατωτάτω χώραν, ἄξιον προφητικοῦ ἤθους· τὸ γὰρ ἰδιαστικὸν καὶ μονῆρες, προφητικόν. Οὕτω καὶ Δαβὶδ, *Καταμόνας εἰμὶ*, φησὶ· καὶ Ἱερεμίας, *Ἀγαθὸν ἀνδρὶ, ὅταν ἄρῃ τὸν ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ· καθίσεται καταμόνας*· καὶ πάλιν, *Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου αὐτοῦ παιζόντων. Καταμόνας ἐκαθήμην, ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην.*

Jonas autem descendit in alvum navis, et dormivit et stertuit. Numquid adeo ignaviæ et socordiæ deditus erat propheta, ut tanto periculo suscitato ipse dormiret, nec simpliciter dormiret, sed in altum adeo soporem deferretur, ut sterteret? quod maximæ securitatis argumentum erat. Atqui ante subortam tempestatem et periculum sopore correptus est, fortasse ex nimia fugæ tristitia et defatigatione. Porro quod in alvum navis, hoc est, in infimum locum descenderit, prophetæ hoc moribus convenit. Separatim enim et solitarium degere, propheticum est. Hinc et David : *Solitarius sum*[18], inquit; et Jeremias : *Bonum est homini, ubi jugum suum tulerit, ab ineunte juventute sedere solum*[19]; et iterum : *Non sedi cum concilio illusorum ejus*[20].— *Solus et separatim sedi, quoniam amaritudine repletus sum*[21].

Καὶ προσῆλθε πρὸς αὐτὸν ὁ πρωρεὺς καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τί σὺ ῥέγχεις; Ἀνάστα, ἐπικαλοῦ τὸν Θεόν σου, ὅπως σώσῃ ὁ Θεὸς ἡμᾶς, καὶ οὐ μὴ ἀπολώμεθα. Τὸ ναυτικὸν πλῆθος, ἄλλως μὲν ἀμελὲς τοῦ δέοντος καὶ ἀσύνετον· ἐνταῦθα δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ φόβου συνετίζεται (96), ὥστε τὸν πρωρέα μὴ μόνον αὐτὸν εὔχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἰωνᾷ προσελθόντα, καὶ τοῦτον εἰς εὐχὰς διεγείρειν· οὕτως ἡ ἀνάγκη διδάσκει τὰ δέοντα. Καὶ ὅρα, ὅπως εἰ καὶ διαῤῥόρους ἐπεκαλοῦντο θεοὺς, ὅμως γνῶσιν εἶχον

VERS. 6. *Et accessit ad eum proræ gubernator, dicens ei : Tu quid stertis? Surge, invoca Deum tuum, si fors nos servet Deus, et non pereamus.* Nautica multitudo, alias prorsum negligens decori, et D intellectu carens, hic adeo formidine et pavore eruditur, et intelligens redditur, ut proræ observator, non ipse tantummodo preces fundat, verum Jonam adiens, eum etiam ad precandum excitet : adeo necessitas, quid deceat, belle docet. Observa hic, quod etiamsi varios deos invocaverint, eam

[18] Psal. ci, 8. [19] Thren. III, 17. [20] Psal. xxv, 4. [21] Thren. I, 20.

Variæ lectiones et notæ.

(96) Συνεπαίρεσθαι, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tamen cognitionem habuerint, unum esse quempiam Deum, cæteris omnibus majorem præstantioremque. Non enim dixit, Ut servent nos dii, sed, Deus; vel quod unum existimaverint, Jona cum omnibus illis peculiarem suum Deum adorante, atque unum fortasse ex multis in 185 auxilium vocaverint qui eos exaudiret ac incolumes conservare posset, forsan Neptunum, vel Nerea, seu Thetin, seu alium quempiam marinum deum juxta Græcum errorem.

VERS. 7. *Dixit porro quilibet ad proximum suum: Agite, faciamus sortes. Et cecidit sors super Jonam.* Obtemperavit Jonas prorsæ observatori, et oravit. Quamquam enim hoc Scriptura non expresserit, intelligitur tamen: quando neque, quod e somno surrexerit, indicavit, nemo tamen ambigit ipsum exspergefactum surrexisse. At precibus suis ad Deum fusis, non est exauditus. Neque enim par erat inobedientem Deo, exauditum iri. Jam et fuga ejus a Deo fiduciam ad Deum ademerat. Cum igitur auxilia ex precibus vana tum dijudicarentur, ad sortem confugiunt, cui gentes assueverant. Noverant enim naturæ quodam ductu, peccantibus esse adjectam pœnam, ac digna nos ob peccata nostra supplicia ferre, nec hujusmodi expertia esse curæ Dei: proinde credebant (99) quod Providentia illa per sortis jactum manifestaret sibi auctorem, jamque hoc arbitrabantur, quod quem fortuita sors probasset, vel etiam prodidisset, apprehendendum, ceu sortis oraculo expetitum. Cæterum nos intelligamus, quod Deus quemlibet a propriis, a domesticis, a contribulibus, cognatis et cognitis, ad se adducat: perinde ac tenemus Magos stellæ ductu perductos ad cunas Christi, et Azotios in Veteri Testamento per symbolum boum arcam perferentium tandem servatos, cum quid in posterum fieri vellet, subindicasset. Sic Dominus noster repertis piscatoribus, *Agite*, inquit, *sequimini me, faciam ex vobis piscatores hominum*[22]: consuetum ipsis nomen prætendens. Cum igitur nautis consuetum esset ceu ethnicis sortiri, condescendens et consentiens ipsis Deus, per minime obscurum ipsis indicium, tempestatis ipsis auctorem notum reddidit. Præterea sortem non esse Spiritualem rem, apostoli indicant, qui sorte, priusquam Spiritu perfusi essent, usi sunt: post Spiritus Paracleti accessionem, haudquaquam sortem admittentes. Quidam vero neque apostolos tali sorte usos affirmant, sed enim divinioribus quibusdam signis quæ indicarent eis, quinam a Deo electus esset.

[22] Matth. IV, 19.

τοῦ ἕνα Θεὸν εἶναι τὸν μείζω πάντων. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὅπως σώσωσιν ἡμᾶς οἱ θεοὶ, ἀλλ', Ὁ Θεὸς, ὅτι ἕνα (97) ἐνόμιζον· καὶ τοῦ Ἰωνᾶ μετὰ πάντων εὐχομένου τῷ οἰκείῳ Θεῷ, ἕνα τινὰ ἴσως ἐκ τῶν πολλῶν εἰς βοήθειαν καλουμένων ἐπακούσαντα, δυνηθῆναι σῶσαι αὐτοὺς, τυχὸν τοῦτον ὄντα Ποσειδῶνα, ἢ τὸν Νηρέα, ἢ τὴν Θέτιν, ἢ ἄλλον τινὰ τοιοῦτον ἐνάλιον δαίμονα κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην.

Καὶ εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· Δεῦτε, βάλωμεν τοὺς κλήρους (98). *Καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ἰωνᾶν.* Ὑπήκουσε μὲν ἂν ὁ Ἰωνᾶς τῷ προφήτῃ, καὶ ηὔξατο. Εἰ γὰρ καὶ μὴ εἶπε τοῦτο ἡ Γραφὴ, ἀλλ' οἶν νοεῖται· ὅπου γε ὅτι οὐδὲ ἀνέστη ἐκ τοῦ ὕπνου εἶπεν, ὅμως οὐδεὶς ἀμφιβάλλει ἀναστῆναι αὐτόν. Εὐξάμενος δὲ, οὐκ εἰσηκούσθη· οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς τὸν παρήκοον ἀκουσθῆναι. Ἀλλ' ἡ φυγὴ τὴν πρὸς Θεὸν αὐτοῦ παῤῥησίαν ἀφαιρεῖται. Ἐπεὶ οὖν ἀπὸ τῶν εὐχῶν ἡ βοήθεια κενὴ ἀπηλέγχετο, ἐπὶ τὸν κλῆρον καταφεύγουσιν, ὃ τοῖς ἐθνικοῖς σύνηθες. Ἤδεσαν γὰρ φυσικῶς, ὡς ἔστι τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπικειμένη ποινὴ, καὶ δίκης τυγχάνομεν ἀξίας ὧν ἁμαρτάνομεν, καὶ οὐκ ἀπρονόητα τὰ τῇδε. Διὸ καὶ ἐπίστευον, ὡς ἡ Πρόνοια, διὰ τοῦ κλήρου γνωρίσει αὐτοῖς τὸ αἴτιον. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ᾤοντο, ὅτι συντυχικῶς ὁ κλῆρος ὑποδείξει αὐτοῖς τὸν ἁμαρτάνοντα. Μὴ μέντοι ὁ ἀκούων, ὅτι παρ' ἐκείνοις ὁ κλῆρος εὐδοκίμησε, δεξάσθω ἤδη ὡς ἐφειμένον τὸ τοῦ κλήρου χρῆμα. Ἀλλ' ἐννοείτω ὅτι ὁ Θεὸς ἕκαστον ἀπὸ τῶν οἰκείων, καὶ συμφύλων, καὶ γνωρίμων αὐτῷ ἐπάγεται· ὥσπερ τοὺς μάγους δι' ἀστέρος, καὶ τοὺς Ἀζώτους (1) ἐν τῇ Παλαιᾷ, διὰ τοῦ συμβόλου τοῦ ἀπὸ τῶν βοῶν, τῶν τὴν κιβωτὸν διακομιζουσῶν, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὑπέδειξε τὰ μέλλοντα περὶ αὐτὸν ἔσεσθαι. Οὕτω καὶ ἁλιεῖς εὑρὼν, *Δεῦτε ὀπίσω μου*, εἶπε, *καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων*, τὸ σύνηθες αὐτοῖς ὑποτείνας ὄνομα. Κάνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ σύνηθες ἦν τὸ κληροῦσθαι τοῖς ναυτικοῖς ὡς ἐθνικοῖς, συγκαταβαίνων ὁ Θεὸς αὐτοῖς διὰ τοῦ ἐγνωσμένου αὐτοῖς συμβόλου, τὸν αἴτιον τοῦ κινδύνου ἐγνώρισεν. Ἐπεί γε [Ὅτι δὲ ?] ὁ κλῆρος οὐ πνευματικόν ἐστι, δηλοῦσιν οἱ ἀπόστολοι, ὅτε οὔπω Πνεῦμα παρῆν αὐτοῖς, τότε τῷ κλήρῳ χρησάμενοι· μετὰ μέντοι τὴν τοῦ Πνεύματος κάθοδον, οὐδαμοῦ τὸν κλῆρον παραδεξάμενοι. Καίτοι γε τοὺς ἀποστόλους οὐδὲ κλήρῳ τοιούτῳ χρήσασθαί τινες δεισχυρίζονται, ἀλλά τισι θειοτέροις σημείοις, δηλοῦσιν αὐτοῖς τὸν ὑπὸ Θεοῦ ἐκλεγέντα.

Variæ lectiones et notæ.

(97) Deest ἕνα in Cod. Ven. et recte quidem, ut mihi videtur; delendumque propterea punctum post ἐνόμιζον, eritque loci hujus sensus: *Non enim dixit*, Ut servent nos dii, *sed* Deus: *quia existimabant, Jona quoque cum cæteris Deum suum orante, unum fortasse aliquem ex multis qui in auxilium vocarentur exaudientem, salvare ipsos posse, et hunc esse forte Neptunum, vel Nereum.*

(98) Καὶ ἐπιγνῶμεν τίνος ἕνεκα ἡ κακία αὕτη ἐστὶν ἐν ἡμῖν, καὶ ἔβαλον κλήρους, *et videamus, qua de causa malum hoc in nobis sit; et miserunt sortem*, Cod. Ven.

(99) *Non enim existimabant, sortem temere ac fortuito subindicaturam delinquentem. Ne itaque putet quispiam sortis jactum esse licitum, si apud eos in usu fuisse audiat. Sed consideret, Deum trahere singulos consuesse per ea quæ ipsis usitata sint, familiaria et cognita, ut Magos per stellas*, etc. Ex Cod. Ven.

(1) Ἐξωτικοὺς, *extraneos*. Cod. Bar.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἀπάγγειλον δὴ ἡμῖν, τίνος ἕνεκεν ἡ κακία αὕτη ἐν ἡμῖν· τίς σου ἡ ἐργασία ἐστί, καὶ πόθεν ἔρχῃ, καὶ ποῦ πορεύῃ, καὶ ἐκ ποίας χώρας, καὶ ἐκ ποίου λαοῦ εἶ σύ; Ὅρα βαρβάρους ἀνθρώπους ἐπιεικεῖς. Οὐ γὰρ ἅμα τῷ ἐπιγνῶναι τῆς ζάλης αἴτιον τὸν Ἰωνᾶν, ἀγριαίνουσι πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἠπίως καὶ πράως ἐρωτῶσι· *Τίνος ἕνεκεν ἡ κακία αὕτη;* τουτέστιν, Ἡ κάκωσις αὕτη ἐκ ποίου ἁμαρτήματος ὑπὸ σοῦ πραχθέντος ἐπῆλθεν ἡμῖν; Ἐρωτῶσι δὲ, ἵνα μαθόντες, πειράσωνται διορθώσασθαι τὸ ἁμάρτημα, ὡς ἔνεστι. Πυνθάνονται δὲ καὶ τίνα ἐργασίαν μέτεισι, τουτέστι, ποῖον ἐπιτήδευμα βίου ἔχει, καὶ ποίου ἔθνους ἐστὶ, καὶ τὴν ὁδὸν, πόθεν, ποῖ βαδίζει· ὡς ἂν καὶ ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν κοινῶν τοῦ ἔθνους ἐπιτηδευμάτων, καὶ τῆς ὁδοῦ ἣν βαδίζει, τεκμήρωνται τὸν βίον αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἐξιλεώσονται [*f.*—αωντ.] τὸν Θεὸν, ᾧ προσεκεκρούκει. Ἔροντο γὰρ, ὅτι τὸν λελυπημένον ἐπ' αὐτῷ ἐκθεραπεύσαντες δαίμονα, τυχὸν ὄντα θαλάσσιον, τὴν ἐκ τοῦ χειμῶνος διαφεύξονται βλάβην. Μιμησώμεθα οὖν τὸ τῶν ἀνδρῶν μέτριον καὶ ἐπιεικὲς ἦθος, οἱ τὰ κρείττονα ἀπαιτούμενοι.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Δοῦλος Κυρίου ἐγώ εἰμι, καὶ τὸν Θεὸν (2) *τοῦ οὐρανοῦ ἐγὼ σέβομαι, ὃς ἐποίησε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν.* Τοῦτο, φησὶν, ἐμοὶ ἐπιτήδευμα, καὶ αὕτη μου ἡ ἐργασία, τὸ δουλεύειν τῷ ἀληθινῷ Θεῷ διὰ τῶν πράξεων, εἰ καὶ νῦν ἠπείθησα αὐτῷ, καὶ σέβεσθαι αὐτὸν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. Πολλοὶ γὰρ σέβονται μὲν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, οὐκ εἰσὶ δὲ δοῦλοι αὐτοῦ, ὡς μὴ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ἔργα ποιοῦντες. Τάχα δὲ καὶ διὰ τούτου, καὶ ποίας χώρας ἐστὶν ἔδειξεν, ὅτι τῆς Ἰουδαίας. Οὐ γὰρ ἄλλο ἔθνος τοῦτον ἐσέβοντο τὸν Θεόν. Θαύματος δὲ ἄξιος ὁ προφήτης, ὅτι καὶ θανάτου ἐγγὺς ὢν, κηρύττει τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς ναυτικοῖς κτισματολάτραις (3) καὶ εἰδωλολάτραις σύσιν ἀποκαλύπτει τὸ μεγαλεῖον αὐτοῦ, Ποιητὴν πάντων τοῦτον ἀποκαλῶν τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῶν κάτω. Διὰ μέντοι τοῦ εἰπεῖν, *Ὃς ἐποίησε τὴν θάλασσαν*, δίδωσιν αὐτοῖς συλλογίσασθαι, ὅτι ἐπειδὴ τὸν Ποιητὴν θαλάσσης σέβεται, δῆλον ὡς προσκεκρουκὼς αὐτῷ, τὸν κλύδωνα τοῦτον ἤγειρε.

Καὶ ἐφοβήθησαν οἱ ἄνδρες φόβον μέγαν, καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· Τί τοῦτο ἐποίησας; Διότι ἔγνωσαν οἱ ἄνδρες, ὅτι ἐκ προσώπου Κυρίου ἦν φεύγων, ὅτι ἀπήγγειλεν αὐτοῖς. Ἐκ τούτου, φησὶν, ἔγνωσαν ὅτι φεύγει προσκρούσας τῷ Θεῷ, ἐκ τοῦ ἀπαγγεῖλαι αὐτοῖς, ὅτι δοῦλος Κυρίου ἐστίν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι τὸν ἀληθινὸν Θεὸν σέβεται, συνῆκαν ὅτι Ἰουδαῖός ἐστιν. Ἰουδαίοις δὲ οὐκ ἐξῆν ἀλλοφύλοις ἐπιμίσγεσθαι, καὶ πόλεσιν εἰδωλολάτραις παραβάλλειν· ὥστε δῆλον ὡς προσκέκρουκε τῷ οἰ-

A

B

C

D

Vers. 8. *Et dixerunt ad ipsum : Denuntia nobis, quam ob causam isthæc mali nos apprehenderit. Quæ tua negotiatio est? Et unde venis? Et quo proficisceris? Et ex qua terra, quove populo tu es?* Intuere hic barbarorum hominum æquitatem. Non enim statim ut agnoverunt Jonam esse auctorem turbinis et tempestatis maris, agrestibus in ipsum moribus ferebantur, verum blande et mansuete interrogant: *Cujus causa malum hoc?* **186** id est, afflictio ista, ex quo peccato abs te commisso, nos accessit, super nos venit? Percontantur autem, ut ubi didicerint delictum, experiantur expiare et emendare. Scrutantur autem et quam operationem exerceat, hoc est, quale vitæ suæ studium et artificium habeat, et ex qua gente sit; et viam, unde et quo vadat, tanquam ex studiis ipsius, et ex communibus gentis moribus vel opificiis, et ex itinere quod ingreditur, vitam ejus observare queant, sicque tandem Deum placent, in quem impegerat. Existimabant enim quod si turbatum ab ipso numen, marinum fortasse, reconciliassent, hanc tempestatis ipsi noxam effugere possent. Imitemur igitur et nos horum nautarum mansuetudinem et mitiorem animum, si quando excellentiora longe quam ipsi deposcamus.

Vers. 9. *Qui respondit ipsis : Servus Domini ego sum, ac Deum cæli ego colo, qui fecit mare et aridam.* Hoc, inquit, studium, hæc mea negotiatio est, servire Deo vero, per mea opera et actiones, etsi nunc illi non obtemperaverim, et colere ipsum per fidem in ipsum. Multi quidem colunt Deum, sed non sunt servi ejus, ut qui non faciant opera ipsi placentia. Per hoc autem mox etiam ex quanam terra sit demonstravit, nimirum Judæa : nec enim alia gens hunc Deum colebat. Admiratione autem dignus est propheta, ut qui morti proximus existens, prædicet Dei potentiam, et nauticis creaturarum et idolorum cultoribus revelet magnificentiam ejus, Conditorem omnium ipsum appellans, hoc est, cœli et eorum quæ sub cœlo sunt. Per hoc enim quod ait, *Qui fecit mare*, ansam illis simul præbet ratiocinandi, quod, quandoquidem maris Creatorem colat, planum sit, quod adversus eum impingens, tempestatem hanc excitarit.

Vers. 10. *Timuerunt itaque pavore magno conterriti, dicentes ad ipsum : Cur hoc fecisti? Cognoverunt enim viri, quod a facie Domini fugeret, quoniam denuntiaverat eis.* Ex hoc, inquit, agnoverunt quod adversus Deum delinquens, a conspectu ejus fugeret, quod confiteretur ipsis servum Dei se esse. Simul atque enim dixisset, quod verum Deum colat, intellexerunt eum Judæum esse. Judæis autem non licebat exteris et alienigenis admiscere sese, neque applicare se urbibus idolorum

Variæ lectiones et notæ.

(2) Κύριον τὸν Θεὸν, *Dominum Deum*, Cod. Bav.
(3) Κοσμολάτραις, *mundi cultoribus*, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cultricibus; perspicuum itaque erat quod in Deum suum deliquisset. Fortasse etiam cogitarunt, quod vitam, quæ in lege præscribatur declinans, ac Græcorum moribus sese admovens, fugiat a facie Judæorum Dei. Terrefacti sunt igitur, quandoquidem arbitrarentur potentem illum Deum esse, e cujus manibus quisquam evadere non posset : juxta metuentes, ne una cum transfuga isto intereant. Porro quod non liceret Judæis decreto **187** legis suæ gentibus adjungere sese, ex Veteri Testamento constat, tum ex Evangelio quoque. Dicente enim Domino Judæis, *Quo ego vado, vos venire non potestis* [22] : respondebant illi imprudenter : *Quonam iturus est, ubi nos eum non inveniemus? numquid ad dispersionem Græcorum iturus est, et docturus Græcos?*

A κείῳ Θεῷ. Τάχα δὲ ὑπέλαβον ὅτι καὶ τὴν ἐν νόμῳ παραιτεῖται ζωὴν, καὶ τοῖς Ἑλλήνων ἔθεσιν ἐπιδοὺς ἑαυτὸν, φεύγει ἐκ προσώπου τοῦ τῶν Ἰουδαίων Θεοῦ. Διὸ ἐφοβήθησαν, μὴ ὡς τοῦ Θεοῦ τούτου δυνατοῦ ὄντος καὶ ἀναποδράστου, καὶ αὐτοὶ τῷ τούτου δραπέτῃ συναπόλωνται. Ὅτι δὲ Ἰουδαίοις ἔξω νόμου ἐδόκει τὸ Ἕλλησι μίσγεσθαι, δῆλον μὲν ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς δήπου, δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου. Φάσκοντος γὰρ τοῦ Κυρίου τοῖς Ἰουδαίοις· *Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν*, ἔλεγον ἐκεῖνοι ἀνοήτως· *Ποῦ μέλλει οὗτος πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας;*

B

VERS. 11. *Dixerunt ad ipsum : Quid faciemus tecum, ut cesset a nobis mare?* Et hic demirari dignum est, nauticorum hominum mansuetos et mites adeo mores. Neque enim insurrexerunt in ipsum, neque dixerunt : O sceleste et omnium sceleratissime, propter te peribimus. Sed ipsum judicem faciunt, ut pronuntiet quid secum faciendum sit. Sive ergo antea clementes adeo exstiterunt et æquabiles, digni sunt quos æmulemur : sive præ pavore ad mansuetudinem translati sunt, vel sic etiam imitandi sunt : ubi sæpenumero nos in calamitates incidentes plane efferamur, nedum adversum calamitatum auctores solos, verum et contra ipsos familiarissimos nostros in calamitatibus consolatores. Proinde nautæ illi tales sunt. At sententias suas partiuntur : nec enim audent morti adjudicare, maxime cum servum eum esse Judæorum Dei audivissent. (Horribilis autem ille Deus jam olim ipsis ex fama innotuerat), nec rursum præsens periculum despicere possunt, quare ipsum ceu Dei servum hortantur dicere quid oporteat secum agi. Perspicuum enim videbatur eis quod minime ignoraret ejus mali medicinam.

Καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· Τί ποιήσομεν καὶ κοπάσει ἡ θάλασσα ἀφ' ἡμῶν ; Καὶ ἔτι θαυμάσαι ἄξιον τὸ τῶν ναυτικῶν τούτων ἀνθρώπων ἦθος, ἥμερον οὕτω καὶ πρᾶον ὄν. Οὐ γὰρ ἐπενέβησαν αὐτῷ, οὐδ' εἶπον· Ὦ μιαρὲ καὶ παμμίαρε, διὰ σὲ ἀπολούμεθα· ἀλλ' αὐτὸν ποιοῦνται τοῦ ἐπ' αὐτῷ ποιητέου κριτήν. Εἴτε οὖν καὶ πρότερον οὕτως ἦσαν ἐπιεικεῖς, ἀξιοζήλωτοι· εἴτε ὑπὸ τοῦ φόβου πρὸς τὸ πραΰτερον μετεπλάσθησαν, καὶ οὕτω μιμητέοι· ὅπου γε πολλάκις ἡμεῖς, συμφοραῖς περιπεσόντες, ἐκθηριούμεθα, οὐ πρὸς τοὺς αἰτίους μόνους τῶν συμφορῶν, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς οἰκειοτάτους, καὶ τῶν συμφορῶν παρακλήτορας. Οὐκουν ἐκεῖνοι τοιοῦτοι· ἀλλὰ τὰς γνώμας μερίζονται, οὔτε καταψηφίσασθαι αὐτοῦ θάνατον ἀποθαρροῦσιν, ἄλλως τε καὶ δοῦλον ἀκούσαντες εἶναι τοῦ Ἰουδαίων Θεοῦ (φοβερὸς δὲ οὗτος αὐτοῖς ἐπεφήμιστο)· οὔτε πάλιν τοῦ κινδύνου καταφρονῆσαι δύνανται. Διὸ ὡς Θεοῦ δοῦλον παρακαλοῦσιν αὐτὸν εἰπεῖν, τί δεῖ ἐπ' αὐτῷ ποιῆσαι· δῆλον (4) γὰρ ὄντα μηδὲ τὴν ἰατρείαν τοῦ κακοῦ ἀγνοεῖν.

Nam mare ibat, et excitabat vehementius tempestatem. Post sortem, inquit, vehementior impetuosiorque tempestas exorta est. *Mare* enim *ibat*, hoc est, plus agitabatur et intumescebat. Quædam hic exemplaria pro Ibat, *Admodum concitabatur*, habent, hoc est, horrendum strepebat, tremendum murmur edebat, quasi fluctus inter se mutuo navi illisi essent : atque hi post sortitionem magis tumultuati sunt, Deo palam indicante, per quem ista provenerit afflictio.

Ὅτι ἡ θάλασσα ἐπορεύετο καὶ ἐξήγειρε μᾶλλον κλύδωνα. Μετὰ τὸν κλῆρον σφοδρότερον, φησὶν, ὁ κλύδων ἐγένετο. *Ἡ γὰρ θάλασσα ἐπορεύετο* · τουτέστι, πλέον ἐκινεῖτο καὶ ὠγκοῦτο. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, *Ἐπωρύετο*, ἔχει, ἀντὶ τοῦ, φοβερὸν ἦχει, ἅτε τῶν κυμάτων ἀλλήλοις καὶ τῷ πλοίῳ προσαραττομένων (5). Ἐγίνετο δὲ ταῦτα σφοδρότερα μετὰ τὸν κλῆρον, τοῦ Θεοῦ σαφῶς δεικνύντος, διὰ τίνα ἡ κάκωσις ἦν.

Καὶ πάντα τὰ μισθώματα αὐτῆς ἐμπρήσουσιν ἐν πυρί· καὶ πάντα τὰ εἴδωλα αὐτῆς θήσομαι εἰς ἀφανισμόν. Διότι ἐκ μισθωμάτων πορνείας συνήγαγε, καὶ ἐκ μισθωμάτων πορνείας συνέστρεψε (94). Τοὺς ναοὺς, φησὶ, καὶ τοὺς βωμοὺς, καὶ τὰ ἀναθήματα, ἃ ἀνετίθει τοῖς εἰδώλοις, οἱονεί τινα μισθὸν ὡς εὐεργέταις, καὶ παντοίων ἀγαθῶν χορηγοῖς, ταῦτα ἐμπρήσουσιν οἱ Βαβυλώνιοι. Καὶ γὰρ πολύν τινα πλοῦτον, ἐν ἀναθήμασι καὶ κειμηλίοις θεωρούμενον, συνήγαγε καὶ συνέστρεψε· τουτέστι, συνεφόρησε καὶ συνεσώρευσεν εἰς τιμὴν εἰδώλων, ἐκ τῶν τοιουτοτρόπων μισθωμάτων τῆς πορνείας αὐτῶν, τουτέστι τῆς εἰδωλολατρείας· μισθώματα γὰρ διδοῦσα τοῖς δαίμοσιν, ὡς εὐεργέταις, καθὼς εἴρηται, πολυτελῆ, καὶ πολλὰ ἀναθήματα συνήγαγεν. Εἰκὸς δὲ, ὅτι καὶ αἱ πόρναι, μισθοὺς τῆς ἀκολασίας λαμβάνουσαι, ἐκ τούτων ἀπαρχὰς προσέφερον τῷ τῆς ἀκολάστου δαίμονος εἰδώλῳ τῆς Ἀστάρτης, ἤτοι τῆς Ἀφροδίτης. Ἢ τὰ μισθώματα καὶ ἑτέρως νοήσεις· τὸν γὰρ χρυσὸν αὐτῶν, φησὶ, καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν οἶνον ἐμπρήσουσιν οἱ πολέμιοι, ἃ ἐνόμιζον Ἰσραηλῖται μισθώματα αὐτοῖς δοθῆναι παρὰ τῶν εἰδώλων, ἕνεκεν τῆς εἰδωλολατρείας. Εἶτα ὡσανεὶ ἐπιγελῶν τῷ Ἰσραὴλ, φησὶν ὁ Θεὸς κατ' εἰρωνείαν, ὅτι τὸν πλοῦτον, ὃν συνήγαγεν, ἐκ τῶν εἰδώλων εἶχεν, ὡς ἐδόκει, μισθὸν διδόντων αὐτῷ τῆς πορνείας, ἤτοι εἰδωλολατρείας, καὶ ἐκ τῶν τοιούτων μισθῶν συνέστρεψε, τουτέστι, στερεός τις, καὶ συνεστραμμένος, καὶ σταθηρὸς γέγονεν. Ὡς ὀπωροφυλάκιον γέγονεν ἡ κατὰ νόμον λατρεία, ἕως μὲν εἶχε καιρὸν ὁ νόμος, ἀξιουμένη λόγου· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος παρῆλθεν, ὥσπερ ὀπώρα (ὀλιγοχρόνιος γὰρ καὶ οὗτος, καὶ οὐ στερεὰν παρέχων τροφὴν), τότε καὶ αὐτὴ ἐγκαταλειφθεῖσα, ὅτε καὶ οἱ λίθοι αὐτῆς κατεσπάσθησαν, ἤτοι τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, ἃ οὔτε αὐτοὶ, οὔτε οἱ πατέρες αὐτῶν ἠδυνήθησαν βαστάσαι. Καὶ τὰ θεμέλια αὐτῆς ἀπεκαλύφθη, τὸ Πνεῦμα, τὸ ἐν τῷ κρυπτῷ τέως κείμενον· καὶ γέγονεν ὄντως εἰς φυτείαν ἀμπελῶνος νέου, τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ, ὅτε καὶ ἡ Φαρισαϊκὴ διδασκαλία ἐνεπρήσθη τῷ τοῦ Πνεύματος πυρὶ, δὲπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐκάθισεν· ὑπὲρ ἧς μισθώματα παρὰ τοῦ λαοῦ ἐλάμβανον, ἐξ ὧν συνῆγον πλοῦτον καὶ συνέστρεφον, τὰς ὁδοὺς Κυρίου, τὰς εὐθείας καὶ ἁπλᾶς, διαστρέφοντες, καὶ εἰς συζητήσεις καὶ συστροφὰς λόγων

A etiam ipsius lapides detrudentur, hoc est, in immensam voraginem deprimentur, ut et fundamenta retegantur, et urbs in posterum serendis vineis apta et idonea videatur.

VERS. 7. *Et cuncta sculptilia ejus conterent.* Quos, ait, servatores sibi deos fore Judæi sperabant, hos Babylonii conterent, partim uti ligneos comburendo, partim uti aureos et **258** argenteos ad opulentiæ ostentationem.

Et omnes mercedes ejus comburent in igni, et cuncta idola ejus ponam in perditionem. Quia ex mercibus fornicationis coegit, et ex mercedibus fornicationis congregavit. Templa, inquit, et aras atque donaria quæ tanquam mercedem idolis, uti benemeritis bonorumque omnium largitoribus, urbs B dicavit; hæc omnia Babylonii comburent. Multas enim divitias quæ in sacrariis thesaurisque publicis visebantur, eas ad idolorum honorem urbs illa collegit atque congessit, hoc est, congregavit cumulavitque ex istiusmodi mercedibus fornicationis, idolorum scilicet cultus. Cum enim mercedes spiritibus nequam, tanquam bene sibi facientibus, uti supradictum, urbs ipsa præberet; multa ideirco atque pretiosa donaria congesserat. Verisimile quoque est et meretrices primitias ejus mercedis, quam ex flagitio capiebant, obtulisse impudici numinis idolo, Astartes nimirum, seu Veneris. Vel mercedes alio modo sic C intelligere commode poteris. Aurum ipsorum, ait, atque argentum et vinum hostes igni corrumpent; quæ Israelitæ, tanquam mercedem, suis a numinibus ob cultum ipsis tributum sibi præberi putabant. Deinde Israelem quodammodo Deus irridens, quamdam per ironiam habere ipsum ait divitias quas collegisset, ab suis numinibus, uti putabat, acceptas, quasi mercedes fornicationis, idolorum scilicet cultus; eumque per hujusmodi mercedes in unum coaluisse, firmum videlicet, bene compactum stabilemque cœtum. Erat uti pomorum custodia et legalis cultus, qui quandiu floruit lex, in honore habebatur; postquam autem lex præteriit, instar autumni, brevis et ipsa ævi, neque solidum exhibens alimentum; tum et cultus ipse derelictus D est, disjectique sunt et ipsius lapides, onera scilicet legis graviora quæ neque ipsi neque ipsorum patres ferre potuerunt [48]. Tum detecta sunt et ejus fundamenta, scilicet Spiritus, qui usque ad id temporis delituerat, et vere facta est in plantationem vineti novi, populi nimirum e gentibus conflati. Quo quidem tempore consumpta est et Pharisaica doctrina eo Spiritus igne, qui in apostolos delapsus est, reseditque in ipsis; pro qua doctrina Pharisæi mercedes a populo capiebant, colligebantque inde divitias. Qua doctrina ii detorserunt vias Domini rectas atque

[48] Act. xv, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(93) Ἤγουν ἄχρι βάθους, Cod. Bav.

(94) Συνέτριψε, Cod. Bav. Ita et paulo post.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

planas, eas depravantes implicantesque futilibus controversiis et ambagibus. Deseritur a Deo, ut agri tugurium, et anima, quæ Dei fructus non custodit, charitatem scilicet, gaudium, pacem, longanimitatem, et cætera quæ a Paulo recensentur, sed vietum appetit atque caducum hujus sæculi fructum, qui similis pomis est, **259** ingeneratque tumorem atque inflationem iis qui avide ipsum consectantur. Quod ita porro deseratur, ipsimet animæ fortasse prodest. Tum enim ejus lapides dejiciuntur, cordis scilicet durities, et ipsius fundamenta reteguntur; siquidem anima tum in apertum profert sua cogitata, quæ sunt actionum fundamenta. Atque tum fit *in plantationem*, Christum excipiens, discipulis dicentem, *Ego sum vitis, vos palmites* [49]. Talis anima, cum inimico serviret, mercedes ab eo capiebat opes fortasse atque gloriam; quibus ipsam allicichat, ei quodammodo dicens: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me* [50]. Quæ sane omnia talis anima conjicit in Evangelii ignem, *quem mittere* Dominus *in terram* venit [51]. Quo enim pertingunt evangelica verba, ibi dissipantur opes et gloria.

Vers. 8. *Propter hoc planget, et lamentabitur, ibit discalceata et nuda.* Quoniam adultera instar a me descivit, atque idolis mercedes dedit, appenditque donaria, vel etiam quia cultus mercedem, opes et alia bona se ab idolis ipsis obtinuisse putavit: propterea incidet in calamitates, planget, et lamentabitur, et ibit discalceata, et nuda in captivitatem scilicet abducetur. Talis est enim captivorum habitus. Ita et Isaias, futuram populo captivitatem innuere volens, Hierusalem circuibat nudus calceisque destitutus [52].

Faciet planctum quasi draconum. Afflictionis magnitudinem per hæc vates indicat; ferunt enim dracones, cum percutiuntur, flebiles edere stridores, et cauda ferire solum.

Et luctum, quasi filiarum Sirenum. Græci Sirenas fabulantur aves quasdam, humana forma præditas, quæ dulce suaviterque canere norint: sacra vero Scriptura sirenas appellat garrulos passeres, qui dulces ore concentus fundere solent, vel ipsas etiam interdum alcyones, quæ flebiles cantus edunt. Quoniam ergo qui lugent, quadam id cum cantilena facere solent, idcirco mentio fit istorum musicorum animalium.

Vers. 9. *Quia obtinuit plaga ejus, quia venit usque ad Judam, et tetigit usque ad portam populi mei usque Hierusalem.* Hoc loco vates innuit Samariæ captivitatem a Thetlathphatar atque Salmanasar, Assyriæ regibus, illatam [53]. Hanc

προχωροῦντες. Ἐγκαταλιμπάνεται ὑπὸ Κυρίου, ὡς ὀπωροφυλάκιον, καὶ ψυχὴ, ἡ μὴ καρπὸν τοῦ Πνεύματος τηροῦσα, ὅς ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, καὶ τ' ἄλλα, ὅσα παρὰ τοῦ Παύλου ἀπηριθμηται, ἀλλὰ τὸν ὀλιγοχρόνιον καὶ παροδικὸν τοῦ αἰῶνος τούτου καρπὸν περιέπουσα, ὃς ὀπώρᾳ ἔοικεν, ὄγκον καὶ φύσημα ἐμποιῶν τοῖς αὐτὸν προσιεμένοις. Τάχα δὲ ἡ ἐγκατάλειψις αὕτη, λυσιτελὴς αὐτῇ. Οἵ τε γὰρ λίθοι κατασπῶνται, ὅ ἐστιν ἡ πώρωσις τῆς καρδίας αὐτῆς, καὶ τὰ θεμέλια αὐτῆς ἀποκαλύπτεται, ὑπηνίκα τοὺς λογισμοὺς ἐξαγορεύει, οἵτινές εἰσι τῶν πράξεων θεμέλιοι· καὶ τότε γίνεται εἰς φυτείαν ἀμπελῶνος, δεχομένη Χριστὸν, εἰπόντα τοῖς μαθηταῖς· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα.* Ἡ τοιαύτη ψυχὴ, ὅτε (95) ἐδούλευε τῷ ἐχθρῷ, μισθώματα παρ' αὐτοῦ ἐλάμβανε, πλοῦτον τάχα καὶ δόξαν, διὰ τούτων σαίνοντος αὐτὴν, οἱονεὶ (96) πρὸς αὐτὴν λέγοντος· *Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι,* ἅτινα πάντα δίδωσιν ἡ τοιαύτη ψυχὴ τῷ τοῦ Εὐαγγελίου πυρὶ, ὃ ἦλθεν ὁ Κύριος βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· ὅπου γὰρ ὁ εὐαγγελικὸς λόγος εἰσέλθοι, ἐκεῖ πλοῦτος καὶ δόξα δαπανῶνται.

Ἕνεκεν τούτου κόψεται, καὶ πενθήσει, καὶ πορεύσεται ἀνυπόδετος, γυμνή. Ἐπειδὴ, φησὶν, ἐξεπόρνευσεν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μισθοὺς ἐδίδου τοῖς εἰδώλοις τὰ ἀναθήματα· ἢ καὶ παρ' αὐτῶν ἐνόμιζε μισθοὺς ἔχειν τῆς λατρείας τόν τε πλοῦτον, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθά· τούτου ἕνεκεν συμφοραῖς περιπεσεῖται, καὶ κόψεται, καὶ πενθήσει, καὶ πορεύσεται ἀνυπόδετος καὶ γυμνὴ, ὅ ἐστιν, εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαχθήσεται. Τοιοῦτον γὰρ τὸ σχῆμα τῶν αἰχμαλώτων. Οὕτω καὶ Ἡσαΐας, τὴν ἐσομένην τῷ λαῷ αἰχμαλωσίαν ὑποδηλῶν, ἔλεγε· *Περιενόστει τὴν Ἱερουσαλὴμ γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος.*

Ποιήσεται κοπετὸν, ὡς δρακόντων. Τὸ μέγεθος τῆς θλίψεως αὐτῶν δηλοῖ διὰ τούτων. Φασὶ γὰρ τοὺς δράκοντας, ἐπειδὰν πληγεῖεν, συριγμοὺς ποιεῖσθαι ὀδυνηροὺς, καὶ καταπαίειν τὴν γῆν τῇ κέρκῳ.

Καὶ πένθος, ὡς θυγατέρων Σειρήνων. Ἕλληνες μὲν Σειρῆνας λέγουσιν εἶναι πτηνά τινα ἀνθρωπόμορφα, μελῳδεῖν εἰδότα ἡδέως καὶ θελκτικῶς· ἡ δὲ θεόπνευστος Γραφὴ σειρῆνας καλεῖ τῶν στρουθίων τὰ λαλίστερα, καὶ εὐστομεῖν εἰωθότα· ἢ καὶ αὐτὰς ἴσθ' ὅτε τὰς ἀλκυόνας, αἳ γοερὰ μέλη ᾄδουσιν. Ἐπεὶ οὖν οἱ πενθοῦντες εἰώθασι μετά τινος μέλους θρηνεῖν, διὰ τοῦτο τῶν μελῳδῶν τούτων ζώων ἐμνήσθη.

Ὅτι κατεκράτησεν (97) *ἡ πληγὴ αὐτῆς, διότι ἦλθεν ἕως Ἰούδα, καὶ ἥψατο ἕως πύλης λαοῦ μου ἕως Ἱερουσαλήμ.* Ἐνταῦθα σημαίνει μὲν τὴν ἐπαχθεῖσαν τῇ Σαμαρείᾳ αἰχμαλωσίαν, ὑπό τε Θετλαθφατὰρ (98) καὶ Σαλμανασὰρ, τῶν Ἀσσυρίων

[49] Joan. xv, 7. [50] Matth. v, 50. [51] Luc. xii, 59. [52] Isa. xx, 2. [53] IV Reg. xxi, 15.

Variæ lectiones et notæ.

(95) Καὶ ὅτε. Cod. Ven.
(96) Καὶ οἱονεὶ, Cod. Ven.
(97) Ἐκράτησεν, Cod. Bav.
(98) Θεγλαλφασὰρ, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βασιλέων · ταύτην γὰρ πληγὴν ὀνομάζει, κατακρατήσασαν αὐτῆς, διὰ τὸ πανωλεθρίᾳ αὐτοὺς παραδοθῆναι ὑπὸ Σαλμανασάρ. Σημαίνει δὲ καὶ τὴν τοῦ Σεναχηρεὶμ ἔφοδον, ἐπελθόντος τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ κατασχόντος μὲν καὶ πόλεις τινὰς τῶν ἔξωθεν · ἁψαμένου δὲ καὶ τῶν πυλῶν τῆς Ἱερουσαλήμ · ἐπολιόρκησε γὰρ αὐτὴν διὰ τοῦ ὑποστρατηγοῦντος αὐτῷ Ῥαψάκου. Δύνασαι δὲ πληγὴν νοῆσαι καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν, ἥτις ἀπὸ Σαμαρείας ἀρξαμένη, τελευταῖον καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπενεμήσατο (99). Πενθοῦσι καὶ κόπτονται καὶ νῦν Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ τὸ πένθος αὐτοῖς ἰοῦ δρακοντείου γέμει (1). Οὐ φέροντες γὰρ ὑπείκειν Χριστιανοῖς, ζητοῦσι τὴν παλαιὰν δόξαν, καὶ ἀνυπόδετοι πορεύονται. Οὐ γὰρ ὑπέδησαν τοὺς πόδας αὐτῶν ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία (2) ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν · καὶ γυμνοὶ δέ εἰσιν, ὡς μὴ Χριστὸν ἐνδυσάμενοι. Ταῦτα δὲ γέγονεν αὐτοῖς, διότι κατεκράτησεν ἡ πληγὴ αὐτῶν, ἣν ἐπλήγησαν ἐπὶ Χριστῷ, ποιοῦντι θαύματα, ἥτις διῆλθεν ἕως Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ ἥψατο τῆς πύλης τοῦ λαοῦ, τῆς πλατείας, λέγω, ζωῆς, ἣν ἐδεύοντες, ἐνεκότουν Χριστῷ, λέγοντι · *Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης* · καὶ ταῦτα, τὴν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντές, τὴν πόλιν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐγεννήθη. Ἐν αὐτῇ κόπτεται κοπετὸν δρακόντων καὶ ὁ τὴν τοῦ κόσμου λύπην λυπούμενος, ἢ ἐπὶ χρημάτων ἀπωλείᾳ, ἢ ἐπὶ δόξης ἐφέσει (3), ἢ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ πενθῶν. Οὗτος ὁ κοπετὸς δαιμόνων ἐστὶ, τῶν νοητῶν δρακόντων. Τοῦτο τὸ πένθος καὶ τῶν θυγατέρων τῶν Σειρήνων ἐστὶ, ψυχῶν οἰκειοτάτων ταῖς ἡδοναῖς τοῦ βίου, αἵτινές εἰσιν αἱ Σειρῆνες. Ὅρα μέντοι, ὅτι θυγατέρας ἔχουσιν αἱ Σειρῆνες, οὐχ υἱούς · οὐδὲν γὰρ ἄρρεν ἡδονῆς γέννημα. Ὁ τοιοῦτος πορεύσεται τὴν τελευταίαν ὁδὸν τοῦ βίου, ἀνυπόδετος μὲν, ὡς μὴ θελήσας ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ τεθεῖναι (4) τὸν δερμάτινον βίον, κἀντεῦθεν ἀσφάλειαν τοῖς αὐτοῦ διαβήμασι περιποιήσασθαι (τότε γὰρ τηρεῖ τις τοὺς πόδας τῇ ψυχῇ, ὅτε τούτοις ὑποθήσει τὰ σαρκικὰ, ὥστε ὑπ' αὐτῶν πατούμενα ὑποκεῖσθαι αὐτοῖς) · γυμνὸς δὲ, ὡς μηδὲν ἔχων ἐπικάλυμμα τῆς ἀσχημοσύνης τῶν ἔργων αὐτοῦ. Οἷόν τί φημι · Πολλάκις ἁμαρτάνων τις ἐν τῷδε, ἐν ἑτέρῳ κατορθοῖ · καὶ ἐν τῇ κρίσει ἀντισηκουμένων τῶν βελτιόνων τοῖς πονηροῖς, βοήθειά τις αὐτῷ γίνεται. Ὅταν δέ τις ἀβοήθητος ἐκεῖσε ἀπέλθοι, καὶ εἴ τι ἀγαθὸν εἶχεν, ἀπολαβὼν τοῦτο ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ, κατὰ τὸν πλοῦτον ἐκεῖνον γυμνὸς πορεύεται, μόνα τὰ ἔργα τῆς αἰσχύνης ἀνακεκαλυμμένα ἔχων.

A enim vocat plagam, quæ in ipsa obtinuerit, propterea quia habitatores ad internecionem usque deleti ab Salmanasare fuerunt. Innuit item Senacherim in Judæam irruptionem; qui cum exteras alias urbes expugnarat, tum ad Jerusalem portas pervenerat. Obsidione quippe cinxit ipsam, opera usus atque ministerio **260** Rhapsaci, qui sub ejus imperio militabat. Plagæ præterea nomine intelligere commode potes et idolorum cultum, qui cum Samariæ cœpisset, ad extremum et in urbe Jerusalem grassabatur. Lugent et conqueruntur etiam nunc Judæi; sed ipsorum luctus draconum veneno scatet. Cum enim Christi fidelibus obedire moleste ferant; veterem gloriam quærunt, incedunatque sine calceamentis. Non enim caligas induerunt, quo bonum pacis nuntium alacri animo exciperent; sed ubique tribulatio et angustia in viis ipsorum occurrit, et viam pacis non cognoverunt [84]; qui et nudi sunt, quia Christum non induerunt. Hæc illi quidem ob eam plagam, qua per patrata a Christo miracula perculsi fuere, quæ sane plaga pervenit usque ad Judam proditorem, attigitque populi portam, latam scilicet vitam, qua cum incederent irati sunt Christo, dicenti: *Intrate per angustam portam* [85]: idque cum habitarent Hierusalem, urbem magni regis, in qua orta est justitia. Stridorem in ea draconum emittit et qui mundano aliquo dolore cruciatur, vel ob amissas opes, vel ob gloriæ jacturam, vel ob aliam ejusmodi lugubrem causam. Stridor hic dæmonum est, qui spiritales sunt dracones. Idem fletus est et sirenum filiarum, animarum scilicet, quæ vitæ voluptatibus inhiant, quæ voluptates sirenum speciem præ se ferunt. Animadvertas porro velim sirenas habere filias, non filios; nihil enim masculi gignit voluptas. Qui ita vivit, incedet extrema vitæ via discalceatus, cum sub pedibus ponere nolit mollem et effeminatam vitam, atque inde tuto incedendi sibi potestatem comparare (tum enim animæ pedes quispiam custodit, cum pedibus ipsis ea, quæ carnis sunt, subjicit, ut iis protrita atque proculcata subjaceant), eademque via gradietur et nudus, utpote nullum habens tegumentum suæ ipsius turpitudinis suorumque facinorum. Dicam planius. Sæpenumero qui peccat in uno, et recte se gerit in altero; isque in die judicii, cum mala bonis pensentur, subsidium hinc aliquod capit. Cum contra præsidio omni destitutus e vivis abit, et si quid boni egit, mercedem in vita sua recepit; quod ad cœlestes illas opes attinet, nudus incedit, nefaria sua facinora in propatulo gerens.

Οἱ ἐκ Γὲθ, μὴ μεγαλύνεσθε · καὶ οἱ Ἐνακεὶμ, μὴ ἀνοικοδομεῖτε ἐξ οἴκου καταγέλωτα. Ἐπειδὴ

Vers. 10. *Qui in Geth, nolite magnificari: et Enacim, nolite reædificare ex domo derisum.*

[84] Psal. XIII, 3. [85] Matth. VII, 13.

Variæ lectiones et notæ.

(99) Ἐπενομήσατο, Cod. Bav.
(1) Deest τὸ γέμει in Cod. Ven.
(2) Ταλαιπωρίαν, Cod. Ven.
(3) Ὑφέσει, Cod. Ven.
(4) Αὐτοῦ ποτε θεῖναι, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Quoniam cunctis Israel tribubus luctum denuntiavit, simulque futurum animo suo prospexit, ut exteri populi de ipsarum calamitatibus lætarentur : idcirco suum ad ipsos vates convertens sermonem, hujuscemodi verbis alloquitur : Nolite magnificari, qui in Geth (quæ caput exterarum urbium erat) degitis, neve risum atque cachinnum **261** in Israelitas e domo vestra fundatis. Hoc est, vos, qui vitam in tuto ducere creditis, quique stabiles domi vestræ mansuros vos semper putatis, nolite deridere eos, qui in captivitatem abducti sunt, et ex suis quisque domibus ejecti. Enacim autem non est alia quædam urbs a Geth, ut quidam autumant, diversa; sed ipsosmet Geth habitatores eo nomine vates appellat, utpote ab Enach gigante descendentes.

A πάσαις ταῖς τοῦ Ἰσραὴλ φυλαῖς προσηγόρευσεν ἀλγεῖν, προεώρα δὲ τοὺς ἀλλοφύλους ταῖς τούτων συμφοραῖς ἐφησθησομένους, πρὸς αὐτοὺς τρέπει τὸν λόγον, καί φησι· Μὴ μεγαφρονεῖτε, οἱ κατοικοῦντες τὴν Γὲθ (αὕτη δὲ μητρόπολις ἦν τῶν ἀλλοφύλων)· μηδὲ γέλωτα ὑψηλὸν ἐπαίρετε κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐκ τοῦ οἴκου ὑμῶν· τουτέστιν, Ἐν ἀσφαλεῖ οἰκεῖν νομίζοντες, καὶ ἐν ταῖς κατοικίαις ὑμῶν μένειν, μὴ τοῖς αἰχμαλωτιζομένοις ἐπιγελᾶτε καὶ ἀπαιτισταμένοις ἐκ τῶν οἴκων αὐτῶν. Ἐνακεὶμ δὲ, οὐχ ὥς τινες ὑπέλαβον, ἄλλη τις πόλις ἐστὶ παρὰ τὴν Γέθ· ἀλλὰ τοὺς ἐνοικοῦντας τὴν Γὲθ, Ἐνακεὶμ ὀνομάζει, ὡς ἀπογόνους ὄντας Ἐνὰκ τοῦ γίγαντος.

Terram aspergite derisum vestrum. Derisionis videlicet loco terram aspergite, velut captivorum dolorem dolore prosequentes, et vobiscum simul reputantes calamitates, quæ vobismetipsis accident. Non enim illæsi manebitis; sed vos etiam Senacherim invadet, quod et contigit. Alii vero ita: Nunc vos risum captatis ex domo, ex eo videlicet, quod domum Israel in servitutem redactam conspiciatis. Verum nolite hoc facere, sed considerantes, vos quoque pejora mala passuros, quasi terram quamdam, eam quæ in vos excitabitur, irrisionem aspergite, vestrasque proprias lugete calamitates.

B *Γῆν κατασκάσασθε καταγέλωτα ὑμῶν.* Τουτέστιν, Ἀντὶ τοῦ καταγέλωτος, γῆν κατασπάσασθε, ἅμα μὲν ὡς συμπενθοῦντες (5) τοῖς αἰχμαλωτιζομένοις, ἅμα δὲ καὶ ἐννοοῦντες τὰς συμβησομένας καὶ ὑμῖν (6) αὐτοῖς συμφοράς. Οὐ γὰρ ἀπλῆγες καταλειφθήσεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν ὁ Σεναχηρεὶμ ἅψεται· ὃ καὶ συνέβη. Τινὲς οὕτως· Νῦν μὲν ὑμεῖς οἰκοδομεῖτε γέλωτα ἐξ οἴκου, τουτέστιν, ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωτιζόμενον. ἀλλὰ μὴ οὕτως· ἀλλ' ὡς καὶ αὐτοὶ τὰ χείρω πεισόμενοι, οἷόν τινα γῆν κατασπάσθε (7) τὸν ἐσόμενον καθ' ὑμῶν γέλωτα (8), καὶ τὰς ὑμῶν αὐτῶν θρηνεῖτε συμφοράς.

Vers. 11. *Quæ habitas bene civitates ejus : non est egressa habitatrix Sennan plangere domum ipsi hærentem, accipiet ex vobis plagam doloris.* Quoniam, ait, existimavit Sennan, se pulchro fretam præsidio, vitam suis in oppidis bene munitis tutam ac securam degere, propterea que vos domum Israel, ipsi hærentem, proximam scilicet atque conjunctam, haud miserata est, neque flevit; idcirco particeps et ipsa erit vestrarum calamitatum, capietque ex vobis plagam doloris, talem scilicet, quales plagæ vestræ sunt, et afflictiones. Hæc quoque vobis adhortationi sunt, ne vestros hostes in acerbis eorum casibus derideatis, quemadmodum et sapiens quidam dixit : *Si ceciderit inimicus tuus, ne ejus calamitate gaudeas, ne forte videat Dominus, eique displiceat*[86]. Animadverte rectum adhortationis ordinem. Vetuit primum irridere : ostendit deinde reprehensione quoque dignum esse, ærumnosos homines et afflictos non miserari. Qui enim bene beateque vivit, et rebus utitur secundis, reus fit, ni misericordia commoveatur erga eos qui calamitatibus urgentur. Cum autem et calamitatum auctor ipse est, easque hominibus infert, quo supplicio dignus habendus? Is item, qui corpori suo blanditur, quod animæ domicilium est, per hoc sibi parat in futuro

C *Κατοικοῦσα καλῶς τὰς πόλεις, οὐκ ἐξῆλθε κατοικοῦσα Σεννὰν κόψεσθαι οἶκον ἐχόμενον αὐτῆς, λήψεσθαι ἐξ ὑμῶν πληγὴν ὀδύνης.* Ἐπειδή, φησὶ, ᾠήθη ἡ Σεννὰν, ὅτι καλῶς καὶ ἀσφαλῶς οἰκεῖ τὰς πόλεις αὐτῆς ὀχυρὰς οὔσας, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐκλύσατο τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ ὑμᾶς, ἐχόμενον αὐτῆς, τουτέστι, γειτονοῦντα, καὶ πλησιάζοντα, συμμεθέξει καὶ αὐτὴ τῶν συμφορῶν ὑμῶν, καὶ ἕξει καὶ αὐτὴ πληγὴν ὀδύνης ἐξ ὑμῶν, τουτέστιν, οἷαί εἰσιν αἱ ὑμέτεραι πληγαὶ καὶ ὀδύναι. Ταῦτα καὶ ὑμῖν παραινέσεις εἰσὶ, πρὸς τὸ μὴ ἐπιγελᾶν τοῖς πτώμασι τῶν ἐχθρῶν, καθὰ καὶ σοφός τις εἶπεν· *Ἐὰν πέσῃ ὁ ἐχθρός σου, μὴ ἐπιχαρῇς αὐτῷ, μήποτε ἴδῃ Κύριος, καὶ οὐκ ἀρκέσῃ [f. ἀρέσῃ] αὐτῷ.* Καὶ ὅρα τὴν ἀκολουθίαν τῆς παραινέσεως· Πρῶτον τὸ ἐπιγελᾶν ἀπηγόρευσεν, εἶτα καὶ τὸ μὴ συναλγεῖν ὑπεύθυνον ἔδειξεν. Ὁ γὰρ αὐτὸς καλῶς οἰκεῖ, καὶ D ἐν εὐθηνίαις ἐστὶ, κατάκριτος, ἐὰν μὴ συναλγῇ τοῖς ἐν συμφοραῖς· ὅταν δὲ καὶ αὐτὸς τὰς συμφορὰς ἐπάγῃ, ἢ ἐπιτείνῃ (9), τίνος ἄξιος; Καὶ ὁ τὸ σῶμα δὲ παιδεύων, ὃ ἐστιν οἶκος τῆς ψυχῆς, ἐκ τοῦ οἴκου τούτου οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ καταγέλωτα καὶ αἰσχύνην ἐν τῷ μέλλοντι. Τάχα δὲ καὶ τοῖς Ἐνακεὶμ ἐξομοιοῖ τοὺς στρατιώτας, τοὺς τὸν Κύριον σταυρώσαντας, ὡς καὶ αὐτοὺς ἀντιθέους γίγαντας· πρὸς

[86] Prov. xxiv, 17.

Variæ lectiones et notæ.

(5) Ἀντὶ τοῦ · καταγέλωτα γῆν κατασπάσεσθε · ἅμα μὲν καὶ ὡς συμπενθοῦντες, Cod. Ven.
(6) Ἡμῖν, *nobis*, Cod. Bav.
(7) Καταπάττεσθε, Cod. Ven.
(8) Καταγέλωτα, Cod. Ven.
(9) Ἐπιφέρῃ, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

οὗ; φησι μὴ μεγαλοφρονεῖν, ὅτι τοῦτον ἐσταύρωσαν, μηδὲ οἰκοδομεῖν, καὶ αὔξειν καταγέλωτα ἐκ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου, ἥτις ἦν οἶκος θεότητος. Ἐνέπαιζον γὰρ αὐτῷ, χλαμύδα περιτιθέντες, καὶ στέφανον τῇ κεφαλῇ ἐπιτιθέντες· ἀλλὰ καὶ ἡ Σεννὰν, φησὶν, ἥτις ἑρμηνευομένη *πέτρα*, νοηθείη ἂν ἡ σκληρὰ καὶ πετρώδης τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ, οὐκ ἐκόψατο τὸν οἶκον, ὁπηνίκα ἐσταυροῦτο, καίτοι ἐχόμενον αὐτῆς, τουτέστι, γειτνιῶντα αὐτῇ, καὶ συγγενῆ ὄντα (ἐξ αὐτῆς γὰρ ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ *σάρκα*)· ἢ ἀντεχόμενον αὐτῆς, καὶ πάντα ὑπὲρ αὐτῆς ποιοῦντα. Διὰ τοῦτο λήψεται πληγὴν ὀδύνης ἐξ ὑμῶν τῶν στρατιωτῶν Ῥωμαίων, ὅτε διαφθαρήσεται ὑπὸ τῶν ὑμετέρων στρατευμάτων.

A ævo derisionem et ignominiam. Fortasse gigantibus Enacim assimilat vates et alios milites qui Dominum crucifixerunt, tanquam gigantes et ipsos contra Deum pugnantes. Quos ne glorientur monet quod ipsum crucifixerint, neve concitare velint et augere derisionem ex Domini carne quæ (10) domus erat divinitatis. Illudebant enim ei, chlamydem circumponentes, imponentesque capiti ejus coronam [87]. Neque Sennan, ait (quæ cum **262** idem sonet, ac *petra*, intelligi posset aspera et saxea Judæorum Synagoga), dolens, miserata est domum istam, cum crucifigeretur, licet ipsi hærentem, hoc est proximam, atque sanguine conjunctam (ex ea quippe carnem corpusque suum traxit Christus) vel ipsi faventem, omniaque pro ipsa facientem. Propterea plagam a vobis capiet militibus Romanis, cum vestris ab exercitibus pessumdabitur.

Τίς ἤρξατο εἰς (11) *ἀγαθὰ κατοικούσῃ ὀδύνας; ὅτι κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου* (12) *ἐπὶ πύλαις Ἰερουσαλὴμ ψόφος ἁρμάτων καὶ ἱππευόντων.* Τινὲς μὲν οὕτως ἐνόησαν, ὅτι πρὸς τὴν Ἰερουσαλὴμ ποιούμενος τὸν λόγον, φησί· Τίς ἤρξατο εἰς ὀδύνας τῇ κατοικούσῃ ἀγαθά; τουτέστι, Τίς (13) τὰς ὀδύνας ἐπήγαγε τῇ πρὶν εὐθηνούσῃ Ἰερουσαλὴμ, καὶ κατοικούσῃ ἐν εἰρήνῃ, καὶ πολλοῖς ἀγαθοῖς, ἢ πάντως ὁ Κύριος; διὸ καὶ ἐπάγει, ὅτι Κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἰερουσαλὴμ, τουτέστι, τὰ κάκωσιν ἐμποιοῦντα, ἅτινά εἰσι ψόφος ἁρμάτων πολεμικῶν καὶ στρατιωτῶν, τῶν αὐτοῖς ἐποχουμένων καὶ ἱππευόντων. Τινὲς δὲ πρὸς τοὺς ἐν Γὲθ καὶ τοὺς λοιποὺς φασι λέγειν τὸν Θεὸν, ὅτι Ὑμεῖς οἴεσθε αὐτοὶ διαμεῖναι ἀνεπηρέαστοι διὰ τὴν τῶν ὑμετέρων θεῶν ἰσχὺν, τοὺς δὲ ἐξ Ἰσραὴλ παραδοθῆναι τοῖς ἐχθροῖς δι' ἐμὴν ἀσθένειαν· ἀλλὰ κακῶς οἴεσθε. Τίς γὰρ ἤρξατο εἰς ἀγαθὰ τῇ Ἰερουσαλὴμ, τῇ κατοικουμένῃ ὀδύνας; τίς ταύτην τοῦ Σενναχηρεὶμ ἠλευθέρωσεν; Οὐδεὶς πάντως ἄλλος, ἢ ἐγώ. Κατῴκει δὲ ἐν ὀδύναις, διότι παρεχώρησα ἐγὼ ὁ Κύριος καταβῆναι ἐπ' αὐτὴν τὰ τῆς πολιορκίας κακὰ, ὥστε ἐγὼ μὲν παραδοὺς αὐτὴν ὀδύναις, πάλιν ἦρξα αὐτῇ εἰς ἀγαθά· ὑμεῖς δὲ, ἐπειδὴν ἐν κακοῖς γένησθε, οὐχ ἕξετε τὸν ἀγαθοποιήσοντα ὑμῖν. Κατέβη κακὰ καὶ ἐπὶ τὰς πύλας Ἰερουσαλὴμ παρὰ τοῦ Κυρίου τῆς δόξης, ὃν (14) ἐσταύρωσαν, καὶ διὰ τοῦτο κατῴκησεν ἐν ὀδύναις ἡ Χριστοκτόνος πληθύς· ἀλλ' ἤρξατο αὐτῇ εἰς ἀγαθὰ ἡ Ἐκκλησία, καὶ ὁ ἐν ταύτῃ κηρυττόμενος (15) Χριστός. Ὅσοι γὰρ ἐπιστραφέντες, τὸν Χριστὸν ὡμολόγησαν, ἐν ἀγαθοῖς τῆς ἄνω Ἰερουσαλὴμ γεγόνασι. Κατοικεῖ ἐν ὀδύναις καὶ ἡ μετανοοῦσα ψυχὴ, ἢ ὅταν ἐν πύλαις εἴη τῆς Ἰερουσαλὴμ, ὅ ἐστιν ἐν ἀρχῇ (16) τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, κακὰ ἔχει, ἀντὶ τοῦ, κάκωσιν καὶ θλῖψιν, καταβαίνουσαν αὐτῇ παρὰ Κυρίου,

B Vers. 12. *Quis cœpit in bona ei quæ habitat dolores? quia descenderunt mala a Domino super portas Hierusalem, sonitus curruum et equitum.* Quidam ita locum hunc exponunt, ut ad Hierusalem verba hæc fieri intelligantur, Quis cœpit in dolores ei, quæ habitat bona? Hoc est, quis dolores intulit urbi Hierusalem, quæ quidem bene beateque vivebat fruebaturque pace et rerum affluentibus copiis? Nemo profecto alius, nisi Dominus. Propterea subjicit, Quia descenderunt mala a Domino super portas Hierusalem; quæ scilicet vexationem afferrent, strepitus nimirum bellicorum curruum atque militum, quorum pars in curribus ipsis veheretur, pars equitaret. Quidam vero putant, Deum ad Gethæos et reliquos exteros populos hæc dicere: Creditis vos illæsos esse C mansuros, vestrorum ope numinum fretos, Israelitas contra in hostium potestatem redactum iri, meam ob imbecillitatem; sed erratis, atque turpiter hallucinamini. Quis enim bene facere cœpit urbi Hierusalem, antea miseræ et afflictæ? quis hanc a Senacherim manu eripuit? Nemo profecto alius, nisi ego. In afflictionibus autem versabatur, propterea quia ego Dominus permisi, ut irruerent in ipsam obsidionis mala. Postquam autem eam afflictionibus objeci, rursus beneficiis cumulare cœpi. Vos contra, cum in calamitates incidetis, neminem habebitis, qui vobis sit opem laturus. Descenderunt item mala in portas Hierusalem a gloriæ Domino, D quem Judæi crucifixerunt, propterea que vitam in afflictionibus egit Judæorum turba quæ Christum interemit. Verum huic ipsi benefacere cœpit Ecclesia, et qui in ea prædicatur Christus. Quotquot enim ad Christum ipsum conversi Christum ipsum confessi sunt, bonorum supernæ Hierusalem effecti sunt par-

[87] Matth. xxvii, 37.

Variæ lectiones et notæ.

(10) Ita tamen ut et caro et divinitas in una eademque Verbi persona subsisteret, ut contra Nestorium catholica sancivit Ecclesia.

(11) Deest τὸ εἰς in Cod. Ven.

(12) Ὅτι κακὰ παρὰ Κυρίου, Cod. Ven.

(13) Deest verbum τίς in Cod. Ven.

(14) Ὃν αὐτοὶ, *quem ipsi* [crucifixerunt], Cod. Bav.

(15) Κρυπτόμενος, Cod. Bav.

(16) Ὃ ἐστιν ἀρχὴ, Cod. Ven. sed scribendum fortasse ἀρχῇ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ticipes. Versatur in afflictionibus et anima, quam suorum pœnitet peccatorum; quæ, ubi ventum ad portas Hierusalem, divini scilicet regiminis ingressum, mala subit, ærumnas videlicet et afflictiones ei a Domino missas, ita jubente, *Intrate per angustam portam, et per afflictiones multas* [58], quæ vobis ingressum præbeant in cœleste regnum. Sed ei benefacere incipit nemo profecto alius, nisi Dominus, qui ait, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* [59]: et, *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* [60]. Quomodo vero benefacere incipit? Nobis videlicet innovando viam, quæ ducit ad cœlum, latronem ita affatus, *Hodie mecum eris in paradiso* [61]; ubi vero ipse est, illic et minister ejus erit [62].

A τοῦ ἐντελλομένου· *Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης καὶ διὰ πολλῶν θλίψεων*, ποιούντων ὑμᾶς (17) εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν. Ἀλλ' ἄρχεται αὐτῇ ἀγαθὰ οὐδεὶς ἄλλος, ἢ ὁ εἰπὼν Κύριος· *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται*· καὶ, *Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*. Πῶς δὲ ἄρχεται εἰς ἀγαθά; Ὡς ἐγκαινίσας (18) ἡμῶν τὴν εἰς οὐρανοὺς ὁδὸν, καὶ εἰπὼν τῷ λῃστῇ· *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*. Ὅπου δὲ αὐτός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος αὐτοῦ ἔσται.

263

Vers. 13. *Quæ habitas Lachis, princeps peccati hæc est filiæ Sion, quia in te inventæ sunt impietates Israel.* Postquam urbem Lachis Senacherim invaserat, cum nihil contra Hierusalem proficere potuisset, eversaque jam fuerat urbs illa, Jure, inquit, ac merito cladem hanc subiisti tu, quæ Lachis habitas, quandoquidem et decem tribuum impietates in te repertæ sunt, et idola coluisti, quinimo et ipsimet Hierusalem dux impietatis hujus fuisti atque magistra.

Κατοικοῦσα Λάχις, ἀρχηγὸς ἁμαρτίας ἐστὶ B *τῇ θυγατρὶ Σιών, ὅτι ἐν σοὶ εὑρέθησαν ἀσέβειαι τοῦ Ἰσραήλ.* Ἐπειδὴ τὴν Λάχις ὁ Σεναχηρεὶμ ἐξεπόρθησε, μηδὲν ἰσχύσας κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ προτέρα ἡ Λάχις ἀπώλετο· φησὶν, ὅτι Δικαίως πανωλεθρίαν ταύτην ὑπέστης, σὺ ἡ κατοικοῦσα τὴν Λάχις, διότι καὶ αἱ ἀσέβειαι τῶν δέκα φυλῶν ἐν σοὶ εὑρέθησαν, καὶ εἰδωλολάτρησας καὶ αὐτὴ, μᾶλλον δὲ καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ διδάσκαλος καὶ ἀρχηγὸς τῆς ἀσεβείας ταύτης κατέστης.

Vers. 14. *Ideo dabis emissarias usque ad hæreditatem Geth, domos vanas.* Quoniam, ait, Lachis, impie egisti, dabis et tu, qui emittantur, habitatores scilicet, qui ducantur in captivitatem, transferanturque ex omnibus finibus usque Geth; idque propter vanas idolorum domus.

Διὰ τοῦτο δώσεις ἐξαποστελλομένους ἕως κληρονομίας Γέθ, οἴκους ματαίους. Ἐπειδὴ, φησὶν, ὦ Λάχις, ἠσέβησας, δώσεις καὶ αὐτὴ ἐξαποστελλομένους, τουτέστιν, αἰχμαλωτιζομένους, καὶ ἀποικιζομένους ἐκ πάντων σου τῶν ὁρίων ἄχρι τῆς Γέθ, διὰ τοὺς οἴκους τοὺς ματαίους τῶν εἰδώλων.

Vers. 14, 15. *In vanum factæ sunt regibus Israel: donec hæredes adducam tibi.* Est et alia lectio, *Quoad hæredes adducent.* Rationem reddit, cur vanas appellarit idolorum domus, *in vanum* hasce fuisse docens Samariæ *regibus;* nullam enim utilitatem ex idolorum domibus ii perceperunt. Quemadmodum neque tu capies utilitatem ullam ab iisdem hisce domibus, quas coluisti, ut Samaritani. Hæc vero tibi, Lachis, evenient, quoad ego captivos in libertatem vindicans ad te reducam, faciamque ut li paterna quisque hæreditate perfruantur. Vel etiam hæredes appellat hostes, qui, tanquam hæreditatem, adituri erant eorum terram. Ait ergo Samariæ reges habuisse domus idolis dicatas, quoad per ea quæ patrarunt nefaria facinora, hostes in semetipsos acciverunt. Quidam autem hoc modo: Quoniam habitatores Geth impie deblaterabant, Deum, quod imbecillis esset, non potuisse Israelitas incolumes servare; planum facit Dominus, eos hostium potestati fuisse traditos, non propter ipsius imbecillitatem, sed propter eorum nequitiam et impietatem. Confirmat id exemplo Lachis; quæ cum impie egisset, Senacherim potestati tradita est. Divinus itaque vates, his quodammodo gaudens. Deum affatus, Dabis, ait, Domine, qui emittantur, captivas scilicet

Εἰς κενὸν ἐγένοντο τοῖς βασιλεῦσιν Ἰσραὴλ, C *ἕως τοὺς κληρονόμους ἀγάγω σοι.* Ἔστι καὶ ἑτέρα γραφή· *Ἕως τοὺς κληρονόμους ἀγάγωσιν.* Ἑρμηνεύει, διὰ τί ὠνόμασε ματαίους τοὺς τῶν εἰδώλων οἴκους, καὶ φησιν, ὅτι *Εἰς κενὸν ἐγένοντο* οὗτοι *τοῖς* ἐν Σαμαρείᾳ *βασιλεῦσιν*· οὐδὲν γὰρ ὠφελήθησαν ἐκ τῶν εἰδωλικῶν οἴκων· ὥσπερ οὐδὲ αὐτὴ ὠφεληθήσῃ ἐκ τούτων τῶν οἴκων, οὓς ἐτίμησας, ὡς οἱ Σαμαρεῖται. Πλὴν ταῦτά σοι συμβήσεται, ὦ Λάχις, ἕως τοὺς αἰχμαλώτους ἐλευθερώσας ἐγὼ, ἐπαναγάγω σοι αὐτοὺς, καὶ εἰς πατρῴους ἀποκαταστήσω κληρονομίας. Ἢ καὶ κληρονόμους τοὺς ἐχθροὺς λέγει, τοὺς κληρονομήσειν μέλλοντας τὴν αὐτῶν γῆν. Λέγει οὖν, ὅτι οἱ βασιλεῖς τῆς Σαμαρείας εἶχον τοὺς οἴκους εἰδωλικοὺς, ἕως δι' ὧν ἔπραττον, D ἤγαγον τοὺς πολεμίους ἐφ' ἑαυτούς. Τινὲς δὲ οὕτως· Ἐπειδὴ οἱ ἐν Γὲθ ἔλεγον, ὅτι ἀσθενὴς ὢν ὁ Θεὸς, οὐκ ἠδύνατο τοὺς Ἰσραηλίτας ἐξελέσθαι, δείκνυσιν αὐτοῖς ὁ Κύριος, ὅτι οὐχὶ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀσθένειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἀσέβειαν παρεδόθησαν, καὶ παράδειγμα ποιεῖται τὴν Λάχις, ἥτις ἀσεβήσασα, παρεδόθη τῷ Σεναχηρείμ. Ὁ οὖν προφήτης, οἷα ἐφηδόμενος τούτοις, φησὶν πρὸς τὸν Θεὸν, Ὅτι Δώσεις, ὦ Κύριε, ἐξαποστελλομένους, τουτέστιν, αἰχμαλώτους τοὺς οἴκους τοὺς ματαίους, ἤγουν τοὺς οἰκήτορας τῆς Λάχεως καὶ τῆς Γέθ· καὶ τῆς κλη-

[58] Luc. VII, 13, 24. [59] Matth. V, 4. [60] Matth. XI, 28. [61] Luc. XXIII, 43.

Variæ lectiones et notæ.

(17) Ἡμᾶς, *nos*, Cod. Ven.

(18) Ὁ ἐγκαινίσας, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρονομίας γὰρ Γὲθ ἡ αἰχμαλωσία καθάψεται. Οἶδε γὰρ ἡ Γραφὴ οἴκους ὀνομάζειν τοὺς οἰκήτορας καὶ τὰς πατριάς, ὡς ἀλλαχόθεν δῆλον, οἷον τοῦ· *Οἶκος Λευΐ, καὶ οἶκος Ἀαρών*· καὶ ἐκ τούτου αὐτοῦ τοῦ προφήτου, τοῦ ἐν ἀρχῇ λέγοντος· « Τίς ἡ ἀσέβεια οἴκου Ἰακώβ, καὶ ἡ ἁμαρτία οἴκου Ἰούδα; » Εἶτα σχετλιάζων ὁ προφήτης, φησὶν, ὅτι « τοῖς βασιλεῦσιν Ἰσραὴλ » τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ, « εἰς κενὸν ἐγένοντο, » ἃ εἰδωλολάτρουν, καὶ ὡς ἔοικεν, ἐσπούδαζον πάντα ποιεῖν, ἃ ἐποίουν, ἕως ἀγάγωσι τοὺς κληρονόμους, τουτέστι τοὺς ἐχθρούς, τοὺς κατακληρονομήσαντας τὴν γῆν αὐτῶν.

Κατοικοῦσα Λάχις κληρονομία ἕως Ὀδολὰμ ἥξει. Ἡ κληρονομία, φησὶν, αὕτη, ἣν μέλλουσιν οἱ ἐχθροὶ κατακληρονομῆσαι ἐν τοῖς ὑμετέροις, οὐκ ἄχρι σοῦ στήσεται, ὦ κατοικοῦσα τὴν Λάχις, ἀλλὰ καὶ ἕως Ὀδολὰμ ἥξει, ἥτις ἐν ἐσχάτοις τῆς Ἰουδαίας κεῖται· ὥστε εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· Ἀπὸ ἄκρου τῆς Ἰουδαίας ἄχρι τοῦ ἑτέρου ἄκρου ἡ αἰχμαλωσία ἐλεύσεται (19). Οἶκοι ἐξαποστελλόμενοι, αἱ Ἰουδαϊκαὶ συναγωγαί· ἐξαπέστειλε γὰρ αὐτὰς, καὶ ἐγκατέλειψεν ὁ εἰπών· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος*· οἵτινες οἶκοι ἐγένοντο (20) τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰσραηλιτῶν, εἰ καὶ εἰς κενὸν, ἕως οὗ ἦγαγε τοὺς ἀληθινοὺς κληρονόμους, τὰ ἔθνη, ὁ Κύριος. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀκύλας ἑνικῶς τέθεικε τὸν κληρονόμον, δίδωσιν ἡμῖν νοεῖν, ὅτι ἔσονται οἱ οἶκοι, οἱ μάταιοι, οἵ τε τῶν εἰδώλων, καὶ αἱ συναγωγαί· καὶ αὗται γὰρ μάταιαι· εἷς γὰρ οἶκος τῷ Κυρίῳ, ὃν καὶ αὐτὸν σπήλαιον ὄφεων ἐποίησαν. Ἔσονται οὖν ἕως ὁ κληρονόμος Χριστὸς ἥξει, ὃν οἱ κακοὶ γεωργοὶ ἰδόντες, *Οὗτος*, εἶπον, *ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν.* Οὗτος τοίνυν παραγενόμενος, τούς τε τῶν εἰδώλων οἴκους, καὶ τὰς Ἰουδαϊκὰς καταλύσει συναγωγάς· καὶ εἴ τινες δὲ νοοὶ τοῦ Θεοῦ γενόμενοι, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκῆσαν σχόντες ἐν αὐτοῖς, εἶτα τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνύβρισαν, καὶ ἐπέβλεψαν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς, λυττῶντες περὶ τὰς ψευδεῖς τοῦ κόσμου ἡδονὰς, οἶκοί τε μάταιοι ἐγένοντο, καὶ ἐξαποστελλόμενοι ἔσονται, ἀκούοντες· *Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας*· καὶ, *Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἐξώτερον*· ὅτε καὶ τοὺς κληρονόμους ἀγάγῃ ἐγγυτέρω ὁ Κριτὴς καὶ συγκληρονόμος αὐτῶν, λέγων πρὸς αὐτούς· *Δεῦρο κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν.*

Ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς Σιὼν, ξύρησαι καὶ κεῖρε [*f.* κεῖραι] *ἐπὶ τὰ τέκνα τὰ τρυφερά σου.* Οὐχ ἡ Λάχις, φησὶ, μόνη, οὐδὲ ἡ Ὀδολὰμ πείσονται τὰ δεινά· ἀλλὰ καὶ σὺ, ἡ Σιὼν, πεῖραν τούτων ἕξει. Διὸ ξύρησαι καὶ ἀποκάρηθι, πένθιμον ἀναλαβοῦσα σχῆμα, domus vanas, habitatores nimirum Lachis et Geth. Captivitas enim et ad hæreditatem Geth pertinget. Sacra namque Scriptura domus appellare consuevit ipsosmet habitatores, ipsasque familias, quod cum aliis ex locis perspicuum, ut ex eo, *Domus Levi et domus Aaron* [62-63], tum ex hoc ipso propheta, qui vaticinii sui initio hæc habet, Quæ impietas domus Jacob? ecquod peccatum domus Juda? Dolens deinde vates ait, in vanum Samariæ regibus esse idola quæ colebant, eosque ut videbantur, ea omnia sedulo facturos, quæ faciebant, **264** quoad hæredes invehierent, hostes nimirum, qui ipsorum terram tanquam hæreditatem adiront.

Quæ habitas Lachis: hæreditas usque ad Odollam veniet. Hæreditas, ait, hæc quam vestris in regionibus adituri sunt hostes, non intra fines tuos continebitur, tu quæ Lachis incolis; sed pertinget usque ad Odollam, quæ procul in ultimis Judææ finibus jacet. Ut sensus sit, captivitatem ab uno Judææ fine usque ad alterum esse progressuram. Emissariæ domus sunt Judæorum synagogæ; dimisit enim ipsas planeque dereliquit qui dixit, *Ecce relinquetur domus vestra deserta* [64]. Quæ quidem synagogæ domus fuere principibus Israelitarum, licet in cassum, quoad veros hæredes, gentiles scilicet populos, Dominus adduxit. Quoniam vero Aquila singulari numero hæredem reddidit, per hoc nobis innuit vanas eis domus futuras, cum eas quæ idolis dicatæ erant, tum ipsasmet synagogas: nam hæ quoque vanæ sunt, (Una quippe Domino domus erat, quam et ipsam hyænæ speluncam fecerunt) per hoc inquam, innuit vanas hasce domus eis fore, quoad veniat hæres Christus quem improbi agricolæ conspicati dixerunt, *Hic est hæres, agite occidamus eum* [65]. Hic ergo cum adveniet, funditus evertet cum idolorum domus, tum Judaicas synagogas. Vanæ quoque domus evaserunt quotquot templa Dei facti, atque divinum Spiritum in semetipsis gerentes, hunc ipsum gratiæ Spiritum injuriis affecerunt, respexerunt que ad vanitates et insanias falsas [66], inanes hujusce mundi voluptates insano impetu consectantes. Qui quidem et dimittentur, audientque verba illa, *Discedite a me, operarii iniquitatis*, et, *Ite in ignem æternum* [67]; atque tum simul adducet hæredes judex, suosque cohæredes, his verbis: *Venite, possidete paratum vobis regnum* [68].

Vers. 16. *Gloria filiæ Israel, decalvare et detondere super filios deliciatos tuos.* Non solæ, inquit, Lachis et Odollam acerba mala patientur; sed et tu, Sion, eadem experieris. Quare decalvare et detondere, lugubrem vestem induens, tuorum

[62-63] Psal. cxxxiv. 19, 20. [64] Matth. xxiii, 18. [65] Matth. xxi, 38. [66] Psal. xxxix, 5. [67] Luc. xiii, 27. [68] Matth. xxv, 41.

Variæ lectiones et notæ.

(19) Περιτελεύσεται, Cod. Bav.

(20) Ἔρημος· οἶκοι ἐγένοντο, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

causa filiorum, qui pridem in deliciis cum viverent, in captivitatem abducentur, afficienturque magnis cruciatibus.

A διὰ τὰ τέκνα, τὰ πρώην μὲν ἐν τρυφῇ ζήσαντα, εἶτα εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ κάκωσιν ἀπαχθησόμενα.

Dilata tonsuram tuam, sicut aquila ; quoniam captivi ducti sunt ex te. Ut aquila, inquit, statoquodam tempore, pennis omnibus exuitur, neque venari tum potest amplius quoad ei pennæ renoventur : ita et tu, patrocinio meo destituta, hostes subigere non poteris, sed ab ipsis potius in servitutem facile redigeris. Vel : Fac et tu penitus abradas tondeasque capillos capitis tui, ut aquila suas amittit pennas omnes, propterea **265** quod captivi abducti sunt filii tui, qui in deliciis omnibus educati nullum unquam incommodum subierunt. Ferunt vero aquilam tum vel maxime cruciari et angi, cum suis pullis destituitur.

Ἐμπλάτυνον τὴν ξύρησίν σου, ὡς ἀετός, ὅτι ᾐχμαλωτεύθησαν ἀπὸ σοῦ. Ὥσπερ ὁ ἀετός, φησὶν, ἐν καιρῷ, πάντων ἀπογυμνοῦται τῶν πτερῶν (21), καὶ οὐδὲ θηρεύειν ἰσχύει ἐν ᾧ καιρῷ τούτῳ, ἄχρι οὗ πάλιν ἀνακαινισθῶσιν αὐτῷ τὰ πτερά · οὕτω καὶ σὺ τῆς ἐμῆς γυμνωθεῖσα προνοίας, οὐκ ἰσχύσεις κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ μᾶλλον εὐάλωτος αὐτοῖς ἔσῃ. Ἤ, ὅτι Ἀκριβῶς καὶ σὺ ξύρησαι, καὶ πάσας (22) τὰς τρίχας ἀποκάρηθι, ὥσπερ ἀετὸς ἀποβάλλει πάντα τὰ πτερὰ, διότι ᾐχμαλωτεύθησαν τὰ τέκνα σου, ἃ ἐν πάσῃ τρυφῇ ἀνέτρεφες, μηδενὸς ποτε ἀνιαροῦ πειραθέντα. Φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ τῶν νεοτ-
B τῶν στερήσει σφόδρα τὸν ἀετὸν ἀλγεῖν.

CAPUT II.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Vers. 1. *Facti sunt cogitantes labores et operantes mala in cubilibus suis : et simul cum die cumulabant ea.* Cum divinus vates exposuerit, quæ subeunda mala sint, eos jure ac merito mala illa passuros ostendit. Etenim cum humanæ vitæ tempus in partes duas sit distributum, noctem scilicet et diem ; noctu nefaria ii facinora machinabantur, considerantes, qua ratione huic vel illi negotium facessere possent, atque damnum inferre ; interdiu prima statim luce, sine mora ulla, sua consilia cogitataque perficiebant. Animadverte verba, *operantes mala in cubilibus suis ;* pro cogitantes enim *operantes* dixit, ut ostenderet cogitationem opus
C esse mentis, qua de re etiam judicamur, planamque simul faceret eorum ad maleficia alacritatem atque celeritatem. Consilium enim ipsorum, ait, opus erat.

Γέγονται λογιζόμενοι κόπους, καὶ ἐργαζόμενοι κακὰ ἐν ταῖς κοίταις αὐτῶν, καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ συνετέλουν αὐτά. Εἰπὼν, ἃ πείσονται, δείκνυσιν, ὅτι δικαίως ταῦτα πείσονται. Καὶ γὰρ, φησὶν, εἰς δύο ταῦτα διῃρημένης τῆς τῶν ἀνθρώπων (23) ζωῆς, εἰς νύκτα, καὶ ἡμέραν · τῇ μὲν νυκτὶ, ἐβουλεύοντο τὰ παράνομα, καὶ πῶς ἂν κόπους καὶ κάκωσιν ἐμποιήσωσί τινι · τῇ δὲ ἡμέρᾳ, τὰ βεβουλευμένα συνετέλουν ἅμα πρωΐᾳ, σὐδεμίαν ἀναβολὴν ἐνδεικνύμενοι. Ὅρα δὲ τὸ, *Ἐργαζόμενοι κακὰ ἐν ταῖς κοίταις αὐτῶν* · ἀντὶ γὰρ τοῦ, ἐννοούμενοι, *ἐργαζόμενοι* εἶπεν · ἅμα μὲν ἵνα δείξῃ, ὅτι ἡ ἐνθύμησις ἔργον ἐστὶ τῆς διανοίας, διὸ καὶ ἐπ' αὐτῇ κρινόμεθα · ἅμα δὲ, ἵνα δηλώσῃ τὸ πρὸς τὴν κακουργίαν αὐτῶν (24) δραστήριον · ἡ γὰρ βουλὴ (25), φησὶν, αὐτῶν, ἔργον ἦν.

Vers. 1, 2. *Quia non levaverunt ad Deum manus suas : et desiderabant agros et diripiebant pupillos.* Mentem scilicet ad Deum diluculo non converterunt, manus ad eum tollentes, ut viris piis mos est ; sed prima statim luce male agere cœperunt. Vel : Non a Deo, inquit, bona quærebant supplices cum orantes, ut sibi vitæ necessaria præberet ; sed suis quisque cupiditatibus obnoxii pupillorum bona diripiebant. Vel etiam pupillos ipses diripuerunt, hoc est, in servitutem redegerunt.

Et domos opprimebant. Non pupillos modo, ut supra dictum est, vexabant, sed domos etiam expilabant, splendidiores scilicet et opulentiores. Vel hoc ideo dicit, quod diriperent quæ in pupillorum domibus erant et ipsas etiam domos.

Et rapiebant virum et domum ejus. Utrumque hoc, ait, ii fecerunt : abduxerunt scilicet virum, in servitutem eum redigentes, ut solent exteri hostes ;

Διότι οὐκ ἦραν πρὸς Θεὸν χεῖρας αὐτῶν, καὶ ἐπεθύμουν ἀγροὺς, καὶ διήρπαζον ὀρφανούς. Οὐκ ὠρθριζον πρὸς τὸν Θεὸν, ὥστε αἴρειν πρὸς αὐτὸν χεῖρας, ὡς τοῖς εὐσεβέσιν ἔθος, ἀλλ' ἅμα τῷ πρωΐ συνετέλουν τὰ κακά. Ἤ, ὅτι Οὐ παρὰ τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ἐπεζήτουν τὰ ἀγαθὰ, ἱκετεύοντες αὐτὸν πορίστην αὐτοῖς γενέσθαι τῶν πρὸς τὸν βίον χρειωδῶν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἐπιθυμίαις δουλεύοντες, διήρπαζον τὰ τῶν ὀρφανῶν. Ἢ καὶ αὐτοὺς τοὺς
D ὀρφανοὺς διήρπαζον, τουτέστιν, εἰς δουλείαν ὑπῆγον.

Καὶ οἴκους κατεδυνάστευον. Οὐ μόνον ὀρφανοὺς ἐκάκουν, ὡς προείρηται, ἀλλὰ καὶ οἴκους κατεδυνάστευον, τουτέστι, τοὺς τῆς ἐνδοξοτέρας τύχης καὶ δυνατωτέρας. Ἢ ὅτι τὰ ἐν ταῖς οἰκίαις τῶν ὀρφανῶν ἁφῃροῦντο, καὶ αὐτοὺς τοὺς οἴκους.

Καὶ ἥρπαζον τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἀμφότερα, φησὶν, ἐποίουν, καὶ τὸν ἄνδρα διαρπάζοντες, καὶ εἰς δουλείαν ἀπάγοντες, ὥσπερ ἀλλόφυ-

Variæ lectiones et notæ.

(21) Ἀπογυμνοῦται φυσικῶς τῶν πτερῶν, Cod. Bav.

(22) Πάντας, Cod. Ven.

(23) Τῆς ἀνθρωπίνης, Cod. Bav.

(24) Ἐκείνων, Cod. Bav.

(25) Βούλησις, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

λοι πολέμιοι, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, τουτέστι, τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ πάντα, καὶ αὐτὴν, καὶ ὅλους τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καταδουλοῦντες.

Ἄνδρα, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Τὴν ἐν ἀγροῖς, καὶ κτήμασι (26) περιουσίαν. Δόξα τῆς τῶν Ἑβραίων Συναγωγῆς ὁ νόμος, ὃς νῦν ξυρηθεὶς τῇ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, οὐ δεδόξαστται διὰ τὸν ὑπερβάλλοντα φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ (27), οὗ τὰ τέκνα, τὰ τῇ τρυφῇ καὶ ἀκολασίᾳ ζῶντα, οἱ ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν Θεὸς ἡ κοιλία, ἠχμαλωτεύθησαν ὑπὸ Ῥωμαίων, διότι ἃ ἐλογίζοντο ἐν νυκτὶ κατὰ τοῦ Κυρίου, μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβόντες αὐτὸν, ταῦτα ἅμα τῇ ἡμέρᾳ συνετέλουν, πρωΐᾳ ἀπάγοντες (28) αὐτὸν πρὸς Πιλάτον. Ταῦτα δὲ ἐποίουν, διότι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν κατήσθιον, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἦσαν διεφθαρμένοι, καὶ τὸ φῶς ἐμίσουν· ἦν γὰρ πονηρὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Εἰ δὲ αἱ τρίχες νεκρόν τι χρῆμα καὶ ἄψυχον, Σιὼν δὲ *σκοπευτήριον* ἑρμηνεύεται· ὅρα, ὅτι παρακελεύεται τῷ σκοπευτηρίῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν, μηδὲν τριχῶδες ἐν ἑαυτῷ ἔχειν. Οὐ γὰρ ἂν ἀποσκοπεύσειεν ὀφθαλμὸς, οὐδὲ ἴδοι καθαρῶς, τρίχα ἔχων. Ἀλλ' ὅταν ξυρηθῇ, τότε ὀξυωπέστατος γενήσεται, ὡς ἀετὸς, ὃν φασι μόνον τῶν ζώων ἀντοφθαλμεῖν ταῖς ἡλιακαῖς αὐγαῖς· οὕτω δὲ καὶ αὐτοῦ κρίνειν τέκνα, εἴτε νόθα ἐστὶν, εἴτε γνήσια. Ἀντιπρόσωπα γὰρ ἱστῶν τῷ ἡλίῳ, ὅταν ἴδοι μὴ ταῖς ἀκτῖσιν ἀντοφθαλμοῦντα, ἀλλὰ σκαρδαμύττοντα, κόπτων, ὡς νόθα τῆς νοσσιᾶς ἀπορρίπτει. Προτρέπεται δὲ ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ξύρησιν, διὰ τὰ τρυφερὰ, φησὶ, τέκνα. Τέκνα δὲ τρυφερὰ ἔχει ὁ μὴ δυνάμενος μετὰ Δαβὶδ λέγειν· *Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς*· ἀλλὰ τοῖς τὰ μαλακὰ φοροῦσι (30) συντεταγμένος, καὶ τὸν λεῖον καὶ ἡδὺν βίον μετιών. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ συντελεῖ τὰ κακὰ, ὁ μηδὲ φαῦλον ποιεῖν οἰόμενος, ἀλλ' ἀνερυθριάστως καὶ πεπαῤῥησιασμένως ἐμπομπεύων τῇ κακίᾳ, ὃς οὐκ αἴρει πρὸς Θεὸν τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἐργάζεταί τι θεῖον καὶ ἄνω κείμενον· ἀλλ' ἐπιθυμῶν τὰ ἀγαθὰ τοῦ κόσμου, ὃς ἐστιν ἀγρὸς, καὶ ἄλλους διαφθείρει, διδάσκαλος κακίας γινόμενος τοῖς ὅσοι ὀρφανοί εἰσιν, ἀποπεσόντες τῆς οἰκειότητος τοῦ οὐρανίου Πατρός. Διαρπάζει δὲ ἄνδρα, τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, τὸ σῶμα, καὶ ἀμφότερα ἀπολλὺς, καὶ τῆς ἄνω κληρονομίας τῆς ἀκαταλύτου ἀποστερῶν.

et simul ejus domum, omnia scilicet quæ in domo erant diripuerunt, servitioque subjecerunt familiam ipsam et quotquot in ea continebantur.

Virum et hæreditatem ejus. Facultates scilicet quæ in agris erant atque possessionibus. Gloria Hebræorum Synagogæ lex est, quæ nunc gladio divini Spiritus, verbo scilicet Dei, rasa, non amplius celebratur ob ingentem splendorem gloriæ Christi; cujus filii, mollem et effeminatam vitam agentes, Christi ipsius **266** crucis inimici, quorum deus venter est [69], in captivitatem ab Romanis abducti sunt propterea quia, quæ noctu consilia contra Dominum ceperant ut cum cum fustibus ac lanternis comprehenderent [70], hæc prima statim luce perfecerunt, mane ipsum ad Pilatum adducentes. Hæc illi, propterea quia viduarum domos expilabant et in reliqua vita perversi erant, oderantque lucem : prava enim erant eorum opera (29). Porro si capillus mortua quædam res est et inanima, Sion autem idem sonat ac *specula* ; vide quemadmodum mentis nostræ speculæ præcipiatur, ne quidquam in se pilosi contineat. Non enim perspicere possit oculus, neque clare videre, qui capillis impediatur. Cum vero capillus omnis abraditur, tum oculi acies acutissima fit ut aquila, quam animantium unam in solares radios obtutum figere aiunt, atque hoc experimento dijudicare suos partus et explorare, spuriine sint an legitimi. Eos quippe contra solem statuit ; et ubi videt eos haud solares radios immotis oculis intueri, sed nictare, tum ipsos vellicans, uti sputios, nido abigit. Hortatur autem nos ad capillos tondendos, ob filios, ait, delicatos. Delicatos autem filios habet, qui cum Davide dicere nequit, *Propter verba labiorum tuorum custodivi vias duras* [71], sed in eorum numero censetur, qui mollia cogitant, suavem atque jucundam vitam traducens. Primæ vero luce mala perficit, qui ne male quidem se agere putat, sed summam per impudentiam audaciamque sua de iniquitate gloriatur. Qui profecto manus suas ad Dominum non tollit; nihil enim divini agit, nihilque cœlestis ac superni ; sed mundi qui ager est, bona concupiscens, alios etiam transversos agit, improbitatis magister factus iis omnibus, quotquot a familiaritate cœlestis Patris excidentes, pupilli quodammodo parentum orbi fiunt. Idem virum diripit, animam domumque ejus, corpus nimirum, et perdit utrumque, superna, semper stabili, privans hæreditate.

Διὰ ταῦτα τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ λογίζομαι ἐπὶ τὴν φυλακὴν ταύτην κακὰ, ἐξ ὧν οὐ μὴ ἄρητε τοὺς τραχήλους ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ πο-

Vers. 3. *Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego cogito super tribum* (31) *istam mala, de quibus non auferetis colla vestra, non ambulabitis recti subi-*

[69] Philipp. III, 19. [70] Matth. XXVI, 47. [71] Psal. XVI, 4.

Variæ lectiones et notæ.

(26) Κτήσεσι, Cod. Bav.
(27) Τοῦ Χριστοῦ· ὧν Θεὸς ἡ κοιλία, Cod. Bav.
(28) Παράγοντες, Cod. Ven.
(29) Respicit interpres præcedentia prophetæ verba.
(30) Scribendum fortasse φρονοῦσι.
(31) Uterque Cod. habet φυλαχὴν, *custodiam*. In Polyglottis autem habetur φυλὴν, *tribum*, ut et Theophylactus legisse videtur, cum in Commentario φυλὴν habeat.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

to, quia tempus malum est. Meditabantur, inquit, ipsi mala contra proximum suum : en et ego mala meditor contra tribum hanc Juda, ut et contra decem reliquas ; quæ profecto mala adeo gravia vobis erunt et acerba, ut duras arrogantesque cervices vestras incurvare valeant. Tum vos non incedetis recti, sed proni ; propterea quod malum vobis tempus erit, acerbum scilicet atque molestum. Ita et ad Salomonis illud : *Malum occupationem dedit hominibus* [73], quidam vocabulum hoc πονηρὸν, cum accentu in ultima legunt, licet alii cum accentu in antepenultima legendum putent. Talia prædixit et David de iis qui Deum interfecerunt, *Obscurentur*, ait, *oculi* **267** *eorum, ne videant et dorsum eorum semper incurva* [74]. Eorum enim iniquitates graves factæ sunt super ipsos, nec audierunt Dominum dicentem : *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* [75]. Utilis autem est afflictio superbo homini et arroganti, qui recta incedere sibi videtur. Quo de homine Salomon : *Rectæ videntur homini viæ, quæ tamen ad extremum in profundum ducunt* [76]. Pronus enim ille et humilis cum David dicet : *Bonum mihi, quia humiliasti me* [76].

Vers. 4. *In die illa sumetur super vos parabola.* In omnium videlicet ore versabimini, calamitatumque vestrarum fama longe lateque per totum terrarum orbem manabit. Siquidem eas alius alii narrabit. Vel : Exemplo omnibus eritis, ut quisque dicturus sit, Pati nollem quæ passi illi sunt.

Et plangetur planctus in cantico. Exteri quidem, ait, vestrum afferent exemplum : vestrates autem luctum quadam cum cantilena edent, ut et vos ipsi vestris in angustiis facietis. Tristes autem sunt et omnium maxime miserandi luctus, qui cum cantilena fiunt.

Dicendo : Miseria miseri sumus. Ut summam esse eorum calamitatem ostenderet vates, bis miseriæ nomen usurpavit. Non simplici, inquit, et levi miseria premimur ; sed tali quæ vere miseria dici potest.

Pars populi mei dimensa est in funiculo. Hæc aut ab iis enuntiantur, qui quadam cum cantilena lugentes dicunt, *Miseri sumus*, causam quodammodo assignando, cur in miserias inciderint, eaque sit, quod hæreditates populi mei distrahantur : aut etiam ab ipsomet Deo qui dicat, Ego equidem terram eis distribui, quæ nunc a vicinis accolisque dividitur. Cum enim terram illam desertam invenissent, eam inter se partientes, sibi ipsi colendam sumpserunt. Dimensa quoque est terra ab iis qui captivos homines in servitutem duxerunt, qui tributa reliquis imperabant, atque propterea metiebantur terram quam horum quisque possidebat.

[25] Luc. XII, 4. [26] Exod. XXXII, 29. [27] Psal. LXXXIII, 3. [28] Dan. X, 11. [29] Luc. XXII, 15. [30] Act. IV, 36.

Variæ lectiones et notæ.

(97) Εἰδωλολάτρας, *idololatras*, Cod. Bav.

(98) Ἰωάννης καὶ Μάρκος, *Joannes et Marcus* Cod. Ven. Sed mihi magis arridet Codicis Bav. lectio, magisque Theophylacti sententiæ congruit, qui et in præf. *com. in Ev. Mar.* sic habet: Ἦν μὲν γὰρ οὗτος ὁ Μάρκος Πέτρου μαθητής . . . . ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἰωάννης, nituntque sacrarum Scrip. auctoritate: *Barnabas autem volebat secum assumere et Joannem, qui cognominabatur Marcus.* Act. XV, 37.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

γόμενοι, καὶ οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα τὸν ἐνεστηκότα, ἀλλ' ἔτι πολὺ μᾶλλον· καὶ ἐπέκεινα, τουτέστιν, εἰς τὸν μέλλοντα. Τότε γὰρ, ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν, πάντοτε σὺν αὐτῷ ἐσόμεθα, καὶ συνεισελευσόμεθα αὐτῷ εἰς τὴν χαρὰν αὐτοῦ, τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἔχοντες· υἱοὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ καὶ θεοὶ ἐσόμεθα. Τινὲς δὲ οὕτω τοῦτο ἐνόησαν, ὅτι Εἰρήνης βαθείας οὔσης, ὡς προείρηται, οἱ μὲν ἐπὶ γεωργίαν ἀποβλέψουσιν· οἱ δέ τινες ἄλλην ὁδὸν πορεύσονται βίου· ἡμεῖς δὲ, οἱ προσανακείμενοι (1) Θεῷ, οἷοι οἱ μοναχοὶ καὶ ἱερεῖς, τὴν ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὁδὸν αἱρησόμεθα. Ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ πορεύεται ὁ πᾶσαν πρᾶξιν καὶ πᾶσαν κίνησιν ἀξίως τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθη, μετιὼν, καὶ ὁ μὴ κύριον ἔχων τὸν μαμμωνᾶν, καὶ θεὸν τὴν κοιλίαν, ἀλλὰ καὶ κτώμενος ἀπὸ χειρῶν ἐργασίας, καὶ εἴτε ἐσθίει, εἴτε πίνει, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιῶν.

nostrum Jesum Christum, vocabimurque ab ipsius nomine Christiani; idque non in præsens duntaxat sæculum, sed in aliud longe diuturnius, et ultra, scilicet in futurum. Tunc enim, cum apparuerit Christus, vita nostra, semper cum ipso erimus [29], intrabimusque una cum ipso in gaudium nostrum, eodem quo ipse nomine appellati. Filii enim et ipsi ac (99) dii erimus. Quidam autem ita locum hunc interpretantur: Cum summa pax erit, ut supradictum, nonnulli sese ad agriculturam conferent; alii aliam vitæ viam inibunt. Nos autem Deo addicti, uti monachi sacerdotesque, viam in nomine Domini Dei deligemus. In nomine Domini Dei ambulat, qui in opere et motu omni ita se gerit, ut sui nominis dignitas postulat; et qui dominum non habet mammonam, et deum ventrem, sed manuum suarum labore sibi victum comparat, et sive manducet, sive bibat, omnia ad Dei gloriam facit [30].

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος, συνάξω τὴν συντετριμμένην, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰσδέξομαι, καὶ οὓς ἀπωσάμην. Καὶ θήσομαι τὴν συντετριμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ τὴν ἀπωσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρὸν, καὶ βασιλεύσει Κύριος ἐν Σιὼν ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. Ἰουδαῖοι μὲν τὰ ἀπὸ τοῦ, *Ἔσται ἐμφανὲς ἐπ' ἐσχάτων τὸ ὄρος Κυρίου*, μέχρι τούτων τῶν ῥημάτων, φασὶ λέγεσθαι περὶ τῆς μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καταστάσεως αὐτῶν καὶ πολιτείας· ἐλέγχονται δὲ προδήλως ἀπατῶντες ἑαυτούς. Ποῖα γὰρ ἔθνη, ἢ ἐγγύθεν, ἢ μακρόθεν, συνέδραμον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νῦν μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, τὸν ἐκεῖθεν ἐκπορευόμενον νόμον καὶ λόγον ἐκδεχόμενα (3); Ἀνὰ μέσον δὲ ποίων λαῶν, ἢ ἐθνῶν, ἔκρινεν οὗτος ὁ λόγος, ἐλέγχων τὰ κακῶς ὑπ' αὐτῶν γινόμενα; Πῶς δὲ καὶ εἰρήνην βαθεῖαν ἔσχον, ὅπου γε ἐπανελθοῦσιν ἐπολέμουν αὐτοῖς καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ Ἀμμανῖται, καὶ Μωαβῖται, καὶ Σαμαρεῖται, καὶ Γὼγ καὶ Μαγὼγ οἱ Σκύθαι, καὶ τὰ Μακεδονικὰ δὲ καὶ τὰ Ἀντιοχικὰ κακὰ αὐτοῖς ἐπέστη; Πῶς δὲ ἀναπαύονται ὑπὸ τὴν συκῆν καὶ τὴν ἄμπελον ἕκαστος, οἵ γε μέτοικοι καὶ πλανῆται γεγόνασι; Πῶς δὲ εἰς τὸν αἰῶνα πορεύονται ἐν ὀνόματι Κυρίου, οἱ πρόσκαιρον τὴν πολιτείαν καὶ βασιλείαν ἔχοντες; Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐνταῦθα συντετριμμένην καὶ ἀπωσμένην τὴν αὐτῶν γενεὰν σημαίνει, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐθνῶν, ἥτις συντριβεῖσα τῇ ἀσεβείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀπωσθεῖσα, εἰσεδέχθη παρὰ τοῦ μὴ δικαίους ἐλθόντος καλέσαι, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. Ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἑβραίοις τοὺς οὕτω συντετριμμένους καὶ νοσοῦντας τὰς ψυχὰς ἰάσατο, καὶ τοὺς ἀπωσμένους εἰσεδέξατο, τελώνας, καὶ πόρνας, καὶ λῃστὴν, καὶ βασιλεύει ἐπὶ πάντας τοὺς οὕτως εἰσδεχθέντας αἰωνίως ἐν τῇ ἄνω

VERS. 6, 7. *In die illa, dicit Dominus, congregabo* **288** *eam quæ contrita est, et eam quæ ejecta fuerat, suscipiam, et quos repuleram. Et ponam contritam in reliquias, et repulsam in gentem fortem, et regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc usque in sæculum.* Judæi ab eo dicto, *Erit perspicuus in novissimis diebus mons Domini*, usque ad hæc verba, omnia dici autumant de suo ipsorum statu atque regimine, quo gaudere cœperunt, postquam Babylone domum redierunt; sed eos errare ac decipi clare liquet. (2) Quæ gentes enim, aut proximæ aut remotæ, post ipsorum e Babylonis urbe reditum in Hierosolymitanum templum convolarunt, ut inde manantem legem atque sermonem arriperent? Ecquos inter populos nationesve jus dixit verbum hoc, sua cuique nefaria facinora exprobrando? Quomodo summa illi pace gaudebant, siquidem iis domum regressis bellum intulerunt et Idumæi, et Ammonitæ, et Moabitæ, tum Samaritani, tum Gog atque Magog Scythæ; quos Macedonica præterea mala et Antiochena invaserunt? Quomodo sub ficu et vite eorum quisque requiescit, siquidem per exteras regiones hac illac errantes vagantur? Quomodo in æternum procedunt in nomine Domini, qui temporale regimen atque regnum habent? Nec in præsentia igitur illud contrita, et ejecta ipsorum generationem denotat, sed gentilium progeniem, quæ impietate laborans, quasi contrita et ob id ejecta, suscepta demum est ab eo qui salvare venit non justos, sed peccatores [31]. Qui vel ex Hebræis ipsis sanavit complures eodem modo contritos eodemque animi morbo laborantes, excepitque, quos jam ejecerat, tum publicanos, tum meretrices, tum latronem.

[29] Colos. III, 4. [30] I Cor. X, 31. [31] Matth. IX, 13.

Variæ lectiones et notæ.

(99) Respicit Interpres oraculum illud: *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes*, quo oraculo usus Christus est, ut argumento a minori ad majus, ut vocant, se Dei Filium ostenderet.

(1) Προαναχείμενοι. Cod. Bav.

(2) Minuit opinionem hanc Interpres ex superioribus prophetæ verbis.

(3) Ἀσπαζόμενα, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Atque his omnibus, quos ad hunc modum excepit, per omne ævum in cœlesti supernaque Sion dominatur. Ubi enim nunc est terrena Sion? Quare per *contritam*, fac intelligas Ecclesiam, quatenus e gentilibus conflata est; per *ejectam*, intellige eos qui ex Israele ad eamdem Ecclesiam commigrarunt. Quid autem sibi vult illud in reliquias? Ad exsistentiam scilicet atque subsistentiam : non enim penitus delebuntur, ait, sed superstites manebunt salutis reliquiæ. Alio præterea modo, vox hæc reliquias delectum significat. Deus enim alios omnino rejicit, eos penitus delens, ne amplius subsistere queant; alios contra deligit, sibique servat incolumes. *Reliqui*, ait, *mihimetipsi septem millia virorum, qui non incurvarunt genua Baal* [22.23]. Et Paulus reliquias secundum electionem gratiæ vocat homines, dignos habitos, qui Christo nomen darent. Gens autem fortis evasit Ecclesia, gentilibus ex hominibus constans, quippe quæ Christi ope et auxiliis freta, cuncta potest. Hæc præterea documento sint auditoribus, nemini fore desperandum.

A Σιών· ποῦ γὰρ νῦν (4) ἡ κάτω Σιών; Ὥστε *Τὴν* μὲν *ἀπωσμένην* δέξαι (5) τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν εἶναι· τὸ δὲ, *Οὓς ἀπωσάμην*, εἰς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἐκλαβοῦ. Τί δέ ἐστι τὸ *Ὑπόλειμμα*; Τουτέστιν, εἰς ὕπαρξιν καὶ ὑπόστασιν· οὐ γὰρ ἀφανισθήσονται, φησὶν, ἀλλ' ὑπολειφθήσονται, λείψανον σωτηρίας. Καὶ ἄλλως δὲ ὑπόλειμμα τὴν ἐκλογὴν δηλοῖ. Ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς μὲν ἀπωθεῖται καὶ παραδίδωσιν εἰς ἀφανισμὸν καὶ ἀνυπαρξίαν, τοὺς δὲ ἐκλέγεται καὶ ὑπολιμπάνει ἑαυτῷ, καθὸ καὶ λέγει· *Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἄνδρας ἑπτακισχιλίους, οἵτινες οὐκ ἐκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ.* Καὶ ὁ Παῦλος λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος ὀνομάζει τοὺς τοῦ πιστεύειν ἀξίους. Ἔθνος δὲ ἰσχυρὸν γέγονεν ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, πάντα ἰσχύουσα ἐν Χριστῷ. Ταῦτα καὶ πρὸς τὸ μηδένα B ἀπογινώσκειν οἰκοδομείτω τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχάς.

Vers. 8. *Et tu turris gregis, squalens filia Sion, ad te veniet et ingredietur principatus, primum* **289** *regnum, de Babylone filiæ Jerusalem.* Præcedentia verba de Ecclesia, quæ gentilibus ex hominibus constaret, vatem protulisse, patet cum ex eo, quod acerba vates ipse hoc loco prænuntiet urbi Sion, tum etiam ex ipsamet verborum constructione. Animadverte enim verba, *Et tu turris gregis*, quasi dicat, Hæc hactenus de alia persona; ad te vero quod attinet, filia Sion, in te veniet, irruetque filiam Jerusalem principatus. Mox ne significari per hæc putes militarem præfecturam aliquam, ait, principatum hunc esse principatuum regnorumque omnium primum atque potissimum, imperium scilicet Nabuchodonosor. Quidam vero autumant vatem ideo principium (8) et primum regnum dixisse, quod imperii sui initio Nabuchodonosor exercitum in Jerusalem duxit. Dominus quidem apud Isaiam ait : *Vineam plantavi, et torcular construxi, et turrim ædificavi* [24], per turrim hanc innuens templum, quo, veluti præsidio, vineam munire videbatur. Meminit autem etiam nunc turris hujus, vocatque gregis turrim locum, ubi oves ei segregatæ degerent. Qui locus ideo squalidus effectus nunc est, quod qui in ipso versabantur, viventem aquam bibere noluerunt, impie contra D Dominum agentes. Vel per squalidum, locum lucis expertem atque tenebrosum intelligit. Etenim qui in ipso degebant, legem habere, ut lucernam, in obscuro loco ardentem, noluerunt. Omnis vero princeps et magister turris quasi quædam constituitur, locaturque suo quisque in ordine, quasi ad ovilis custodiam atque præsidium. Cum autem ei

Καὶ σὺ πύργος ποιμνίου, αὐχμώδης θύγατερ Σιών· ἐπὶ σὲ ἥξει καὶ ἐλεύσεται ἡ ἀρχὴ ἡ πρώτη βασιλεία ἐκ Βαβυλῶνος τῇ θυγατρὶ Ἰερουσαλήμ. Ὅτι περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τὰ προλεχθέντα εἶπε, δῆλον ἐκ τούτων· σκυθρωπά τε γὰρ ἐνταῦθα προλέγει τῇ Σιών, καὶ ἡ σύνταξις τοῦ λόγου τοῦτο δηλοῖ. Ὅρα γάρ· *Καὶ σὺ πύργος ποιμνίου.* Μονονουχὶ γὰρ οὕτω λέγει, ὅτι Ταῦτα μὲν εἶπον περὶ ἄλλου προσώπου· σὺ δὲ, ὦ θύγατερ Σιών, ἐπὶ σὲ ἥξει καὶ ἐπελεύσεται τῇ θυγατρὶ Ἰερουσαλὴμ ἡ ἀρχή. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι σατραπίαν τινὰ σημαίνει ἐν τοῖς C πολέμοις ἐξάρχουσαν, φησὶν, ὅτι Αὕτη (6) ἡ πρώτη βασιλεία ἡ πασῶν τῶν ἄλλων ἀρχῶν καὶ βασιλειῶν πρωτεύουσα, τουτέστι Ναβουχοδονόσορ (7). Τινὲς δὲ διὰ τοῦτο εἶπον εἰρηκέναι τὸν προφήτην ἀρχὴν καὶ πρώτην βασιλείαν, διὰ τὸ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας ἐπιστρατεῦσαι τὸν Ναβουχοδονόσορ τῇ Ἱερουσαλήμ. Εἶπε μὲν οὖν ἐν Ἡσαΐᾳ ὁ Κύριος, ὅτι *Ἀμπελον ἐφύτευσα, καὶ προλήνιον ὤρυξα, καὶ πύργον ᾠκοδόμησα*, οὕτω τὸν ναὸν δηλῶν, δι' οὗ φρουρεῖν ἐδόκει τὸν ἀμπελῶνα. Μέμνηται δὲ καὶ νῦν τούτου τοῦ πύργου, ὃν τοῦ ποιμνίου καλεῖ πύργον, τουτέστι, τῶν αὐτῷ ἀφωρισμένων προβάτων ἐνδιαίτημα, νῦν γενόμενον αὐχμῶδες, διὰ τὸ μὴ θελῆσαι τοὺς ἐν αὐτῷ ὄντας, τὸ ζῶν ὕδωρ πίειν, ἀλλ' ἀσεβῆσαι εἰς τὸν Κύριον. Ἡ αὐχμώδη φησὶ τὴν ἀφεγγῆ καὶ σκοτεινὴν (9)· οὐ γὰρ ἠθέλησαν οἱ ἐν αὐτῷ οἰκοῦντες (10) τὸν νόμον ἔχειν, ὡς λύχνον φαίνοντα ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ. Πᾶς μὲν οὖν ἄρχων καὶ διδάσκαλος πύργος καθίσταται, ὡς εἰς ἀσφάλειαν τοῦ ποιμνίου τεταγμένος. Ἐπειδὰν δὲ ἐπιλείψει αὐτῷ τὸ ὕδωρ, ὃ δίδωσιν ὁ Κύριος τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλόμενον εἰς ζωὴν αἰώνιον (τοῦτο δέ ἐστιν ἡ

[22.23] Rom. xi, 4, 5. [24] Isa. v, 1, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(4) Ἡ νῦν, Cod. Ven.
(5) Δόξαι, Cod. Bav.
(6) Αὐτὴ, Cod. Bav.
(7) Ὁ Ναβουχοδονόσορ, Cod. Ven.
(8) Græca vox ἀρχὴ utrumque significat, et *principatum* et *principium*.
(9) Σκοτεινόν, Cod. Ven.
(10) Ἐν αὐτῷ οἱ κατοικοῦντες, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τοῦ Πνεύματος χάρις), καὶ αὐχμώδης γένηται, ἐπέρχεται αὐτῷ ἡ ἐκ Βαβυλῶνος ἀρχὴ, ὁ ἄρχων τῆς συγχύσεως τοῦ κόσμου τούτου, ἡ βασιλεία ἡ πρώτη, ἣν (11) ἐβασίλευσε διὰ τῆς ἁμαρτίας πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι. Τινὲς δὲ *ἀρχὴν* καὶ *πρώτην βασιλείαν* τὸν Χριστὸν ἐξεδέξαντο· αὐτὸς γὰρ ἀρχὴ πάντων καὶ πρῶτος βασιλεύς· οὗτος ἐκ Βαβυλῶνος, τῆς συγχύσεως τοῦ κόσμου τούτου, τὸν ἄνθρωπον ἐνδυσάμενος, ἦκεν ἐπὶ τὴν Σιὼν, ἵνα ταύτην ἑαυτῷ περιποιήσηται. *Οὐκ ἦλθον* γὰρ, φησὶν, *εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.*

A deficit aqua, credentibus a Domino præberi solita, saliens in vitam æternam, quæ aqua est Spiritus gratia, propterea que fit squalidus : tum irruit in eum Babylonica potestas, princeps videlicet confusionis hujusce mundi, primum regnum, quo ante Christi adventum in mortali nostro corpore dominabatur. Quidam per *principium* ac *primum regnum* Christum intellexerunt ; ipse enim est universorum principium et regum omnium primus. Hic ex Babylone, confusione scilicet mundi hujus, hominem (12) induit, accessitque ad Sion, ut hanc sibi ipse vindicaret. *Non enim veni*, ait, *nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* [35].

Καὶ νῦν ἵνα τί ἔγνως κακά; μὴ βασιλεὺς οὐκ ἦν ἐν σοί; ἢ ἡ βουλή σου ἀπώλετο, ὅτι κατεσχράτησάν σου ὠδῖνες ὡς τικτούσης; Ἡ γνῶσις σημαίνει μὲν καὶ τὴν ἁπλῶς γνῶσιν, ὡς τὸ, *Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν*· σημαίνει δὲ καὶ τὴν γαμικὴν συνάφειαν, ὡς τὸ, *Ἀδὰμ ἔγνω τὴν γυναῖκα αὐτοῦ*· σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἀγαπητὴν σχέσιν, ὡς τὸ, *Γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων*· ὅμοιον τὸ, *Ἀγαπᾷ καὶ ἱλαρὸν ἐπιβλέπει αὐτῇ*· καὶ τὸ, *Οἶδά σε παρὰ πάντας*, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἰδιοτρόπως δὲ σημαίνει καὶ τὴν ἐκ πείρας συνδιάθεσιν, ὡς τὸ, *Ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, γνωστῶς ἴδω σε*· καὶ, *Ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ*· τήν τε γὰρ ἐκ τῆς πείρας γενομένην τῷ Ἀδὰμ πρὸς τὸ ξύλον συνδιάθεσιν ὁ λόγος δηλοῖ, καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ θεωρίας ἐζήτει τὴν πεῖραν ἐνεργόν. Οὕτως οὖν κάνταῦθα πρὸς τὴν Σιὼν ὁ Κύριός φησιν· *Ἵνα τί ἔγνως κακά;* τουτέστιν, Ἵνα τί ἐπειράθης τῶν κακώσεων; πόθεν σοι ἡ πεῖρα αὕτη καὶ ἡ μέθεξις τῶν θλίψεων ἐπῆλθεν; Ἆρα μὴ οὐκ εἶχες βασιλέα τὸν ὀφείλοντά σου (15) προπολεμεῖν; ἆρα μὴ συμβούλους οὐκ εἶχες, καὶ διὰ τοῦτο παρεδόθης πόνοις, τοσαύτην ἔχουσι δριμύτητα, ὥστε δοκεῖν σε ὠδῖνας ἔχειν, ὡς γυναῖκα τίκτουσαν; Καὶ μὴν καὶ βασιλέα εἶχες· δέδωκα γάρ σοι, καθὰ καὶ ᾔτησω, ἵνα πρὸ προσώπου ὑμῶν πορεύηται, καὶ πολεμῇ τοὺς πολεμίους ὑμῶν. Ἀλλὰ καὶ ἡ βουλή σου οὐκ ἀπώλετο, τουτέστι, συμβούλους εἶχες. Ταῦτα δὲ κατ' εἰρωνείαν λέγει. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι τούτοις ἐθάρρουν, τῇ τε τοῦ βασιλέως δυνάμει, καὶ τῇ τῶν συμβούλων φρονήσει,

Vers. 9. *Et nunc quare cognovisti mala? numquid rex non erat tibi? aut consilium tuum periit, quia obtinuerunt te dolores, sicut parturientis?* Cognitio interdum significat simplicem cognitionem, ut ibi, *Non cognoverunt, nec intellexerunt* [36] : interdum conjugalem copulam, ut, *Adam cognovit uxorem suam* [37] : modo dilectionis affectum, ut illud, *Cognovit Dominus viam justorum* [38], perinde ac si diceret, *Diligit, et hilari vultu aspicit ipsam :* **290** et illud, *Cognovi te præter cæteros*, et alia ejusdem generis. Eadem præterea vox peculiari quodam modo significat et intimam rerum perceptionem, quæ manat ab experientia, ut illud, *Ostende teipsum mihi, ut scienter videam te* [39], et, (13) *Lignum scientiæ boni et mali* [40], per quæ significatur intima boni ac mali perceptio, quæ per vetitum lignum in Adam ab experientia (14) ipsa manavit. Moyses item optabat efficacem Dei contemplationis experientiam. Ita et in præsentia Dominus ad Sion ait, *Cur cognovisti mala?* hoc est, Cur experta es calamitates et afflictiones ? Unde tibi malorum experientia hæc atque perceptio? Numquid regem non habebas, qui pro te pugnaret? an tibi deerant consiliarii, et ideireo doloribus et ærumnis affecta es, qui quidem dolores tantam continent acerbitatem, ut parturienti plane similis videaris ? Atqui et regem habebas, quem ego tibi dedi, quemadmodum postulasti, qui vos præcederet, profligaretque vestros inimicos, neque profecto tibi deerat consilium, cum tibi præsto essent et con-

[35] Matth. xv, 24. [36] Michæas iv, 12. [37] Gen. iv, 1. [38] Psal. i, 6. [39] Exod. xxxiii, 11. [40] Gen. ii, 9.

Variæ lectiones et notæ.

(11) Ἤ, et paulo post, τὰς ἁμαρτίας, Cod. Bav.

(12) Humanam scilicet naturam, humana persona destitutam, quo sensu capiendus et D. Augustinus in psal. lxxiii, 7.

(13) Solet enim sacra Scriptura ab eventu nomina rebus imponere, ut *puteus juramenti* vocatur is, ad quem jusjurandum præstitum fuerat, et *castra cœli* dicitur locus ille, ubi cœlestem Jacob militiam aspexit. Ita et *lignum scientiæ boni et mali* ita denominatum fuisse tradit Interpres, non quod ipsum per se notitiam boni et mali gigneret, ut autumat Josephus, sed quia Adam, vetitum lignum comedens, a Deo propterea punitus, experientia ipsa didicit, quid esset bonum, quidve malum, quod antea sola mente percipiebat. Quæ sententia est D. Chrysostomi aliorumque.

(14) Doctrina hæc mirum in modum juvat ad enucleandum difficillimum locum hunc, *Jesus autem proficiebat ætate et sapientia.* Luc. ii, 52. Qui fiat, inquiet aliquis, ut Christus, qui vel a primo suæ conceptionis momento perfectam rerum scientiam nactus est, sapientia proficeret ? Usu nimirum et experientia ipsa discebat, quæ antea sola, mente complecteretur.

(15) Σοὶ, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

silliarii. Hæc autem dicit ironice. Cum enim ii maximam fiduciam locatam haberent cum in regia opibus potentiaque, tum in consiliariorum prudentia : Disce tandem, ait, neque regem neque consiliarios ullo vobis adjumento esse posse, sine ope mea et auxilio.

A Γνῶθι οὖν, ὡς οὔτε βασιλεὺς, οὔτε σύμβουλοι ὠφελοῦσιν, ἄνευ τῆς ἐμῆς βοηθείας.

Vers. 10. *Dole et virilliter age, filia Sion, ut parturiens.* Hoc eodem sensu quo præcedentia dictum putes. Quoniam enim adeo tibi profuerunt et consiliarii et rex, agedum fac deinceps parata sis ad partus dolores subeundos; et virilem præ te animum feras, quo strenue dolores illos perferre possis. Hos effugere te posse ne speres. Innuit autem vates proxima esse mala; mulier enim, cum dolores sentit, brevi paritura est. Propterea subjicit :

Θλῖβε καὶ ἀνδρίζου, θύγατερ Σιών, ὡς τίκτουσα. Μετὰ τοῦ αὐτοῦ ἦθους καὶ ταῦτα λέγει. Ἐπειδὴ γάρ, φησὶν, οὕτως ἐβοηθήθης ὑπό τε τῶν συμβούλων σου, καὶ τοῦ βασιλέως, λοιπὸν ἑτοιμάζου εἰς τὸ ὠδῖνας ἔχειν, καὶ ἀνδρίζου, ὥστε ὑπομένειν ταύτας· ἀπαλλαγὴν γὰρ ἐκ τούτων μὴ προσδόκα. Αἰνίττεται δὲ, ὅτι καὶ πλησίον τὰ κακά· ἡ γὰρ ὠδίνουσα ἐγγίζει τοῦ τεκεῖν. Διὸ ἐπάγει ·

Quia nunc egredieris de civitate, et habitabis in campo, et venies usque ad Babylonem. Jamdudum, ait, tuam ad securitatem in urbe Jerusalem vitam degebas; nunc autem, brevi scilicet, urbs hæc capietur, atque tu tentoria figes in agro, moxque captiva Babylonem abduceris.

B *Διότι νῦν ἐξελεύσῃ ἐκ πόλεως, καὶ κατασκηνώσεις ἐν πεδίῳ, καὶ ἥξεις ἕως Βαβυλῶνος.* Σὺ μὲν, φησὶν, ἐν τῇ πόλει κατῴκεις Ἱερουσαλὴμ δ' ἀσφάλειαν· ἀλλὰ νῦν, τουτέστιν, οὐ μετὰ πολὺν χρόνον, ἁλώσεται ἡ πόλις αὕτη Ἱερουσαλὴμ, καὶ σὺ αἰχμαλωτισθήσῃ, ἐξαχθήσῃ ἐκ ταύτης, καὶ κατασκηνώσεις ἐν πεδίῳ, ἀπαγομένη εἰς Βαβυλῶνα.

Inde liberabit te, et inde redimet te Dominus Deus tuus de manu inimicorum tuorum. Nondum malis prænuntiandis finem fecerat, cum statim consolatoria verba protulit. Inde enim, ait, Babylone scilicet, redimet te Dominus Deus tuus, de manibus inimicorum tuorum, in quas jamdudum incidisti, quibus arctissime teneris. Hæc item ita sunt accipienda, perinde ac si ad naturam quoque humanam dicantur. Quæ comedendo **291** lignum scientiæ boni ac mali, novit mala, experientia videlicet ipsa miseriam sensit et afflictionem, etsi regem haberet, mentem scilicet, qua moneri poterat, non oportere se Dei dicto reluctantem, morem gerere serpenti. Ex quo evenit, ut sententiam illam audiret, *In dolore paries*[44]; atque hinc dolores partus subire cœpit. Hæc superna ex urbe dejecta, tentoria fixit in hoc corruptionis loco, veluti campo; tentoria, inquam, transitoriam nimirum instabilemque commorationem. Eadem pervenit usque ad Babylonem, divinarum scilicet proprietatum omnium confusionem. Amisit (17) enim id quod erat ad imaginem Dei conditum, evasitque similis animantibus et pecudibus et serpentibus et pardis, mentis magis expers, quam ipsæmet formicæ agrestesque passeres, ut vatis verba innunt. At ipsam illinc, ab ejusmodi scilicet corruptione, liberavit redemitque Dominus Deus noster, qui proprium suum sanguinem, redemptionis pretium, pro ipsa pependit. Per hæc ad morum quoque disciplinam instil-

C *Ἐκεῖθεν ῥύσεταί σε, καὶ ἐκεῖθεν λυτρώσεταί σε Κύριος ὁ Θεός σου ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν σου.* Οὕτω τὰ δυσχερῆ λέγων ἐπαύσατο, καὶ εὐθὺς ἐπάγει τὰ τῆς παρακλήσεως. Ἐκεῖθεν γὰρ, φησὶν, τουτέστιν, ἐκ Βαβυλῶνος λυτρώσεταί (16) σε Κύριος ὁ Θεός σου, ἤδη ὑπὸ τὰς χεῖρας ἐχθρῶν γενομένην, καὶ ἀσφαλῶς ὑπ' αὐτῶν κρατουμένην. Ταῦτα καὶ ὡς πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν λεγόμενα ἐκδέχεσθαι εἰκὸς, ἤτις ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τὸ ξύλον τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἤγουν τὰ κακὰ, τουτέστιν, ἐν πείρᾳ τῆς κακίας ἐγένετο, καὶ συνδιετέθη πρὸς ταύτην, καίτοι βασιλέα εἶχε τὸν νοῦν, καὶ ἠδύνατο βουλεύσασθαι, ὅτι οὐ δεῖ παρακοῦσαι Θεοῦ, καὶ ὑπακοῦσαι ὄφει. Διὰ τοῦτο ἤκουσεν· *Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα·* καὶ ἔκτοτε ὠδῖνας ἔσχε· καὶ τῆς ἄνω πόλεως ἀποῤῥιφεῖσα, ἐν τῷ πεδίῳ τούτῳ τῆς φθορᾶς χωρίῳ τὴν σκηνὴν ἐπήξατο, τὴν παροδικὴν καὶ ἄστατον αὐτῆς πολιτείαν. Καὶ ἦλθεν ἄχρι τῆς Βαβυλῶνος, καὶ τῆς παντελοῦς τῶν θείων ἰδιωμάτων συγχύσεως. Τὸ γὰρ κατ' εἰκόνα ἀπώλεσε, παρασυμβληθεῖσα καὶ κτήνεσιν ἀνοήτοις, καὶ ὄφεσι, καὶ παρδάλεσι, καὶ μυρμήκων ἀνοητοτέρα γενομένη καὶ στρουθίων ἀγροῦ, ὡς ὁ προφητικὸς εἰσηγεῖται λόγος· ἀλλ' ἐῤῥύσατο αὐτὴν ἐκεῖθεν, ὅ ἐστιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἀνιάτου (18) φθορᾶς· καὶ ἐλυτρώσατο ὁ τὸ ἴδιον αἷμα καταβαλόμενος λύτρον ὑπὲρ αὐτῆς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Παιδευόμεθα δὲ καὶ εἰς τὸ ἦθος διὰ τούτων, ἵνα μήτε βασιλικαῖς θαῤῥῶμεν δυνάμεσι, μήτε βουλαῖς συνεταῖς, ἀλλὰ τῷ Θεῷ, ὃς καὶ ἐν μέσῳ

[44] Gen. III, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(16) Ῥύσεται, Cod. Ven.

(17) Si Dei imago in libero arbitrio statuatur, ut Tito Bostrensi, et Joanni Damasceno, aliisque placuit, ut hoc non fuit amissum, ita nec imaginem illam amissam fuisse dicamus oportet : si in Dei justitia et sanctitate, per quam *secundum Deum* homo creatus ab Apostolo dicitur, hanc penitus hominem amisisse constat : si denique in mente atque intelligentia, hanc quoque per peccatum amissam quodammodo fuisse dici potest, cum mente præditus licet, intelligentiæ tamen expers homo nascatur.

(18) Ἀνοήτου, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τοῖς δεινοῖς ὄντα ῥύεσθαι δύναται. Ῥύσιον δὲ καὶ λύτρον καταβαλλόμενον ὑπὲρ ἡμῶν ἔσται ἡ εἰς αὐτὸν ἐλπίς· ὡς γὰρ εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνοντας τοῖς δεινοῖς παρέδωκεν, οὕτως ἀντιλαβὼν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιστροφὴν, ἀπολύσει τῶν φοβερῶν. Τίνι δὲ καταβαλεῖ τὸ λύτρον, ἢ τῇ αὐτοῦ δικαιοσύνῃ, παρ' ἧς καὶ ἐκολαζόμεθα;

A tuimur, docemurque, nos neque in regiis opibus ac viribus confidere debere, neque in consiliorum prudentia, sed in solo Deo, qui nos a malis atque calamitatibus eripere potest. Liberationis autem redemptionisque pretium, pro nobis persolvendum, erit spes in ipso locata. Quemadmodum enim peccatores, qui injuriis eum affecerunt, calamitatibus afflictionibusque tradidit, ita æque animo excipiens nostram ad ipsum conversionem, a terribili nos supplicio liberabit. Cui vero persolvet liberationis pretium? Non alii profecto, nisi suæmet justitiæ, a qua supplicio sumus affecti.

Καὶ νῦν ἐπισυναχθήσεται ἐπὶ σὲ ἔθνη πολλὰ, οἱ λέγοντες· Ἐπιχαρούμεθα, καὶ ἐπόψονται ἐπὶ Σιὼν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. Περὶ τῶν Σκυθικῶν ἐθνῶν ποιεῖται τὸν λόγον, ἃ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τῷ Ἰσραὴλ ἐπεστράτευσαν, ὡς ἐξολοθρεύσοντες αὐτοὺς, καὶ ἐποψόμενοι ἐπ' αὐτοὺς, τουτέστιν, ἐπευφρανθησόμενοι ἐν τῷ ἰδεῖν ἃ ἤθελον.

B

Vers. 11. *Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, dicentes : Lætabimur, et videbunt in Sion oculi nostri.* De Scythicis gentibus loquitur vates, quæ post reditum e Babylonis urbe, exercitum contra Israelem duxerunt, populum hunc penitus delere cupientes, aspicientesque ipsum, lætitia scilicet gestientes, quod viderent, quæ maxime concupierant.

Καὶ αὐτοὶ οὐκ ἔγνωσαν τὸν λογισμὸν Κυρίου, καὶ οὐ συνῆκαν τὴν βουλὴν αὐτοῦ (19), *ὅτι συνήγαγεν αὐτοὺς ὡς δράγματα ἅλωος.* Αὐτοὶ μὲν, φησὶν, οὕτως ἐπελεύσονταί σοι τῇ θυγατρὶ Σιὼν, ὡς κακώσοντες, καὶ διὰ τοῦτο ἄλλοθεν ἄλλος συνήχθησαν. Οὐ συνῆκαν δὲ ὅτι ἡ ἐμὴ περὶ σὲ πρόνοια συνεχώρησε τοῦτο γενέσθαι, ἵνα μᾶλλον αὐτοὶ ὁμοῦ ἀπόλωνται. Καὶ διὰ τοῦτο συνήγαγον αὐτοὺς, ἵνα καὶ τῶν ἄλλων αὐτῶν κακιῶν δῶσι δίκας, καὶ ὡς δράγματα ἐν ἅλωνι συντριβῶσι. Συνάγει δὲ ὁ Θεὸς, οὐκ ἀναγκάζων, οὐδὲ βιαζόμενος, ἀλλὰ ταῖς αὐθαιρέτοις ὁρμαῖς συγχωρῶν, καὶ τῷ αὐτεξουσίῳ παραχωρῶν, καὶ οὕτω τὴν δίκην ἐπάγων.

C

Vers. 12. *Ipsi autem nescierunt cogitationem Domini ; et non intellexerunt consilium ejus, quia congregavit eos, ut manipulos areæ.* Ipsi quidem, ait, in te, filia Sion, impetum facient, ut male te vexent, et propterea undique sese in unum collegerunt; sed eos latet meo id consilio factum, ut ita congregati, majore cæde caderent, afficerenturque clade majore. Hanc ob causam eos in unum colligi, ut et aliorum suorum scelerum pœnas darent, et, manipulorum instar, in area contererentur. Convocat autem eos Deus, non vi, neque necessitate ulla; sed spontaneo suo quemque impetu ferri sinit, atque ita ipsorum libero arbitrio quodammodo cedens, supplicium de illis sumit.

Ἀνάστηθι καὶ ἄλοα αὐτοὺς, θύγατερ Σιὼν, ὅτι τὰ κέρατά σου θήσομαι σιδηρᾶ, καὶ τὰς ὁπλάς σου θήσομαι χαλκᾶς. Ἐπειδὴ δράγματα εἶπεν, οἰκείως τῇ τροπῇ ἐπάγει ταῦτα· Ἀνάστηθι, ἡ δοκοῦσα νεκρὰ εἶναι, καὶ καταπάτει αὐτοὺς καὶ σύντριβε. Τῆς γὰρ ἐμῆς ἀπολαύουσα βοηθείας, δύναμιν ἕξεις ἀκαταμάχητον, οἷόν τις ταῦρος κέρατα ἔχων σιδηρᾶ, ὥστε δι' αὐτῶν ἀμύνασθαι τοὺς ἐπιόντας, καὶ ὁπλὰς χαλκᾶς, ὥστε συμπατεῖν καὶ συντρίβειν αὐτούς.

292 Vers. 13. *Surge, et tritura eos, filia Sion, quia cornua tua ponam ferrea, et ungulas tuas ponam æneas.* Quoniam manipulos dixit, eamdem verborum immutationem servans, apte nunc adjicit: Surge tu, quæ mortua videris; fac eos proteras atque comminuas. Meo namque auxilio freta, vires habebis inexpugnabiles, uti taurus, ferreis cornubus præditus, ad irruentium inimicorum impetum propulsandum, et æneis ungulis munitus, ad eosdem proterendos atque proculcandos.

Καὶ κατατήξεις ἐν αὐτοῖς ἔθνη. Ἐν αὐτοῖς, τουτέστι, τοῖς κέρασι καὶ ταῖς ὁπλαῖς, τουτέστι, κατατήξεις ἔθνη τὰ νῦν δοκοῦντα ταχείαν (20) ἔχειν τὴν δύναμιν.

D

Et consumes in ipsis gentes. Ipsis videlicet cornubus atque ungulis proteres gentes quæ nunc ingentes opes, amplissimamque (21) potentiam habere videntur.

Καὶ λεπτυνεῖς λαοὺς πολλούς. Ὡς ἄχυρα δηλαδή· ἔτι γὰρ ἐμμένει τῇ τροπῇ τοῦ ἀλοᾶν.

Et comminues populos multos. Uti paleas videlicet: adhuc enim insistit præcedenti verborum immutationi atque translationi.

Καὶ ἀναθήσεις τῷ Κυρίῳ τὸ πλῆθος αὐτῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. Οὐ τῇ σῇ δυνάμει, φησὶν, ἐπιγράψαι ὀφείλεις τὸ κατόρθωμα, ἀλλ' ἐμοὶ τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς ἀναθεῖναι τὸ τρόπαιον, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῷ πλήθει αὐ-

Et consecrabis Domino multitudinem eorum, et robur eorum Domino universæ terræ. Non tuis viribus, inquit, tribuere debes præclara hæc facinora, sed mihi, universi terrarum orbis Domino, tropæum est erigendum, insigne victoriæ, profligatæ

Variæ lectiones et notæ.

(19) Κυρίου, *Domini*, Cod. Bav.

(20) Uterque Codex cum Ven. tum Bav. habet ταχεῖαν, scribendum tamen puto παχεῖαν, ut ex iis, quæ mox sequuntur, δι' ὧν κεράτων καὶ ὁπλῶν χαλκῶν τὰ σαρκικὰ πάχη τῶν ἐθνῶν κατετάκησαν, aperte colligi posse mihi videtur.

(21) Lego enim παχεῖαν, *crassam* pro ταχεῖαν, *celerem*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

que ipsorum ingentis multitudinis atque potentiæ. Non solum enim multi fuerunt, qui a te profligati sunt, sed etiam valde potentes, ut perspicuum sit, eos non humana potentia, sed ope omnino divina fuisse subactos. Illud autem, *Consecrabis*, ex consuetudine sacrarum Scripturarum usurpatur horlandi modo, pro imperativo, *Conseera*, ut ibi : *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsum solum coles* [42], pro, Adora et colito. Utitur autem sacra Scriptura indicativis modis pro imperativis, ut rem certam significet quæ fieri omnino debeat. Hæc de Senacherim insigni clade atque cæde quidam intelligenda putarunt, qua clade centum octoginta hominum millia una nocte cæsa sunt, ex quo manifeste apparuit divinum prodigium. Congregatæ item sunt contra Dominum gentes multæ, adversus eum frementes, Romani videlicet milites et Judæi, qui de ipsius crucifixione magnopere lætarentur. Sed ignorabant, se per hujus ipsius resurrectionem esse confringendos. Si enim hoc novissent, profecto ii Dominum gloriæ non crucifixissent [43]. Surge itaque, Dei vehiculum (24) caro, quæ ab animata Sion Maria genita es, quam sibi sumpsit Dominus, incolendamque delegit : Surge, inquam, et fac ipsos tritures, partim in frumentum, quotquot ad Christi fidem sese recipiant, partim in paleas, ut in locum omnem dispergantur, atque sempiterno igne comburantur. Cornua enim habes ferrea, crucis videlicet vim potestatemque, necnon æneas ungulas, pedes nimirum apostolorum, qui tanquam equi descenderunt in procellosum gentium mare, turbantes **293** aquas multas. Quibus cornubus æneisque ungulis contrita fuit et imminuta carnalis gentium pinguedo ; quo factum est, ut ii leviores facti, et magis magisque spirituales, Deo tum maxime dicari possent. Nemo enim obesus, qui nondum extenuatus sit et imminutus, Domino consecratur. Spiritus enim Deus est [44]. Et cum soliciti sumus animæ nostræ, quid manducet, et corpori nostro, quid induat, quæ a gentibus inquiruntur [45] ; tum contra nos coeunt gentes multæ, gentiles nimirum cogitationes, quibus adeo distrahitur mentis acies, atque tot tantisque curis implicatur, ut non amplius in Deo, qui homines nutrit ac vestit, sed in suis propriis consiliis cogi tatisque confidat. Sed cum evangelica verba monent, hæc omnia gentes inquirere, cumque cogitationes ejusmodi gentiles esse compertum habemus : tum eas in unum cogere dicitur Dominus, tanquam aream manipulos, ut a nobis tum demum proterantur atque conculcentur, cum, posita vilissima cura

A τῶν καὶ τῇ ἰσχύϊ. Οὐ μόνον γὰρ πολλοὶ ἦσαν οἱ παρὰ σοῦ καταπολεμηθέντες, οὐκ (22) ἀνθρωπίνης δυνάμεως, ἀλλὰ σαφῶς θείας. Τὸ οὖν, *Ἀναθήσεις*, ὡς παραινετικόν ἐστι, κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς Γραφῆς, ἀντὶ τοῦ, Ἀνάθες, ὡς τὸ, *Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις*, ἀντὶ τοῦ, Προσκύνει καὶ λάτρευε. Ποιεῖ δὲ τοῦτο ἡ Γραφὴ, τοῖς ὁριστικοῖς χρωμένη, ἀντὶ προστακτικῶν, ἵνα δείξῃ τὸ πρᾶγμα ὁμολογούμενον, καὶ ἀναγκαίως ὀφεῖλον ἐκθέσθαι (23). Ταῦτα δέ τινες εἰς τὰ ἐπὶ Σεναχηρεὶμ γεγονότα ἐξεδέξαντο, ὅτε ἑκατὸν ὀγδηκοντακτέντε χιλιάδες ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀνῃρέθησαν, καὶ προδήλως ἐφάνη τὸ θαῦμα θεῖον. Ἐπισυνήχθησαν καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἔθνη πολλὰ, τὰ κατ' αὐτοῦ φρυάξαντα, οἵ τε Ῥωμαῖοι στρατιῶται καὶ Ἰουδαῖοι, B ᾧ τῇ σταυρώσει αὐτοῦ ἐπέχαιρον. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι ἀναστὰς, ἀλοήσει αὐτούς. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. Ἀνάσθητι οὖν, ἡ θεοφόρος σὰρξ, ἡ ἐκ τῆς ἐμψύχου Σιὼν Μαρίας γενομένη, ἣν ἐξελέξατο Κύριος, ἠρτίσατο εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ, καὶ ἄλόα αὐτούς· τοὺς μὲν εἰς σῖτον, ὅσοι τὴν πίστιν προσδέξονται· τοὺς δὲ εἰς ἄχυρα, πρὸς τὸ λικμηθῆναι εἰς πάντα τόπον, καὶ τὸ κατακαῆναι πυρὶ ἀσβέστῳ. Κέρατα γὰρ ἔχεις σιδηρᾶ, τὴν τοῦ σταυροῦ δύναμιν, καὶ ὁπλὰς χαλκᾶς, τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, οἳ ὡς ἵπποι ἐπέβησαν ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν πολυκύμονα θάλασσαν, ταράσσοντες ὕδατα πολλὰ, δι' ὧν κεράτων καὶ ὁπλῶν χαλκῶν, τὰ σαρκικὰ πίχη (25) τῶν C ἐθνῶν κατετάκησαν (26), καὶ ἐλεπτύνθησαν, ὥστε κουφοτέρους καὶ πνευματικωτέρους αὐτοὺς γενέσθαι, καὶ τότε ἀνατεθῆναι τῷ Κυρίῳ. Οὐδεὶς γὰρ παχὺς, καὶ ἄτηκτος (27), καὶ ἀλέπτυντος, ἀνατίθεται τῷ Κυρίῳ· πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός. Καὶ ὅταν δὲ μεριμνῶμεν τῇ ψυχῇ ἡμῶν τί φάγεται (28), καὶ τῷ σώματι ἡμῶν, τί ἐνδύσηται, ἃ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ζητεῖται, συνάγονται ἐφ' ἡμᾶς ἔθνη πολλὰ, ἐθνικοὶ, φημὶ, λογισμοὶ, οἳ περισπῶσι τὸ τοῦ νοῦ ἡμῶν σκοπευτήριον, ὥστε μὴ τῷ Θεῷ θαρρεῖν, τῷ τρέφοντι καὶ ἐνδύοντι, ἀλλ' οἰκείαις ἐπινοίαις καὶ φροντίσιν. Ἀλλ' ὅτε ὑποδείξει ἡμῖν ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, ὅτι ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ, καὶ ἐπιγνῶμεν τοὺς τοιούτους λογισμοὺς ἐθνικοὺς ὄντας, λέγεται συνάγειν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ὡς δράγματα ἅλωνος, ἵνα D συμπατηθῶσιν ὑφ' ἡμῶν, ἀναστάντων ἀπὸ τῆς χαμαιπετοῦς διανοίας, τοῦ τὰ τοιαῦτα αἰτεῖν, καὶ ἀποσκοπευσάντων εἰς τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ καὶ τὰ πετεινὰ, οἷς ὁ Θεὸς χαρίζεται σκέπην καὶ τροφήν. Κέρατα δὲ τίθεται σιδηρᾶ τῷ νοοῦντι τὸ καλόν· τῆς γὰρ κεφαλῆς τὸ κέρας, ἐν ᾗ τὸ ἡγεμονικόν· ὁπλαὶ δὲ χαλκαῖ, τῷ κινουμένῳ στερεῶς καὶ δυνατῶς,

[42] Exod. xx, 3, 4. [43] 1 Cor. II, 8. [44] Joan. IV, 24. [45] Matth. VI, 25.

Variæ lectiones et notæ.

(22) Desideratur aliquid, vel certe subauditur.

(23) Sic uterque Cod., mihi tamen magis arridet δοσθαι.

(24) Dei Verbi nimirum, cujus personæ conjuncta Christi caro, merito Θεοφόρος dici potest, ita tamen, ut humana persona carere contra Nestorium putetur.

(25) Πάθη, *pravi affectus*, Cod. Ven.

(26) Κατεκάησαν, Cod. Bav.

(27) Ἄτακτος, Cod. Bav.

(28) Φθέγγεται, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

πρὸς τὸ καὶ ἐργάζεσθαι τὸ νοηθέν. Πῶς δὲ τὸ τῶν τοιούτων λογισμῶν πλῆθος, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἀνατίθεται τῷ Θεῷ; Ὅταν γὰρ τὰ πολλὰ παρέντες, ἓν μόνον ἐπιζητῶμεν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστίθενται ἡμῖν, ὃ (29) ἐκεῖνοι ἐδόκουν ἰσχύειν.

talia quærendi, mentem ad agri lilia convertimus, contemplamurque cœli volucres, quibus omnibus Deus alimenta præbet, largiturque indumentum. Ferrea vero cornua insita sunt ei, qui recta et honesta cogitat (cornu enim capitis est, in quo præcipua pars hominis viget), æneæ vero ungulæ inditæ illi videntur, qui strenue ac viriliter etiam cogitata perficit. Quomodo autem ejusmodi cogitationum multitudo ac vis Deo dicatur? Cum scilicet, cæteris neglectis, hoc unum inquirimus, cœleste videlicet regnum; quo fit ut et ea omnia nobis adjiciantur, quibus vim inesse maximam gentiles illi populi arbitrabantur.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Νῦν ἐμφραχθήσεται θυγάτηρ Ἐφραὶμ ἐμφραγμῷ. Περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ προειπὼν ἃ εἶπε, νῦν καὶ περὶ Σαμαρείας λέγει. Θυγατέρα γὰρ Ἐφραὶμ τὴν Σαμάρειαν ὀνομάζει, ὡς ὑπὸ τῆς τοῦ Ἐφραὶμ βασιλευομένην φυλῆς, διότι πᾶς βασιλεὺς δοκεῖ πατρὸς τάξιν ἐπέχειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους. Ἢ αὐτὴν τὴν φυλὴν οὕτως ὀνομάζει, κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς Γραφῆς, θυγατέρα Σιὼν καὶ θυγατέρα Ἱερουσαλὴμ αὐτὴν τὴν Σιὼν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ περιφραστικῶς ὀνομαζούσης, εἰ μή τις ἐρεῖ, ὅτι τὴν ἐν Σιὼν πληθὺν, καὶ τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ, θυγατέρας αὐτῶν ὀνομάζει, ὡς πατρίδων οὐσῶν. Προειπὼν οὖν περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἃ ἔμελλεν αὐτῇ συμβῆναι λυπηρά τε καὶ ἀγαθὰ, νῦν καὶ περὶ τῆς Σαμαρείας λέγει, ὅτι *Ἐμφραγήσεται ἐμφραγμῷ*, τουτέστι, πολιορκηθήσεται.

CAPUT V.

Vers. 1. *Nunc obstruetur filia Ephræm vallo.* Cum de Jerusalem prænuntiarit vates quæ superius dixit, nunc et de Samaria verba facit. Filiam autem Ephræm ideo vocat Samariam, quia ab tribu Ephræm gubernata fuit; omnis enim rex erga subditos patris vicem gerere videtur. Vel tribum ipsam ita denominat more Scripturæ solito, qua filiam Sion et filiam Jerusalem, ipsammet Sion et Hierusalem per circumlocutionem appellare consuevit. Nisi dicere quis malit, multitudines populi Sion atque Hierusalem, filias ipsarum appellari, quod hæ urbes earum patriæ sint. Cum itaque urbi Jerusalem prænuntiasset vates, quæ ipsi eventura erant, cum prospera, tum adversa; nunc et de Samaria dicit, *Obstruetur vallo*, hoc est, obsidione cingetur.

Συνοχὴν ἔταξεν ἐφ' ὑμᾶς. Εἰ μὲν, Ἐφ' ὑμᾶς, γράφεται μετὰ τοῦ υ, Ἐφ' ὑμᾶς, φησὶ, τοὺς τῆς Σαμαρείας, *συνοχὴν*, ἤτοι πολιορκίαν ἔταξε. Τίς; Ὁ Θεὸς, ἢ ὁ Βαβυλώνιος. Εἰ δὲ μετὰ τοῦ η, Ἐφ' ἡμᾶς, ἑαυτὸν συντάττει ὁ προφήτης τοῖς ἐκ Σαμαρείας, διὰ τὸ φιλάδελφον.

Coarctationem posuit super nos. Si ὑμᾶς, *Vos*, cum υ scribatur. Contra vos, ait, Samariæ habitatores, *coarctationem*, obsidionem scilicet statuit. Quis? Deus, vel Babylonius. Si vero scribatur ἡμᾶς, *Nos*, cum η, seipsum vates in Samaritanorum numero **294** recenset, ob suum in fratres impensum amorem atque studium.

Ἐν ῥάβδῳ κατάξουσιν ἐπὶ σιαγόνα τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. Ἡ ἐπὶ σιαγόνα πληγὴ ὕβρεως σημεῖον δοκεῖ· εἰ δὲ μετὰ ῥάβδου γίνοιτο, πόνον ἐπιφέρει. Αἰνίσσεται τοίνυν, ὅτι καὶ ὑβριστικῶς οἱ Βαβυλώνιοι καὶ κολαστικῶς προσενεχθήσονται ταῖς δέκα φυλαῖς. Ἐπεὶ δὲ φραγμὸς ὁ νόμος. Ἡ θυγάτηρ, φησὶ, τοῦ Ἐφραὶμ, τουτέστιν, ἡ ἀποστατήσασα γενεὰ ἐκ τῆς βασιλείας τοῦ νοητοῦ Δαβὶδ Χριστοῦ, τοῦ ἰσχυροῦ τῇ χειρὶ (τοῦτο γὰρ Δαβὶδ ἑρμηνεύεται [30]), ἐγκλεισθήσεται τῷ νόμῳ, μὴ ἐκβαίνουσα (31) ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου χάριν. Καίτοι τὴν συνοχὴν, τουτέστι, τὴν νομικὴν πολιτείαν, ἐφ' ἡμᾶς ἔταξεν ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ἕως οὗ ἡμεῖς οἱ προφῆται προφητεύομεν. Ἐπειδὰν δὲ ὁ προφητευόμενος ἔλθῃ, προδρόμου αὐτοῦ γενομένου τοῦ Ἰωάννου, τότε ἡ συνοχὴ λυθήσεται· ὁ νόμος γὰρ καὶ οἱ προφῆται, ἕως Ἰωάννου. Συνοχὴν δὲ λέγει τὸν

In virga percutient super maxillam tribus Israel. Maxillæ percussio injuriæ signum videtur; eaque, si fiat virga, dolorem etiam affert. Innuit ergo vates Babylonios invasuros esse decem tribus, eas afficiendo cum injuriis, tum acerbis suppliciis. Quoniam autem vallum lex est: Filia, inquit, Ephræm, progenies scilicet, quæ a mystici David Christi regno defecit (David, inquam, hoc est, manu præstantis; ita enim, si interpretari velis, nomen hoc sonat), lege concludetur, ut hinc ad Evangelii gratiam prodire nequeat. Quanquam coarctationem, legale nempe regimen, statuit in nos Dominus; quoad scilicet nos vates vaticinamur. Cum autem advenerit, quem vates prænuntiarunt, cujus præcursor est Joannes; tum ea coarctatio tolletur. Lex enim et vates ad Joannem usque pertigerunt. Coarctationem autem legem vocat vates ob (32) minutis-

Variæ lectiones et notæ.

(29) Scribendum puto ἃ *quæ*, etiamsi uterque Cod. habeat ὅ, *quod*.

(30) Λέγεται, *dicitur*. Cod. Bav.

(31) Ἐκφαίνουσα. Cod. Bav.

(32) Ejusmodi item erant, quæ vetabant hœdum in lacte matris coquere, partus foventem suos avem in nido necare, et id genus aliæ, quæ quidem si per se spectentur, ineptissimæ videri poterunt, ut et impio Marshamo visæ sunt; si tamen considere-tur finis, ob quem Deus eas sanxerit, omnium maxime sapientes habebuntur. Cum enim speciem immanitatis præ se ferat hœdum, exempli gratia, coquere in lacte matris, quod ad ipsius nutrimentum a natura datum est, et id genus alia; merito sapientissimus Deus, ut ab omni feritate populum suum averteret, redderetque mitem atque mansuetum, tales leges sanxit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

simas res quas præcipit, quibus coarctantur quotquot ipsimet legi subsunt. Ejusmodi sunt ea, *Ne tangas, ne gustes, ne movearis a loco* [46]. Virga itaque ferrea, Romana scilicet potestate, percutientur Israelitarum maxillæ, qui ore quisque suo clamarunt, *Tolle, tolle, crucifige eum* [47], cujus etiam maxillas ipsi percusserunt. Vallum item est peccatum, in quo ita concluditur anima, ut ei splendor evangelicæ Christi gloriæ fulgere nequeat. Non dicit simpliciter *Anima*, sed *Filia Ephræm*, malorum videlicet amplificationis atque cumuli. Statuit autem contra nos angustias has Babylonius, qui ab ipso mundi exordio nobis inimicus exstitit : is enim in causa nobis est, cur nostrorum quisque peccatorum catenis constringamur.

A νόμον, διὰ τὰς μικρολογίας, ἐν αἷς συνεῖχε τοὺς ὑπ' αὐτόν· *Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μὴ θίξῃς, μὴ κινηθῇς ἐκ τοῦ τόπου.* Ἐν ῥάβδῳ οὖν τῇ σιδηρᾷ, τῇ Ῥωμαϊκῇ δυνάμει, πατάξουσι τὰς σιαγόνας τῶν Ἰσραηλιτικῶν στομάτων, τῶν εἰπόντων· *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν*, οὗ καὶ τὰς σιαγόνας ἐπάταξαν αὐτοί. Φραγμός εἰσι καὶ αἱ ἁμαρτίαι, ἐν αἷς ἐμφράττεται ψυχή, ὥστε μὴ διαυγάζειν αὐτῇ τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. Οὐχ ἁπλῶς δέ φησι, ψυχή, ἀλλ', *Ἡ θυγάτηρ Ἐφραΐμ*, τουτέστι, τῆς ἐν κακοῖς αὐξήσεως καὶ οἰκειώσεως (33)· ἔταξε δὲ τὴν συνοχὴν ταύτην ἐφ' ἡμᾶς ὁ Βαβυλώνιος, ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐχθρὸς ἡμῶν· αὐτὸς γὰρ ὁ αἴτιος τοῦ συνέχεσθαι ἡμᾶς ταῖς σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων.

Vers. 2. *Et tu, Bethleem, domus Ephratha* (34), *nequaquam minima es in millibus Juda : ex te enim mihi egredietur, ut sit in principem Israel.* Samaria quidem, ait, obsidione cingetur redigeturque in hostium potestatem ; tu vero, Bethleem, magna gloria gaudebis. Noli enim attendere paucitatem tuorum habitantium, neve consideres, te esse tenuem atque parvam domum in *millibus* Judæi regni, tribuum scilicet principibus (quo in numero et Jerusalem per hæc vates recenset) ; tibi enim suppetit gloriandi argumentum, quale nulli urbium quæ sunt in orbe terrarum. Ex te enim egredietur Christus, qui universo Israeli, fideli scilicet populo, sit imperaturus. *Non enim omnes, quotquot ex Israele prodierunt, Israel sunt* [48]. Quomodo autem egredietur? Non humanæ **295** profecto salutis lege, sed *mihi*, mea scilicet potestate, atque meo Spiritu, qui carnem ei appinget, ut et angelus ad Virginem dixit, *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [49]. Alio item modo : Alii quidem principes rempublicam sibi ministrant, propriam quisque utilitatem in suo regimine spectando ; hic vero mihi egredietur, omnia ad meipsum referendo, quod et pronomen *mihi*, proprietatem includens, manifeste declarat. Universa porro provincia vocabatur Ephratha ; vicus autem, Bethleem, unde tribus Jesse, et David, quo in (35) vico et Virgo peperit.

B *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ.* Ἡ μὲν Σαμάρεια, φησὶ, πολιορκηθήσεται, καὶ ἁλώσεται· σὺ δὲ, ὦ Βηθλεὲμ, μεγάλης δόξης ἀπολαύσεις. Μὴ γὰρ ἀποβλέψῃς εἰς τὴν νῦν βραχύτητα τῶν ἐνοικούντων σοι, καὶ ὅτι οἶκος εἶ ὀλιγοστὸς καὶ μικρὸς ἐν ταῖς χιλιάσι τῆς τοῦ Ἰούδα βασιλείας, τουτέστιν, ἐν τοῖς φυλάρχοις (τοῦτο δὲ εἰπὼν, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ περιέλαβεν)· ἔχεις γὰρ ἀφορμὴν εἰς περιφάνειαν, οἵαν οὐδεμία πόλις τῶν ἐπὶ γῆς. Ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ὁ Χριστὸς, ὃς ἄρξει τοῦ Ἰσραὴλ, τοῦ πιστοῦ παντὸς λαοῦ. *Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ.* Πῶς δὲ ἐξελεύσεται ; Οὐ νόμῳ σπορᾶς ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἐμοὶ, τουτέστι, τῇ ἐμῇ δυνάμει, καὶ τῷ ἐμῷ Πνεύματι, ὃ συμπήξει αὐτῷ τὴν σάρκα, ὡς καὶ ὁ ἄγγελος εἶπε πρὸς τὴν Παρθένον· *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.* Καὶ ἄλλως δέ· Οἱ μὲν ἄλλοι ἄρχοντες ἑαυτοῖς ἐξήρχοντο, τὸ οἰκεῖον συμφέρον πραγματευόμενοι ἐν τῇ ἀρχῇ· οὗτος δὲ ἐμοὶ ἐξελεύσεται, πάντα ἐμοὶ προσάγων. Δηλοῖ δὲ καὶ οἰκειότητα τὸ, *Ἐξελεύσεταί μοι.* Ἡ μὲν οὖν χώρα ἐκαλεῖτο Ἐφραθᾶ· ἡ δὲ κώμη, Βηθλεὲμ, ἐξ ἧς ἦν Ἰεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ, ἐν ᾗ καὶ ἡ Παρθένος ἔτεκεν.

C

Et egressus ejus ab initio ex diebus sæculi. Egredietur quidem, ait, in novissimis diebus ex te, Bethleem, Princeps hic, qui Israeli sit imperaturus, verumtamen *egressus ejus ab initio*, ab omni retro æternitate fuere præordinati. Vel sensus est :

Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Ἐξελεύσεται μὲν, φησὶν, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐκ σοῦ, ὦ Βηθλεὲμ, ὁ τοῦ Ἰσραὴλ οὗτος ἄρχων· πλὴν *αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς*, ἦγουν πρὸ πάντων (36) τῶν αἰώνων ἦσαν προωρισμέναι. Ἢ οὕτως· Ἵνα μὴ

D

[46] Levit. xxvii, 43. [47] Joan. xix, 15. [48] Rom. ix, 6. [49] Luc. i, 35.

Variæ lectiones et notæ.

(33) Ὀγχώσεως. Cod. Bav.

(34) Notanda est particula negativa, quam uterque Codex exhibet, quam et apud Tertullianum et Cyprianum videre est, ex quo conjicere licet, nonnullos in veteribus quibusdam exemplaribus aut expresse particulam illam comperisse, aut Hebraica verba ita legisse *et, tu, Bethleem, minima es!* ubi tacite subaudiretur *minime*. Quo celebris illa tollitur ἀντιλογία, quæ Matthæum inter et Michæam in Vulgata intercedit, quibus conciliandis diu multumque insudarunt Interpretes.

(35) Virginem non in Bethleem, sed in antro quodam prope Bethleem peperisse tradunt cum alii veteres Ecclesiæ Patres, inter quos Justinus Philosophus Martyr et S. Irenæus, tum maxime Basilius, vel quisquis auctor est orationis nondum editæ πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας, quæ in vetusto Cod. Græc. D. Marci Bibl. asservatur.

(36) Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ αὗται αἱ ἐκ σοῦ πρὸ πάντων, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νομίσῃς, τότε αὐτὸν τὴν ὕπαρξιν λαχεῖν, ὅτε ἐκ Βηθλεὲμ ἐξῆλθεν, ὅπερ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Φωτεινὸς ὁ τοῦ Σιρμίου ἐπίσκοπος ἔπαθον· φησὶν, ὅτι *Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ*, τουτέστιν, ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησις αὐτοῦ, ἀπ' ἀρχῆς. Ὅμοιον τῷ· *Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς*· τὸ δὲ, *Ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος*, ἀκούσας, μὴ νομίσῃς, ὅτι ἀρχήν τινα χρονικὴν τίθησι τῇ γεννήσει τοῦ Μονογενοῦς· ἀλλ' ὅμοιον τοῦτο τῷ ἀλλαχοῦ πρὸς τὸν Πατέρα λεγομένῳ, *Ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ*. Ἰουδαῖοι δὲ εἰς τὸν Ζοροβάβελ ταῦτα ἐκλαμβάνουσι, προδήλως τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι. Πῶς γὰρ αἱ ἔξοδοι τοῦ Ζοροβάβελ ἀπ' ἀρχῆς ἦσαν, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, τοῦ κατὰ τοὺς τῆς αἰχμαλωσίας καιροὺς γεννηθέντος; Πῶς δὲ οὗτος ἐκ Βηθλεὲμ, ὃς ἐν Βαβυλῶνι ἐγεννήθη; Οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἑρμηνεύεται, *σπορὰ Βαβυλώνιος*. Ἀλλ' οἵ γε πάλαι Ἰουδαῖοι οὐκ εἰς τὸν Ζοροβάβελ τὴν προφητείαν ἐξεδέξαντο· ὑπὸ Ἡρώδου γὰρ ἐρωτηθέντες, *Ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται*; ταυτην αὐτῷ τὴν προφητείαν προήνεγκαν.

A Ne putares cum tum subsistentiam esse nactum, cum ex Bethleem prodiit, ut Paulus Samosatenus, et Photinus (37), Sirmii episcopus, autumarunt, ait, *Ejus exitus*, scilicet ex Patre generationem, exstitisse ab initio, cui simile est illud : *Quod erat ab initio*. Cum autem audis *A diebus sæculi*, ne putes per ea temporale aliquod initium Unigeniti generationi vatem astruere; sed hoc omnino simile est ei, quod alibi ad Patrem dicitur, *Quoniam a sæculo tu es*[50]. Judæi autem hæc ad Zorobabelem referenda putant, qua in re veritati manifeste repugnant. Quomodo enim ab initio et a diebus sæculi fuerunt Zorobabelis exitus, qui Babylonicæ captivitatis tempore fuit prognatus? quomodo hic ex Bethleem, qui natus est Babylone? id enim innuit et ipsius nomen, quod si interpretari velimus, sonat *satio Babylonica*. Non ita sane de Zorobabele dicta hæc intelligenda putarunt veteres Judæi; quippe qui ab Herode interrogati, *ubi Christus esset nasciturus*[51], vaticinium hoc ei protulerunt.

Διὰ τοῦτο δώσεις αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης. Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι ἐξελεύσεται ἐκ Βηθλεὲμ ὁ ἄρξων τοῦ Ἰσραὴλ, εἶτα εἰκὸς ἦν ἐπαπορῆσαι· Πῶς οὖν ἃ εἶπας κακὰ συμβήσεται τοῖς Ἰουδαίοις, εἴ γε λυτρωτὴς ἔσται ἐκεῖνος; Φησὶν οὖν ὁ προφήτης πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι *Δώσεις αὐτοὺς*, τουτέστι, παραδώσεις τοῖς ἐχθροῖς, *ἕως καιροῦ τῆς τικτούσης* τὸν Ἐμμανουὴλ Παρθένου. Ἢ καὶ οὕτως· Ἐπειδὴ περὶ ἄρχοντος εἶπε· μέλλοντος δοθήσεσθαι· φησὶν οὖν, ὅτι ἐν τῷ μέσῳ ἄχρις οὗ τέκῃ ἡ Παρθένος, *Δώσεις αὐτοὺς*, τοὺς Ἰουδαίων δηλαδὴ ἄρχοντας. *Οὐκ ἐκλείψει γὰρ ἄρχων ἐξ Ἰούδα, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται*. Ἀλλὰ καὶ τοὺς νομοδιδασκάλους δώσεις, ἄχρις οὗ τέκῃ ἡ τίκτουσα κατὰ Χριστὸν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησία· ἔκτοτε δὲ καταργηθήσεται τὰ τούτων νόμιμα καὶ δόγματα.

B C Verse 3. *Propterea dabis eos usque ad tempus parturientis.* Cum superius vates dixisset, egressurum ex Bethleem principem Israel, atque propterea ita dubitari merito posset, Qui fiat ergo, ut, quæ prænuntiasti, mala Judæis accidant, siquidem talis eis futurus est Redemptor? Idcirco Deum affatus, *Dabis*, ait, *eos*, hostibus nimirum trades, *quoad* Emmanuelem Virgo *pariat*. Vel ita dictum hoc accipe : Quoniam superius vates de principe, ipsis dando, verba fecerat; interim, ait, donec pariat Virgo, *Dabis eos*, Judæorum videlicet principes. *Non deficiet* enim *princeps de tribu Juda, donec veniat, cui repositum est*[52]. Dabis item legis doctores, quoad Christo pariat Ecclesia, gentilibus ex hominibus conflata, quo sane tempore cessabunt ipsorum instituta atque dogmata.

Τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Τέξεται οὖν, φησὶν, ἡ Παρθένος, καὶ πιστεύσουσι μὲν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, τουτέστιν, οἱ δώδεκα ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἑβδομήκοντα, καὶ οἱ πεντακόσιοι, οἷς ὤφθη ὁ Κύριος ἀναστάς· εἶτα οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ τούτους, καὶ πιστεύσουσι καὶ αὐτοὶ, ὅπερ δὴ γέγονεν, ἡνίκα οἱ τρισχίλιοι ἐπίστευσαν, καὶ οἱ πεντακισχίλιοι, οὓς ὁ ἁλιεὺς ἐσαγήνευσε Πέτρος, καὶ αἱ πολλαὶ μυριάδες, περὶ ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰάκωβος τῷ θειοτάτῳ Παύλῳ φησί· *Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶ τῶν πεπιστευκότων Ἰουδαίων*; Καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην δὲ γενεὰν πιστεύειν μέλλοντας (38), ἐπιλοίπους φησὶν, ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑπολειφθέντας, ἤτοι ἐκλεγέντας. Τινὲς δὲ οὕτως· Τέξεται, φησὶν, ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλη-

D **296** *Pariet, et reliquiæ fratrum eorum revertentur ad filios Israel.* Pariet ergo, ait, Virgo, et Christo nomen dabunt filii Israel, duodecim scilicet apostoli, et septuaginta discipuli, et quingenti illi viri, quibus post resurrectionem Christus apparuit: et reliqui deinceps eorum fratres ad hosce convertentur, Christique religionem amplectentur et ipsi; quod sane contigit, cum primum tria hominum millia ad Christi fidem sese receperunt[53], deinde alia quinque millia, quos, quodam quasi rete, Petrus cepit, tot demum alia millia, de quibus et divus Jacobus ad sanctum Paulum : *Vides, frater, quot millia sunt credentium Judæorum*[54]? Reliquias item divinus vates dicit eos, qui quoque tempore Christo nomen daturi essent, quasi reliqui a Deo facti, hoc est delecti. Quidam autem hoc

[50] Psal. xcii, 2. [51] Matth. ii, 4. [52] Gen. xlix, 10. [53] Act. ii, 41. [54] Act. xx, 20.

Variæ lectiones et notæ.

(37) Negabant ii Christi divinitatem, proindeque Christum tum subsistentiam nactum existimabant, cum e Virginis utero prod.it. Eos eorumque impiam sententiam Catholica damnavit Ecclesia.

(38) Πιστεύοντας, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

modo. Pariet, ait, e gentibus conflata Ecclesia hos ipsos, qui ab initio Christo crediderunt gentiles, et quotquot ab ea posteris subinde temporibus gignentur homines gentilis generis (qui et fratres priorum credentium gentilium appellari merito possent, cujusmodi forte fortuna fuit Cornelius) accensebuntur Israelitis illis, qui Christum secuti sunt, cujusmodi fuerunt apostoli, et qui horum temporibus ad Christum ipsum sese converterunt. Quoniam autem Bethleem idem sonat, ac *domus panis;* panis autem, qui de cœlo descendit, est Christus, cujus domus habetur quisquis ejus præcepta servat : *Ego* enim, ait, *et Pater veniemus, et apud eum mansionem faciemus*[55] : merito et ex hac domo dux Israel egredietur. Siquidem Christus in eo, qui per virtutis exercitationem ipsum excipit, ducem et contemplanti se menti præbet, cui vel æterna ejus subsistentia manifestatur. Hinc docti Ecclesiæ præsules, et mundi sæculares principes videant, ne populorum regimen occipiant, priusquam talem præ se quisque mentem ferant, quæ domus venditi illius panis haberi merito possit.

A σία αὐτοὺς δὴ τούτους τοὺς ἐξ ἀρχῆς πιστεύσαντας ἐθνικούς, καὶ ἔκτοτε τικτούσης αὐτῆς, οἱ κατὰ καιροὺς τικτόμενοι ἐθνικοὶ (οἱ καὶ ἀδελφοὶ λεχθεῖεν ἂν τῶν προπιστευσάντων ἐθνικῶν, οἷον, εἰ τύχοι (39), τῶν περὶ Κορνήλιον) συναφθήσονται τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύσασιν, οἷοι ἦσαν, ὡς προείρηται, οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ κατ' αὐτούς. Ἐπεὶ δὲ Βηθλεὲμ ἑρμηνεύεται *Οἶκος τοῦ ἄρτου*, ἄρτος δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Χριστός ἐστιν, οὗ οἶκος πᾶς ὁ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ποιῶν, Ἐγὼ γάρ, φησί, *καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν*· ἐξελεύσεται καὶ ἐκ τούτου ὁ ἄρχων τοῦ Ἰσραήλ. Ὁ γὰρ Χριστὸς τῷ διὰ τῆς πρακτικῆς δεξαμένῳ αὐτὸν, ἄρχων τοῦ θεωρητικοῦ μέρους ἀναδείκνυται, ὅτε καὶ ἡ προαιώνιος αὐτοῦ ὕπαρξις διατρανοῦται (40). Παιδευέσθωσαν δὲ καὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἄρχοντες, ἤδη δὲ καὶ οἱ κατὰ κόσμον (41), μὴ πρότερον ἄρχοντες γίνεσθαι, πρὶν ἂν οἶκον τοῦ ἀποδεδομένου ἄρτου τὸν νοῦν ἀποδείξωσι (42).

B

Vers. 4. *Et stabit, et videbit, et pascet gregem suum in fortitudine Dominus.* Illud, *stabit*, est pro præcerit, suis videlicet ovibus, eisque non, ut priscis temporibus, per Moysem, sed ipse per se consulet atque prospiciet. Non angelus, ait, non legatus, sed ipsemet Dominus salvabit eas, pascetque ipsas, non jugulabit, neque mactabit, neque vellera vendet, et lac bibet. Pascet item in fortitudine; est enim potestas Patris, atque Deus fortis. Quinetiam, quod ad ipsius humanam naturam C spectat, non est ullo peccatorum onere fractus, ut cæteri pastores sacri præsules. *Et erat*, ait, *docens in potestate*, et non ut Scribæ. Stabit præterea, inquit, in Golgotha, pascetque in fortitudine crucis ovile suum, nos videlicet, qui nomen ipsi dedimus. Vel pascet, qui jamdudum ipsius ovile erant, Hebræos, in fortitudine, Romana scilicet virga ferrea. Quisquis item pascendo (gregi) præficitur, **297** stare debet, hoc est, firmus esse et inconcussus, et videre sapientiæ oculis, non ignorantia cæcus esse : tum etiam pascere, non vendere et mactare : pascere demum in fortitudine, scilicet Christo. *Ego* enim, ait, *sum janua : si quis per me ingredietur, salvabitur*[56]. In fortitudine præterea pascit et qui non reformidat imperantium D iram, sed eos, cum peccant, audacter reprehendit.

Καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύι Κύριος. Τὸ, *Στήσεται*, ἀντὶ τοῦ, ἐπιστατήσει αὐτὸς τῶν ἰδίων προβάτων, καὶ αὐτὸς ὄψεται αὐτὰ, οὐχ ὡς πάλαι διὰ Μωϋσέως, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ. Οὐκ ἄγγελος γὰρ, φησὶ, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν αὐτούς. Καὶ ποιμανεῖ, ἀλλ' οὐ σφάξει, καὶ θύσει, καὶ τὰ ἔρια πωλήσει, καὶ τὸ γάλα πίεται. Ἀλλὰ καὶ *ἐν ἰσχύι* δύναμις γάρ ἐστι τοῦ Πατρὸς, καὶ Θεὸς ἰσχυρός. Ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον οὐ περιέκειτο τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἀσθένειαν, ὥσπερ οἱ λοιποὶ ποιμένες ἀρχιερεῖς. Καὶ ἦν, φησὶ, *διδάσκων ἐν ἐξουσίᾳ*, καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς. Ἀλλὰ καὶ στήσεται, φησὶν, ἐν τῷ Γολγοθᾷ, καὶ ποιμανεῖ ἐν ἰσχύι τοῦ σταυροῦ (43) τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας. Ἢ ποιμανεῖ τοὺς πρώην ὄντας ποίμνιον αὐτοῦ Ἑβραίους, ἐν τῇ ἰσχύι τῇ Ῥωμαϊκῇ, τῇ σιδηρᾷ ῥάβδῳ. Καὶ πᾶς δὲ ὁ τεταγμένος ποιμαίνειν, ὀφείλει ἵστασθαι, τουτέστι πάγιος εἶναι, καὶ μὴ εὐπαράγωγος· ἀλλὰ καὶ βλέπειν τοῖς τῆς σοφίας ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴ τυφλὸς εἶναι ὑπὸ ἀμαθίας· καὶ ποιμαίνειν, ἀλλὰ μὴ πωλεῖν, καὶ σφάττειν· καὶ ἐν ἰσχύι ποιμαίνειν, τουτέστιν, ἐν Χριστῷ. Ἐγὼ γάρ *εἰμι*, φησὶν, *ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται.* Ἐν ἰσχύι ποιμαίνει καὶ ὁ μὴ ὑποκτήσων θυμὸν ἀρχόντων, ἀλλ' ἐλέγχων αὐτοὺς ἁμαρτάνοντας.

Et in gloria nominis Domini Dei sui subsistent. Quinam subsistent? Scilicet qui pascuntur. Eo vel maxime, inquit, hi potentiam nanciscentur atque subsistentiam, quod Christi fideles appellantur. Vel potius cum (44) vocationis suæ viam insisterent :

Καὶ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ ὀνόματος Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι. Τίνες; Οἱ ποιμαινόμενοι. Ἐν τῷ καλεῖσθαι Χριστιανοὶ, φησὶν, ἐν τούτῳ ἔξουσι τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν καὶ ὕπαρξιν. Μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ τῆς κλήσεως περιπατούντων, φησὶν, ὅτι ἐν τούτῳ ὑπάρ-

[55] Joan. xiv, 23. [56] Joan. x, 9.

Variæ lectiones et notæ.

(39) Legendum fortasse ἡ τύχῃ.
(40) Διατυραννοῦται, Cod. Ven.
(41) Νόμον, *legem*, Cod. Ven.
(42) Δείξωσι, Cod. Ven.
(43) Τῷ σταυρῷ, *cruce*. Cod. Ven.
(44) Scribendum puto ἐπὶ pro ἐπεί.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ξουσι ποίμνιον αὐτοῦ, ἐν τῷ δοξάζεσθαι διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

per hoc ait eos fore ipsius gregem, quod operibus nomen Dei nostri Jesu Christi colerent atque venerentur.

Διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρων τῆς γῆς. Καὶ τοῦτο νῦν ἔστιν ἰδεῖν· ἄχρι γὰρ τοῦ Ὠκεανοῦ τό τε ὄνομα τοῦ Χριστοῦ μεγαλύνεται, καὶ οἱ τοῦτο κεκλημένοι πληθύνονται καὶ μεγαλύνονται, κἂν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν διώκωνται.

Quia nunc magnificabuntur usque ad terminos terræ. Id videre est et in præsentia; nam et Christi nomen ad Oceanum (45) usque in honore habetur, et qui Christi fideles hoc ab nomine vocantur, in dies magis magisque crescunt amplificanturque, etsi persecutiones ab impiis patiantur.

Καὶ ἔσται αὕτη ἡ εἰρήνη, ὅταν Ἀσσύριος ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν χώραν ὑμῶν. Ἐπειδὴ, ἃ περὶ Χριστοῦ προεφήτευσε, μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἔμελλε γενέσθαι, πιστοῦται τὴν περὶ τούτων πρόρρησιν ἀπὸ τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γενησομένων. Ἵνα γὰρ, φησὶ, μάθητε, ὅτι ἔσται ἃ προεῖρηκα, ἐνέχυρον λάβετε τὰ παρόντα. Εἰρήνη γὰρ ἔσται βαθεῖα, καταλύσαντός μου τὸν Ἀσσύριον παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, ὅταν (46) ἐπέλθῃ ὑμῖν (47), τουτέστιν ἐπιστρατεύσῃ, καὶ ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν χώραν ὑμῶν, τουτέστι, κυριεύσῃ ταύτης (48).

Vers. 5. *Et erit hæc pax: Assyrius quando supervenerit in terram vestram, et quando ascenderit super regionem vestram.* Quoniam, quæ de Christo vates prædixit, multa post sæcula eventura erant, fidem huic vaticinio conciliat per ea quæ tum temporis futura erant. Ut enim cognoscatis, ait, certo futura esse, quæ prædixi; pignus capite præsentia. Summa enim pax erit, atque tum ego præter spem omnem Assyrium delebo, cum hic impetum in vos faciet, exercitum contra vos ducens, invadetque vestram regionem, hac videlicet potietur.

Καὶ ἐπεγερθήσονται ἐπτὰ ποιμένες, καὶ ὀκτὼ δήγματα ἀνθρώπων· καὶ ποιμανοῦσι τὸν (49) *Ἀσσὺρ ἐν ῥομφαίᾳ.* Ἑπτὰ, φησὶ, βασιλεῖς ἐπεγερῶ τῷ Ἀσσυρίῳ (ποιμένας γὰρ τοὺς βασιλεῖς ὀνομάζει)· οἳ ὀκτάκις πολεμήσαντες αὐτῷ, καὶ διὰ τῶν ὀκτὼ τούτων πολεμικῶν προσβολῶν, οἷά τινων δηγμάτων, καταδακόντες τὴν αὐτοῦ στρατιὰν, καταδαπανήσουσιν αὐτόν. *Καὶ ποιμανοῦσιν ἐν ῥομφαίᾳ,* κατακολουθοῦντες ὄπισω αὐτοῦ, καὶ ἐπιδιώκοντες, μὴ δυνάμενον ἀμύνασθαι ἐπίσης προβάτοις. Ἠθικώτατον δὲ τὸ, *Ποιμανοῦσι.*

Vers. 6. *Et consurgent super eam septem pastores, et octo morsus hominum: et pascent Assur in gladio.* Septem, ait, reges in Assyrium inducam (pastores enim reges vocat), qui octies cum eo pugnabunt, et per has octo bellicas irruptiones, quasi quosdam morsus, ejus exercitum quodammodo lacerabunt, penitusque delebunt. *Depascentque in gladio,* eum a tergo insequentes persequentesque, ut is, omnino viribus impar, suas oves tutari nequeat. Usitatissimum vero (sacris in Litteris) est illud, *Pascent.*

Καὶ τὴν γῆν τοῦ Νεβρὼδ ἐν τῷ τάφρῳ αὐτῆς. Γῆν Νεβρὼδ τὴν Βαβυλῶνά φησι. Νεβρὼδ γὰρ τὴν τυραννίδα (50) χρησάμενος, τὴν Βαβυλῶνα πρώτην ὑποχείριον ἔσχεν. *Ἐγένετο* γὰρ, φησὶν, *ἡ ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, Βαβυλὼν, Ὀρὲχ, καὶ Χαλάνη.* Ἐπεὶ οὖν ὁ Ἀσσύριος τὴν Βαβυλῶνα εἶχεν ὑφ' ἑαυτὸν, φησὶ νῦν ὁ Θεὸς, ὅτι οἱ ἑπτὰ βασιλεῖς ἐκεῖνοι τόν τε Ἀσσύριον καὶ τοὺς βασιλεῖς ταπεινώσουσι, καίτοι γε τάφρον ἐχούσης τῆς Βαβυλῶνος μεγίστην, τὰ ὀχυρὰ (51) τείχη περιζωννῦσαν. Ἢ καὶ οὕτως· Ἀναγκάσουσι τοὺς Βαβυλωνίους ἐν τῇ τάφρῳ περιωρίσθαι, καὶ μὴ περαιτέρω προβαίνειν.

Et terram Nebrod in vallo ejus. Terram Nebrod Babylonem vocat; Nebrod enim tyrannico usus imperio, Babylonem omnium primam in suam potestatem redegit. *Erat* enim, ait, *principium regni ejus Babylon, Orech et Chalane* [57]. Postquam ergo Babylonem subegit Assyrius, futurum ait Deus, ut septem illi reges Assyrium ipsum ejusque reges opprimant, etiamsi Babyloni muri longe omnium fortissimi sint, et ingenti vallo circummuniti. Potest **298** etiam locus hic ita intelligi: fore ut iis ab regibus Babylonii vallo se tenere cogantur, nec egredi audeant.

Καὶ ῥύσεταί σε ἐκ τοῦ Ἀσσὺρ, ὅταν ἔλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὰ ὅρια ὑμῶν. Ἐκεῖνος μὲν, φησὶ, ταῦτα (52) πείσεται· σὺ δὲ οὐ τότε μόνον, ὅτε ἐπαναστήσω τοὺς βασιλεῖς τῷ Ἀσσυρίῳ, ἀπαλλαγήσῃ τῶν ἐκ τούτου κακῶν, ἀλλὰ καὶ νῦν ἐπελθόντος σοι, ῥύσομαί σε, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα

Et liberabit te de Assur, cum venerit super terram vestram, et cum ascenderit super terminos vestros. Hæc patietur ille quidem; tu vero, ait, non solum tum, cum reges in Assyrium inducam, liberaberis ab hujusce molestiis, sed etiam nunc ab ejus impetu et irruptione incolumis ope mea servaberis.

[57] Gen. x, 10.

Variæ lectiones et notæ.

(45) Atlanticum intelligit, ubi Britannicæ sunt Insulæ, ad quas, tanquam ad ultimas orbis cogniti regiones, pervenisse sonum apostolicæ prædicationis supra dixit.
(46) Ὅτε, Cod. Bav.
(47) Ἡμῖν, *nobis*, Cod. Ven.
(48) Κυριεύσῃ τῆς χώρας ταύτης, Cod. Ven.
(49) Τὴν, Cod. Bav.
(50) Mihi magis placeret, τῇ τυραννίδι.
(51) Τὰ ὀχυρὰ ἐκεῖνα, Cod. Bav.
(52) Τοιαῦτα, *talia*, Cod. Bav.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

agni magnopere lætantur, ubi gramen, futurum sibi nutrimentum, inveniunt : ita et ipsi discipulos nacti, lætitia gestient efficientque, ut nemo amplius in eorum numero censeatur, qui duro corde præditi sunt, et mendacium diligunt, sed operam dabunt, ut simul omnes filii Dei fiant, evadantque Christi cohæredes. Deinceps cum per roris agnorumque imaginem, quibus tales assimilavit magistros, haud satis potestatem, divinitus eis datam ostendisse sibi vates videretur ; merito similitudinem aliam, ab leone desumptam adjecit. Exordium enim apostolicæ doctrinæ rori æquiparatur : qui quidem, agnorum instar, in medio luporum, impietatis gramen doctrina miraculisque tollere atque radicitus evellere cœperunt. Post, ubi prædicatio per terrarum orbem longe lateque manavit, atque principes regesque simul in Christi fidelium numero censeri cœperunt, tum veritatis inimicos timor incessit. Atque hi meticulosi, quasi pecudes facti; reformidare, pavere, illi confidere, leonis Ecclesiæ animum, sua vel maxime justitia freti, præ se ferre (justus enim ut leo confidit), secernere mendacium, hoc eis aperire qui in errore versabantur, eos rapere, et quasi captivos in Christi servitutem ducere. Et nemo unus erat, qui hos ab ipsomet Christo abstraheret, una cum Paulo clamantes : *Quis nos separabit a Christi charitate* [64] ? Quod et Christus ipse dixit : *Nemo*, inquit, *meas oves rapit de manu mea* [65]. Apostoli præterea ipsi agni erant simul et leones ; agni, quatenus eis minime reluctabant, qui verberibus ipsos afficere, excoriare et occidere studebant ; leones, quatenus verbi miraculorumque potestate freti, plurimum adversus errorem impietatemque pollebant.

χαίρουσιν, ἄγρωστιν εὑρόντες εἰς βρῶσιν αὐτοῖς ἐσομένην· οὕτω καὶ αὐτοὶ τοῖς μαθηταῖς ἐπισκιρτήσουσι, ὅπως μηδεὶς ἔτι συνάγηται, καὶ ἐγκαταριθμῆται ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων τοῖς βαρυκαρδίοις, τοῖς ἀγαπῶσι ψεῦδος, ἀλλὰ πάντες υἱοὶ Θεοῦ γένωνται, συγκληρονόμοι Χριστοῦ. Εἶτα ἐπειδὴ δρόσῳ καὶ ἀρνίοις τοὺς τοιούτους διδασκάλους εἰκάσας, τὴν δεδομένην ὑπὸ Θεοῦ δύναμιν αὐτοῖς οὐκ αὐτάρκως ἐδήλωσεν, καὶ ἄλλην εἰκόνα προστίθησι, τὴν τοῦ λέοντος. Τὰ μὲν γὰρ προοίμια τῆς τῶν ἀποστόλων (62) διδασκαλίας δρόσῳ ἐῴκει· καὶ ὡς ἄρνες δὲ ἐν μέσῳ λύκων ἦσαν, τὴν ἄγρωστιν τῆς ἀσεβείας διδασκαλίαις (63) καὶ θαύμασι δαπανῶντες καὶ ἐκριζοῦντες. Μετὰ ταῦτα δὲ τῆς οἰκουμένης δεξαμένης τὸ κήρυγμα, καὶ στρατηγῶν καὶ βασιλέων τοῖς πιστοῖς συγκατειλεγμένων, εἰς τοὺς τῆς ἀληθείας ἐναντίους μετέδη τὸ δέος· καὶ οἱ μὲν, κτήνεσιν ἐοικότες, δειμαίνουσί τε καὶ φρίττουσι· οἱ δὲ τῆς Ἐκκλησίας λέοντος θάρσος ἔχοντες, καὶ μάλιστα διὰ τὴν τῆς δικαιοσύνης περιουσίαν (δίκαιος γὰρ ὡς λέων πέποιθε), διασπέλλουσί τε τὸ ψεῦδος, διακρίνοντες αὐτὸ, καὶ ὑποδεικνύντες τοῖς πρώην πλανωμένοις καὶ διαρπάζουσιν αὐτοὺς, αἰχμαλωτίζοντες εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὐδεὶς ὁ ἀποσπῶν τούτους ἀπ' αὐτοῦ, μετὰ Παύλου λέγοντας· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ;* Ὅ καὶ ὁ Χριστὸς (64) εἶπεν, ὅτι *Οὐδεὶς ἁρπάζει τὰ πρόβατά μου ἐκ τῆς χειρός μου.* Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι, ἄρνες τε ἦσαν καὶ λέοντες· ἄρνες μὲν, πρὸς τοὺς μαστίζειν, καὶ δέρειν, καὶ ἀποκτιννύναι θέλοντας, μὴ ἀνθιστάμενοι· λέοντες δὲ, ὡς κατὰ τῆς πλάνης καὶ τῆς ἀσεβείας ἰσχύοντες, ἐν τῇ δυνάμει τοῦ λόγου καὶ τῶν θαυμάτων.

Vers. 9. *Elevabitur manus tua super eos qui tribulant te : et omnes inimici tui perdentur.* Hæc sensibili quadam ratione contigerunt, cum potestas et imperium ad Christianos principes, uti diximus, transierit. Quo quidem tempore Græci (65), qui Christi populum affligebant, diruebantque Dei templa, prorsus evanuerunt ; et nos eorum delubra, si quid reliqui modo sit, demolimur. Hæc eadem tamen et spiritali quadam ratione magis magisque expleta intelliguntur. Siquidem Christi fidelium hominum manus, excitandarum scilicet virtutum potestas, elevata est in dæmones, qui vitium, uti suavissimam rem, consectari nobis persuadere conantur ; iidemque postea conscientiæ stimulis nos exagitant, atque ita ad desperationem cogunt.

Καὶ ὑψωθήσεται ἡ χείρ σου ἐπὶ τοὺς θλίβοντάς σε· καὶ πάντες οἱ ἐχθροί σου ἐξολοθρευθήσονται. Γεγένηνται μὲν ταῦτα καὶ αἰσθητῶς, τῆς βασιλείας, ὡς εἴρηται, εἰς Χριστιανοὺς μεταπεσούσης ἄρχοντας. Καὶ γὰρ οἱ πρότερον θλίβοντες τὸν τοῦ Χριστοῦ λαὸν Ἕλληνες, καὶ τοὺς ναοὺς καταλύοντες τοῦ Θεοῦ, φροῦδοι καὶ ἀφανεῖς· καὶ ἡμεῖς τοὺς ἐκείνων ναοὺς καθαιροῦμεν, εἴ γε καὶ λείψανόν τι ὑπολέλειπται. Πλέον δὲ πνευματικῶς πεπλήρωνται. Ἡ γὰρ χεὶρ τῶν πιστῶν, ἡ ἐνεργοῦσα δηλαδὴ τὰς ἀρετὰς δύναμις, ὑψώθη κατὰ τῶν δαιμόνων, οἳ τὴν κακίαν πείθοντες ἡμᾶς ὡς γλυκεῖαν μετεῖναι, ὕστερον τὴν ἐκ τοῦ συνειδότος θλῖψιν ἐπάγουσιν ἡμῖν, πρὸς ἀπόγνωσιν καὶ διὰ τοῦτο (66) φέροντες.

301 Vers. 10. *Et interficiam equos tuos de mediotui, et disperdam currus tuos, et subvertam civitates*

Καὶ ἐξολοθρεύσω τοὺς ἵππους σου ἐκ μέσου σου, καὶ ἀπολῶ τὰ ἅρματά σου, καὶ ἐξ-

[64] Rom. VIII, 35. [65] Joan. X, 29.

Variæ lectiones et notæ.

(62) Ἀνθρώπων, *hominum*, Cod. Bav.
(63) Διδασκαλία, Cod. Bav.
(64) Κύριος, *Dominus*, Cod. Ven.
(65) Vel si mavis : Gentiles ; utrumque enim Græca vox Ἕλληνες significat, apud ecclesiasticos nempe scriptores.
(66) Τούτου, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὀλοθρεύσω τὰς πόλεις τῆς γῆς σου, καὶ ἐξαρῶ πάντα τὰ ὀχυρώματά σου. Οἱ μὲν πεπιστευκότες ἐξ Ἰσραὴλ, τῆς δυνάμεως τεύξοντα. τῆς προῤῥηθείσης· οἱ δὲ τῇ ἀπιστίᾳ ἐμμείναντες, οἷοί εἰσιν οἱ νῦν Ἑβραῖοι, τῆς οἰκείας στερηθήσονται βασιλείας· καὶ οὔτε ἱππικὸν ἔξουσιν, οὔτε πόλεις εὖ τετειχισμένας, ὥστε ἄλλοῖα ὀχυρώματα, οἷα ἐν ταῖς ὄρεσιν, ἢ (68) σπηλαίοις ἡ φύσις αὐτομάτως ποιήσασα, δέδωκε ταῖς ἀνθρώποις πρὸς ταῦτα καταφεύγειν ἐν ἀναγκαίοις καιροῖς. Κἂν τις ἀναγνῷ τὰ τοῦ Ἰωσήπου, εὑρήσει τὴν τῶν λεγομένων ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ οὕτω (69) νοήσαιμεν ὡς πρὸς ἄλλους μὲν τὰ προειρημένα ἐλέχθη, πρὸς ἄλλους δὲ τὰ νῦν λεγόμενα, καὶ ὅτι ἐκεῖνα μὲν πρὸς τοὺς πιστούς, ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς ἀπίστους, ἀλλάκοτα δόξουσι. Πρὸς μέντοι ἓν πρόσωπον λέγονται τὸ τῆς Ἑβραϊκῆς γενεᾶς. Ὅρα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς λέξεως τὴν ἀλήθειαν ὧν φημι· τῷ γὰρ ὑπολείμματι τοῦ Ἰακὼβ ἐπηγγείλατο τὰ χρηστὰ, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς τῷ Ἰακώβ.

terræ tuæ, et auferam omnes munitiones tuas. Qui ex Israele ad Christi fidem se receperunt, prædictam obtinebunt potestatem; qui contra in sua perfidia manserunt, cujusmodi sunt Hebræi nostrorum temporum, hi suo regno destituentur (67). Quamobrem nec equestres hi copias habebunt, neque bene munitas urbes, neque alia denique præsidia, in montibus antrisve a natura constructa, quo necessitatis tempore confugere homines possent. Quæ quidem omnia verissima esse plane comperiet, quisquis Josephi historiam percurrere voluerit. Ni enim, quæ superius dicta sunt, quæque modo dicuntur, ad alios atque alios pertinere intelligantur, illa nimirum ad Christi fideles, hæc ad infideles; absurda profecto omnium maxima videbuntur. Omnia vero ad Hebraicam gentem, tanquam ad personam unam, dicuntur. Horum omnium veritatem perspicere potes ex verbis ipsis; reliquiis enim Jacob, non ipsimet Jacob, bona denuntiavit.

Καὶ ἐξαρῶ τὰ φάρμακά σου ἐκ τῶν χειρῶν σου. Φάρμακα τὰς γοητείας φησὶν, αἷς ἐχρῶντο, δαίμονας ἐν πᾶσιν ἐπικαλούμενοι.

VERS. 11. *Et auferam veneficia tua de manibus tuis.* Veneficia vates appellat incantationes, quibus ii, dæmonum opem ubique invocantes, utebantur.

Καὶ ἀποφθεγγόμενοι οὐκ ἔσονταί σοι. Τουτέστι μάντεις· ἀποφθεγγομένους δὲ τούτους φησὶ, διότι ἀθρόον ἐδόκουν ἐξίστασθαι, καὶ ἐνθουσιῶντες ἀπεφθέγγοντο, ἃ ἡ τῶν δαιμόνων ἐπίπνοια (70) αὐτοῖς ἐχορήγει. Καὶ τοὺς μάντεις σου οὖν, φησὶν, ἐξολοθρεύσω.

Et eloquentes non erunt in te. Vates scilicet, quos eloquentes ideo vocat, quod impetu quodam extra se rapti, et numine quodam afflati, eloquebantur quæ dæmonum ope suppetebant. Vates propterea tuos, ait, disperdam.

Καὶ ἐξολοθρεύσω τὰ γλυπτά σου, καὶ τὰς στήλας σου ἐκ μέσου σου· καὶ οὐκέτι οὐ μὴ προσκυνήσεις τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου, καὶ ἐκκόψω τὰ ἄλση ἐκ μέσου σου. Τὴν τῆς εἰδωλολατρείας κατάλυσιν ἐνταῦθα προδηλοῖ· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν, ὁρῶντες Ἰουδαῖοι τῶν ἐθνῶν τὴν εὐσέβειαν, ἄκοντες καὶ αὐτοὶ τῆς τῶν εἰδώλων ἀπηλλάγησαν θεραπείας. Αἰσχύνονται γὰρ τοὺς ἔξω νόμων σωφρονοῦντας ὁρῶντες, αὐτοὶ προφανῶς ἀσεβεῖν. Καὶ οὔτε γλυπτὰ παρ' αὐτοῖς ἐστιν, οὔτε στῆλαι, οὔτε ἄλση. Ὡς γὰρ ἐν τῷ Ὡσηὲ ἔμαθες, ἐκλεγόμενοι τῶν δένδρων τὰ εὐμήκη καὶ εὔσκια, ταῦτα ἐτίμων. Νῦν δὲ ἐξεκόπησαν ὡς ξύλα κοινὰ εἰς καῦσιν, ἢ εἰς ἔργα τεκτονικὰ χρησιμεύοντα.

Et disperdam sculptilia tua, et simulacra tua de medio tui: et ultra non adorabis opera manuum tuarum; et succidam lucos de medio tui. Idololatriæ eversionem hoc loco vates designat. Etenim post Christi incarnationem Judæi, cum gentium pietatem cernerent, inviti et ipsi ab idolorum cultu destitêrunt. Pudet enim eos, se, dum homines, extra leges (71) natos, honeste vivere cernunt, manifeste impiam vitam degere. Idcirco neque sculptilia sunt amplius apud eos, neque simulacra, neque luci. Ut enim ab Osea didicisti (72), sublimes li sibi deligebant arbores et umbrosiores, easque divinis honoribus prosequebantur. Hæ nunc excinduntur, partim, uti ligna prorsus inutilia, ad combustionem, partim ad opificum opera construenda maxime accommodata.

Καὶ ἀφανιῶ τὰς πόλεις σου, καὶ ποιήσω ἐν ὀργῇ καὶ ἐν θυμῷ ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἀνθ' ὧν οὐκ εἰσήκουσαν. Ἐξελάσω, φησὶν,

VERS. 13, 14. *Et demoliar civitates tuas, et faciam in ira, et in furore ultionem in gentibus pro eo quod non exaudierunt.* Abigam, inquit, ipsos

Variæ lectiones et notæ.

(67) Contigit id sub Tito et Vespasiano, quos Judæam omnem subegisse tradit Josephus cum alibi passim, *De bello Jud.*, tum maxime lib. VII, c. 10.

(68) Καὶ, *et*, Cod. Bav.

(69) Οὔτε, *neque*, Cod. Bav.

(70) Ἐπίνοια, Cod. Bav.

(71) Divinas scilicet, quas lapideis in tabulis Moyses Dei jussu insculpsit.

(72) Oseæ locus sic habet cap. IV: *Super cacuminibus montium sacra faciebant, superque collibus immolabant, sub quercu item et populo, et umbrosa arbore. Nam pulchrum earum tegmen.* Arbores autem atque lucos a veteribus coli solitos, lippis, ut dicitur, atque tonsoribus notum; ex arboribus autem ipsis sublimiores densioresque deligi consuesse, præter Oseam tradit et Libanius in *Descript. picturæ* τῆς ἐν τῷ βουλευτηρίῳ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ab sua quemque urbe, eosque inter gentes dispergam, Filii mei mortem ulciscendo; siquidem ii neglexere prophetas, de ipso loquentes, et ne Filium 302 quidem ipsum audierunt, clamantem, *Ego sum lux mundi* [66]. Et, *Quid quæritis occidere me* [67],—*hominem qui veritatem vobis locutus sum* [67a]? Animadvertas autem velim, quemadmodum Deus, etiam dum punit, hominibus prosit. Vide enim quibus ab rebus homines avertat, ab idolorum scilicet cultu, a veneficiis, a divinationibus. Hæc ad humanam quoque naturam apte dici possent, cujus e medio sustulit, qui in Bethleem natus est, Dominus, equestres quasi copias, elatas cogitationes, insanasque concupiscentias. Idemque diruit urbes, quas ejus terra, caro scilicet, habebat, sustulitque terrenarum humanarumque cogitationum munitiones, suos per ministros clamantes, *Purgantes cogitationes* [68]. Omnem denique animi elationem, quæ contra Dei cognitionem fertur, et incantationem omnem veneficæ voluptatis, quæ naturam humanam in servitutem redegit; hæc, inquam, omnia funditus evertit is qui dicit, *Arcta est via et angusta* [69]: et: *In mundo pressuram habebitis* [70]; qui et nemora quæ in nobis sunt, succidit, et cogitationum lucos, ubi spiritales feræ latitabant.

CAPUT VI.

VERS. 1, 2. *Audite nunc quæ Dominus dixit: Surge, judicare ad montes, et audiant colles vocem tuam. Audite, montes, judicium Domini, et valles fundamenta terræ; quia judicium Domino adversus populum suum, et cum Israel disseret.* Cum Israelitarum ingrati animi vitium planum omnibus Deus sit facturus, judicii locum inducit, judicium ipsum montibus committens, non quod anima prædita sint et ratione, sed quia montes ac valles exceperunt modo cæsos per angelum Senacherim milites, modo Scythicæ militiæ innumeras cædes: idcirco montes istos et hasce valles testes appellat cum sui in ipsos collati beneficii, tum eorum ingrati in ipsum animi. Alio item modo. Quoniam ipsi ratione prædita cum essent, perinde se gerebant, ac si ratione prorsus omni carerent; merito rationis expertia ad eorum judicium Deus adducit. Ait ergo, *Surge, et judicare apud montes*, hoc est, coram montibus, ut sensus hujusce dicti sit, Fac te mecum ipsorum montium judicio sistas. Vel: Ipsimet montes meam vicem gerentes, te expostulabunt; tu vero, si potes, fac te defendas, crimenque dilues. Alio denique modo: Quoniam in montibus atque collibus Israelitæ sacra dæmonibus faciebant, ipimet montes, ait, vos accusant, et si ulla vobis suppetit defensio, facite demum, ut eam proferatis.

A ἐκ τῶν οἰκείων πόλεων αὐτοὺς, καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσι (73) διασπερῶ, ποινῶν ἐκδίκησιν τοῦ αἵματος τοῦ Υἱοῦ μου, ἀνθ' ὧν οὐκ εἰσήκουσαν τῶν προφητῶν, τῶν περὶ αὐτοῦ λεγόντων, καὶ αὐτοῦ δὲ βοῶντος· Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· καὶ, Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, — ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; Ὅρα μέντοι πῶς καὶ κολάζων ὁ Θεὸς ὠφελεῖ· ἴδε γὰρ τίνων ἀπαλλάττει, εἰδωλολατρείας, φαρμακειῶν, μαντειῶν. Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα καὶ πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἧς τὸ ἱππικὸν γαυρίαμα καὶ τὸ θηλυμανὲς ἐξῆρεν ἐκ μέσου ὁ γεννηθεὶς ἐν Βηθλεὲμ Κύριος, καὶ τὰς πόλεις, ἃς εἶχεν ἡ γῆ αὐτῆς, τουτέστιν ἡ σὰρξ, καὶ τὰ ὀχυρώματα τῶν γηΐνων καὶ ἀνθρωπίνων λογισμῶν καθεῖλε διὰ τῶν λεγόντων· Λογισμοὺς καθαιροῦντες· καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν φαρμακείαν τῆς γοητευούσης ἡδονῆς, τῆς καταδουλωσάσης πρὶν τὸ ἀνθρώπινον, ἐξῆρεν ὁ λέγων· Στενὴ ἡ ὁδὸς καὶ τεθλιμμένη· καὶ, Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· καὶ ἐξέκοψε τὰ ἐν ἡμῖν ἄλση καὶ τοὺς δρυμοὺς τῶν ἐννοιῶν, ἐν οἷς ἐφώλευον τὰ νοητὰ θηρία.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ἀκούσατε δὴ ἃ εἶπε Κύριος· Ἀνάστηθι καὶ κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη, καὶ ἀκουσάτωσαν βουνοὶ φωνῆς σου· Ἀκούσατε, βουνοὶ, τὴν κρίσιν τοῦ Κυρίου, καὶ αἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ Κυρίῳ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ Ἰσραὴλ διαλεχθήσεται. Τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀγνωμοσύνην μέλλων δεῖξαι, κριτήριον εἰσάγει, καὶ τοῖς ὄρεσιν ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν, οὐχ ὅτι ψυχὴν ἔχουσιν ἢ λόγον, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ ὄρη καὶ αἱ φάραγγες, ποτὲ μὲν τοὺς νεκροὺς τοὺς τῆς Σεναχηρεὶμ στρατιᾶς ἐδέξαντο, δι' ἀγγέλου πληγείσης, ποτὲ δὲ τοῦ Σκυθικοῦ στρατοῦ τὰς μυρίας σφαγάς· τὰ ὄρη ταῦτα καὶ τὰς κοιλάδας ταύτας μάρτυρας ποιεῖται καὶ τῆς εὐεργεσίας αὐτοῦ, καὶ τῆς πρὸς ταύτην ἀγνωμοσύνης αὐτῶν. Καὶ ἄλλως δέ· Ἐπειδὴ λογικοὶ ὄντες αὐτοὶ, ἀλογίαν ἐνόσησαν (74), τὰ ἄλογα εἰς κρίσιν αὐτῶν φέρει. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἀνάστηθι, καὶ κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη· τουτέστι, παρὰ τοῖς ὄρεσιν, ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον· Μετ' ἐμοῦ κρίθητι παρὰ τοῖς ὄρεσι δικασταῖς. Ἢ, ὅτι Καὶ αὐτὰ τὰ ὄρη ἀντ' ἐμοῦ κατηγορήσουσί (75) σου· καὶ εἰ ἔστι σοι δυνατὸν, ἀπολόγησαι, καὶ ἀνάλυσον τὴν κατηγορίαν. Καὶ ἄλλως δέ· Ἐπειδὴ ἐν βουνοῖς καὶ ὄρεσι τὰς τελετὰς ἐτέλουν τοῖς δαίμοσιν οἱ Ἰσραηλῖται, Αὐτὰ, φησὶ, κατηγοροῦσιν ὑμῶν, καὶ εἴ ἐχετέ τινα ἀπολογίαν, εἴπατε.

[66] Joan. VIII, 12. [67] Joan. VII, 19. [67a] Joan. VIII, 40. [68] Act. XVII, 29. [69] Matth. VII, 14. [70] Joan. XVI, 33.

Variæ lectiones et notæ.

(73) Ὄρεσι, *inter montes*, Cod. Bav.
(74) Ἐνόησαν, *cogitarunt*, Cod. Bav.
(75) Κατηγοροῦσι, *criminantur*, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Λαός μου, τί ἐποίησά σοι; ἢ τί ἐλύπησά A *σε; ἢ τί παρηνώχλησά σε; ἀποκρίθητί μοι.* Εἰπέ μοι, φησὶ, τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας· ἔλεγξον, εἴ τινος λυπηροῦ πεπείρασαι παρ' ἐμοῦ. Εἶτα ἐπειδὴ σιγᾷν ἀνάγκη αὐτὸν, μηδὲν ἔχοντα λέγειν, ἐγκεῖται λέγων·

Διότι ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ οἴκου δουλείας ἐλυτρωσάμην σε, καὶ ἐξαπέστειλα πρὸ προσώπου σου τὸν Μωσῆν, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Μαριάμ; Μή τι τοῦτο, φησὶν, ἠδίκησά σε, ὅτι ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου; Εἶτα ἵνα μὴ ἔχῃ λέγειν, ὅτι Ἐβλάβημεν, ἀναχθέντες ἐκ τοιαύτης γῆς εὐφόρου, καὶ παρεχούσης ἡμῖν κρόμυα, καὶ σκόροδα, καὶ κρέα, ἃ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπόθουν, ἐπήγαγεν, ὅτι *Ἐξ οἴκου δουλείας ἐλυτρωσάμην σε;* Εἰ γὰρ καὶ ἡ γῆ ἦν ἀγαθὴ καὶ εὔφορος, B ἀλλ' οὐ σὺ ἐν ἀγαθοῖς ἦσθα· ὡς γὰρ πρὸς σὲ οἶκος δουλείας ἦν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δέδωκά σοι ἀρχηγοὺς, θαυμασίους ἄνδρας διεξάγοντάς σε ἀπὸ παντὸς κινδύνου. Καὶ οὐδὲ τὰς γυναῖκας τῆς ἐμῆς ἀπεστέρησα προνοίας, ἀλλὰ καὶ ταύτας τῆς προσηκούσης κηδεμονίας ἠξίωσα, τὴν Μαριὰμ αὐταῖς ἐπιστήσας, προφητικοῦ μετασχοῦσαν Πνεύματος.

Λαός μου, μνήσθητι δὴ, τί ἐβουλεύσατο κατὰ σοῦ Βαλὰκ, βασιλεὺς Μωάβ, καὶ τί ἀπεκρίθη αὐτῷ Βαλαὰμ υἱὸς Βεὼρ, ἀπὸ τῶν Σχοίνων ἕως τοῦ Γαλγὰλ, ὅπως ἂν γνωσθῇ ἡ δικαιοσύνη Κυρίου. Ἔτι λαὸν αὐτοὺς ἑαυτοῦ καλεῖ (76), ἵνα καὶ τὴν οἰκείαν δείξῃ χρηστότητα, καὶ τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην, ὅτι πρὸς τὸν οὕτω χρηστὸν ἀφηνιάζουσι· καὶ ἅμα ἐντρέψῃ αὐτοὺς, ὥστε συνεῖναί ποτε, καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτόν· ἔτι δὲ καὶ ἡμᾶς παιδεύσῃ, οὕτω χρηστοὺς εἶναι πρὸς τοὺς ἀγνωμονοῦντας ἡμῖν, καὶ οἰκειοῦσθαι αὐτοὺς καὶ μετὰ τὸ ἐλεγχθῆναι ἀγνώμονας. Τί οὖν φησι πρὸς τὸν ἀγνώμονα τοῦτον λαόν; Εἰ τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἐλευθερίας ἀμνημονεῖς, μνήσθητι τῶν κατὰ τὸν (77) Βαλαὰμ, καὶ ὅπως ὁ μὲν τῶν Μωαβιτῶν βασιλεὺς Βαλὰκ μετεκαλέσατο τὸν μάντιν τοῦτον, ὥστε διά τινων γοητειῶν καταράσασθαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ δι' ἐπῳδῶν συνήθων αὐτῷ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ ἀπομαρᾶναι (τοιοῦτον γὰρ τὸ καταράσασθαι)· ἐγὼ δὲ εἰς εὐλογίας τὰς ἀρὰς ἔτρεψα, οὐ διὰ τὰς σὰς δικαιοσύνας (ἀγνώμονες γὰρ ἦτε καὶ τότε), ἀλλ' ἵνα ἡ ἐμὴ δικαιοσύνη φανῇ καὶ ἡ ἀλήθεια. Ἐπηγγειλάμην γὰρ τῷ προπάτορί σου δοῦναι τὴν τῆς Παλαιστίνης γῆν ὑμῖν· καὶ διὰ τοῦτό σε διετήρουν, πληρῶν τὰς πρὸς ἐκεῖνον συνθήκας. Ἢ καὶ οὕτω· Μνήσθητι τῶν ἐμῶν εὐεργεσιῶν, ὅπως ἐκ τούτου, κατακρινομένων ὑμῶν, φανῇ ἡ δικαιοσύνη μου, ὅτι τὸν τοσαῦτα ὑμᾶς εὐεργετήσαντα οὕτως ἐγκατελίπετε. Ὅμοιον τῷ· *Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου.* Τί δέ ἐστιν, *Ἀπὸ τῶν Σχοίνων*

VERS. 3. *Populo meus, quid feci tibi, aut quid contristavi te, aut in quo molestus fui tibi? responde mihi.* Dic, ait, odii tui causam, et si quid a me mali passus es, fac ostendas. Deinceps, cum eum silere necessitas cogeret, quod nihil dicere haberet, instat dicens :

303 VERS. 4. *Quia eduxi te de terra Ægypti, et de domo servitutis redemi te, et misi ante faciem tuam Moysem, et Aaron, et Mariam?* Numquid, ait, eo te læsi, quod ex Ægypti regione te eduxi? Mox, ne dicere possent, Utique damno a te gravissimo affecti sumus, propterea quia nos e terra tam fertili eduxisti, unde nobis cepe, allia, carnesque abunde suppetebant, quæ et ipsorum patres in deserto concupierunt, merito subjicit, *Et de domo servitutis redemi te?* Tametsi enim terra bona esset ac fertilis, tu tamen bonorum affluentia minime gaudebas. Quod enim ad te spectat, domus servitutis ea tibi erat. Neque solum ex Ægypto te eduxi, sed etiam tibi dedi duces eximios viros, qui te ab omni periculo servarent incolumem. Ne mulieres quidem mea providentia destitutas volui; sed earum, ut decebat, diligentem curam habendam putavi. Hisce propterea Mariam præfeci, quæ vaticinandi Spiritu gaudebat [71].

VERS. 5. *Populo meus, recordare nunc, quid cogitaverit adversum te Balac rex Moab, et quid responderit ei Balaam, filius Beor, de Schœnis usque ad Galgal, ut cognosceretur justitia Domini.* Etiamnum populum suum Deus eos vocat, ut ipse suam C ipsius benignitatem ostendat, eisque ingrati animi vitium exprobret, quod adversus tam humanum atque benignum Dominum calcitrarent; simul ut eos pudore suffundat, ut aliquando resipiscant, et ad eum convertantur. Hoc item facit, ut nos doceat, æque nos humanos ac benignos in eos esse debere, qui nostra beneficia maleficiis pensant; quos benevolentia complecti jubemur etiam tum, cum in nos iniqui deprehenduntur. Quid ergo Deus ad ingratum populum hunc? Si ejus beneficii oblivio te cepit, ait, quo te ab Ægypti servitute liberavi; fac in memoriam revoces ea, quæ in Balaam historia traduntur. Cum enim Moabitarum rex Balac vatem hunc arcessisset, ut per magicas artes Israeli D maledíceret [72], ejusque vires per solitas suas incantationes labefactaret (id enim sonat maledicere), ego tum hujus ipsius maledictiones in benedictiones converti, non sane tuam ob æquitatem et justitiam (iniqui enim etiam tum eratis), sed ut perspicua omnibus fieret mea veritas atque justitia. Progenitori enim vestro promiseram, me Palæstinæ terram vobis daturum : et idcirco te incolumem servavi, quo fidem ei datam servarem. Vel etiam hoc modo : Fac in memoriam revoces mea benefi-

[71] Exod. xv, 20. [72] Num. xxii, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(76) Λαὸν αὐτοῦ καλεῖ, Cod. Ven.
(77) Τοῦ, Cod. Ven.; sed scribendum fortasse τόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cia, ut, ubi quisque vestrum condemnabitur, clare hinc appareat judicii mei æquitas et justitia, quod me, qui tantis vos beneficiis cumulavi, deserere non dubitastis. Huic simile est illud, *Ut justificeris in sermonibus tuis* [79]. Quid autem sibi vult *A Schœnis* (78) *ad Galgal* ? Hi nimirum fines sunt eorum locorum, in quibus Balaam Israelem diris devovere studebat, ab uno se in alium montem transferendo. **304** Putabat enim loca hæc sibi damno esse et impedimento ; propterea malis a spiritibus inductus, ab uno in alium locum sese transferebat. Ab eo itaque loco, qui juncos habebat, usque ad Galgal, omnes ibi interjectos montes circuivit. Montes quoque sunt apostoli, ad quos montes judicatur Synagoga, quod ipsos excipere noluerit, qui originem ab ea trahebant : colles autem, vates, utpote apostolis inferiores; valles demum, ecclesiæ, quæ Christi fidelium multitudinem complectuntur, quæ et orbis terrarum fundamenta sunt atque præsidia, ubi cum populo suo Christus expostulat. Siquidem ei cum nihil mali Christus fecisset, imo cum cum a sensibili primum liberasset Ægypto, deinde etiam a mystica, quam ob rem carnem assumpsit ; cum irritas olim fecisset magicas Balaami maledictiones, declarassetque vanam omnino et inutilem hujusce nefariam artem : ab tali demum populo est crucifixus. Si qui vero in imperio locati montes habeantur, ob ipsius imperii celsitudinem, tum orbis terræ fundamenta, quatenus populi fulcra sunt ; si et abruptis locis similes sint, quod a se invicem scissi nullo charitatis vinculo teneantur, et undique propterea confluentia in se vitia recipiant : hortatur Deus per ea vatis verba, ut surgere quis velit, et cum principibus ipsis expostulet, eos reprehendendo, quod nihil suo promisso consonum egerint, idque maxime , cum populus Dei sint, et Israel appellentur.

A ἕως τοῦ *Γαλγάλ* ; Ὅρια τῶν τόπων ἐκείνων εἰσὶν, ἐν οἷς ὁ Βαλαὰμ τὰς κατάρας ἐδόκει ποιεῖν, ἄλλοτε εἰς ἄλλον βουνὸν μεθιστάμενος· ᾤετο γὰρ τοὺς τόπους βλάπτειν καὶ ἐμποδίζειν αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν δαιμόνων πειθόμενος, ἄλλοτε εἰς ἄλλον μεθίστατο. Ἀπὸ γοῦν τοῦ τόπου τοῦ ἔχοντος τοὺς Σχοίνους ἄχρι τοῦ Γαλγὰλ, τοὺς ἐν μέσῳ πάντας βουνοὺς περιῆλθεν. Ὅρη καὶ οἱ ἀπόστολοι, πρὸς οὓς κρίνεται ἡ Συναγωγὴ, ὅτι ἐξ αὐτῆς ὄντας αὐτοὺς οὐκ ἐδέξατο· βουνοὶ δὲ, οἱ προφῆται, ὡς τῶν ἀποστόλων ὑποδεέστεροι· φάραγγες, αἱ τοῦ πλήθους τῶν πιστῶν χωρητικαὶ ἐκκλησίαι, αἵ καὶ θεμέλιά εἰσι τῆς γῆς, καὶ ἀσφάλειαι, παρ' οἷς κρίνεται πρὸς τὸν λαὸν ὁ Κύριος Ἰησοῦς· ὃς οὐδὲν λυπηρὸν ποιήσας αὐτῷ, ἀλλ' αὐτὸς ὢν ὁ ἐξ Αἰγύπτου τῆς αἰσθητῆς B ἐλευθερώσας πάλαι, καὶ τῆς νοουμένης ὕστερον (δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο ἐσαρκώθη), καὶ τοῦ Βαλαὰμ πάλαι τε καταργήσας τὰς διὰ γοητείας ἀρὰς, ὕστερον πᾶσαν τὴν ἐκείνου κακοτεχνίαν ἄχρηστον δείξας, ὑπὸ τοῦ τοιούτου λαοῦ ἐσταυρώθη. Εἰ δὲ καί τινες ἄρχειν τεταγμένοι, ὄρη μὲν εἶεν κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ὕψος, καὶ θεμέλια τῆς γῆς, ὡς τοῦ λαοῦ ἐδράσματα· φάραγγας δὲ μιμοῖντο, ὡς ἀπερρηγμένοι τε διὰ [*f. add.* τὸ] μὴ ἔχειν τὸν τῆς ἀγάπης σύνδεσμον, καὶ ὡς τὴν τῆς κακίας δεχόμενοι ἑτοίμως σύρροιαν, διακελεύεται τῷ προφητικῷ λόγῳ ἀναστῆναι, καὶ κριθῆναι πρὸς τούτους, ἐλέγχοντα αὐτοὺς, ὅτι οὐδὲν οἰκεῖον τῷ ἐπαγγέλματι ἐπεδείξαντο, καὶ ταῦτα λαὸς ὄντες Θεοῦ, καὶ Ἰσραὴλ καλούμενοι.

Vers. 6. *In quo deprehendam Dominum ? Suscipiam Deum meum excelsum ?* Cum superius vates Israelitis, tanquam ex persona Dei, verba fecisset, nunc pœnitentis personam inducit, qui se peccasse quodammodo sentiat. Idque vates facit recte atque ordine, ut ipsos doceat, quemadmodum sit pœnitendum. Ait ergo, *In quo Dominum deprehendam ?* Recessit, inquit, a me, cum peccavi : quomodo ergo eum persecutus comprehendam, et cum comprehendero, ita teneam, ut a me rursum effugere nequeat ?

C *Ἐν τίνι καταλάβω τὸν Κύριον ; Ἀντιλήψομαι Θεοῦ μου ὑψίστου ;* Τοὺς ῥηθέντας λόγους ὁ προφήτης ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ποιησάμενος, εἰσάγει νῦν μετανοοῦντος πρόσωπον, καὶ ὡσανεὶ αἰσθομένου, ὅτι ἥμαρτε. Τοῦτο δὲ ποιεῖ ὁ προφήτης εὐμεθόδως, ἵν' ἐκείνοις δείξῃ, πῶς δεῖ μετανοεῖν. Λέγει οὖν· *Ἐν τίνι καταλάβω τὸν Κύριον ;* Ἀπέπτη, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ ἁμαρτόντος. Πῶς τοίνυν διώξας καταλάβω ; καὶ καταλαβὼν, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ (79) ; τουτέστι, καθέξω αὐτὸν βεβαίως, ὥστε μὴ πάλιν ἀποπτῆναι ἀπ' ἐμοῦ.

Vers. 6, 7. *Si apprehendam eum in holocaustis, in vitulis anniculis ? si suscipiet Dominus in millibus arietum, vel in decem millibus hircorum pinguium ? si dabo primogenita mea pro impietate, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ ?* Numquid, ait, ad peccatorum onus excutiendum sufficit vitulorum ingens multitudo, vel innumera hircorum copia hœdorumque , anniculorum scilicet caprorum ? an satis ad id sunt filii primogeniti, qui Deo addicantur sacrenturque, vel etiam mactentur ? Hoc

D *Εἰ καταλήψομαι αὐτὸν ἐν ὁλοκαυτώμασιν, ἐν μόσχοις ἐνιαυσιαίοις ; εἰ προσδέξεται Κύριος ἐν χιλιάσι κριῶν, ἢ ἐν μυριάσι χιμάρων πιόνων ; εἰ δῶ πρωτότοκά μου ὑπὲρ ἀσεβείας, καρπὸν κοιλίας μου ὑπὲρ ἁμαρτίας ψυχῆς μου ;* Ἆρα, φησὶν, ἀρκοῦσι πρὸς τὸ λῦσαι τῶν ἁμαρτημάτων τὸ βάρος μόσχων πλῆθος, ἢ χιλιάδες κριῶν, ἢ μυριάδες χιμάρων, τουτέστιν ἐνιαυσιαίων ἐρίφων ; ἢ πρωτότοκοι υἱοὶ προσαγόμενοι τῷ Θεῷ, καὶ ἀφιερούμενοι, ἢ καὶ θυόμενοι ; Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ

[79] Psal. L, 6.

Variæ lectiones et notæ.

(78) Locus ita denominatus ab juncis quibus abundabat.

(79) Cod. Bav. habet: Ἐν τίνι καταλάβω τὸν Κύριον ; καὶ καταλαβὼν, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ ;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ταῦτα προσιεμένου (ἐδήλωσε γὰρ διὰ τοῦ Ἀβραὰμ τὸ μὴ ἀποδέχεσθαι), ἀλλ' ὡς ἐν ὑποθέσει τοῦτο τίθησιν ὑπερβολικῶς, ἐπειδὴ ὁ Υἱὸς τιμιώτερος πάντων κτημάτων.

A autem vates dicit, non quod Deus istiusmodi victimis oblectetur (exemplo enim Abrahami docuit, hæc sacrificia sibi nunquam grata fore et accepta), sed hoc ex hypothesi ponit per hyperbolen, propterea quod Filius est rerum omnium charissimus.

Ἀπηγγέλη σοι, ἄνθρωπε, τί καλόν. Ἢ τί Κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ ποιεῖν κρῖμα καὶ ἀγαπᾶν ἔλεος, καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ; Ἀποκρίνεται ὁ προφήτης τῷ διαποροῦντι, πῶς ἐξιλεώσεται τὸν Κύριον, ὅτι Οἶδας, ὦ ἄνθρωπε, τί ἐστι τὸ καλόν· ἀπηγγέλη γάρ σοι τοῦτο ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ἢ τί ἄλλο, εἰπέ μοι, ἐκζητεῖ ὁ Κύριος παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ ποιεῖν κρῖμα, τουτέστι τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἐλεεῖν τὸν πλησίον; καὶ ἐπὶ τούτοις, ἢ καὶ πρὸ τούτων, μὴ ὀπίσω θεῶν ἑτέρων πορεύεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἐπιγινώσκειν; Τοῦτο γὰρ ὁ νόμος λέγει· *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ τὸν πλησίον σου.* Ὅρα δὲ τὰς μὲν τοῦ νόμου θυσίας περιαιρουμένας, τὴν δὲ πνευματικὴν θυσίαν ἐπεισαγομένην, ὡς καὶ ἐν τῷ Δαβὶδ μετὰ τὸ ἀποβαλέσθαι πάντα, τούς τε μόσχους καὶ τοὺς χιμάρους, φησίν· *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου·* καὶ πάλιν, *Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.* Ποιεῖ κρῖμα καὶ ὁ ψυχῇ καὶ σαρκὶ κρίνων δικαίως· καὶ τῇ μὲν τὸ κράτος διδούς· τὴν δὲ σάρκα ὑπωπιάζων καὶ δουλαγωγῶν. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἔλεος ποιεῖ, ἐλεῶν ἑαυτὸν ἐνταῦθα, ἵνα μὴ παραδοθῇ ἐκεῖ τῷ πυρί· πῶς γὰρ φείσεται ὁ Θεὸς ἐκεῖ τοῦ ἐνταῦθα μὴ φείσαμένου ἑαυτοῦ ; Ὁ τοιοῦτος καὶ ἕτοιμός ἐστι πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Ποῦ πορεύεσθαι ; Ἄνω, οὗ ὁ Χριστός. Τὸ γὰρ ἀναλῦσαι (80), καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι κρεῖττον αὐτῷ ἐστι, καὶ ἕτοιμός ἐστιν ἀεὶ πρὸς τὸ ἀποδημῆσαι, ἵνθα πάντοτε μέλλει σὺν Κυρίῳ ἔσεσθαι· οὐ γὰρ περιέχεται τῶν τῇδε. Ὥσπερ δὲ ὁ κλέπτης, ἢ ὁ φονεύς, ἢ ἄλλο τι κακουργῶν, οὐκ ἔστιν ἕτοιμος τοῦ πορεύεσθαι μετὰ τοῦ δικαστοῦ (πῶς γὰρ ὅσγε τε πάντα (81) τεχνάζεται πρὸς τὸ μὴ παραστῆναι αὐτῷ ;)· οὕτω καὶ πᾶς ἁμαρτάνων οὐκ ἔστιν ἕτοιμος πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου· μισεῖ γὰρ τὸ φῶς, καὶ δέδοικε τὸν Κριτήν.

305 Vers. 8. *Annuntiatum est tibi, homo, quid bonum. Aut quid Dominus quærit a te, nisi ut facias judicium, et diligas misericordiam, et paratus sis ambulare cum Domino Deo tuo ?* Dubitanti, qua ratione Dominum sibi propitium reddere posset, vates respondet : Nosti, bone vir, quid æquum sit et honestum ; id enim a Deo tibi planum factum est. Ecquid aliud, quæso, a te postulat Dominus, præterquam quod judicium, hoc est justitiam, administres, proximique tui misereris ? præterea, vel in primis potius verum agnoscas Deum, cætera numina posthabendo ? Id enim et lex præcipit : *Diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum*[74]. Animadverte autem hic e medio tolli materiales legis victimas, et spiritale sacrificium induci, ut et David, postquam ejusmodi victimas omnes explosit, vitulos scilicet et hœdos, ait, *Offer Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua*[75] : et rursum, *Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet*[76]. Judicium item exercet qui animam et carnem recte judicat ; qui nimirum animæ tribuit imperium, carnem contra subigit, redigitque in servitutem. Idem et miseretur, suimetipsius videlicet in hoc mundo, ne in altero sæculo igni tradatur. Quomodo enim Deus ei parcat, qui sibimetipsi hic non pepercerit ? Talis vir paratus etiam est cum Domino Deo proficisci. Quo ? Eo scilicet, ubi est Christus. Dissolvi enim, et esse cum Christo[77], longe melius ei est, et vita ipsa optabilius. Idcirco paratus semper est eo proficisci, ubi cum Christo ævo sempiterno fruatur. Non enim hujusce vitæ bonis delinetur. Fur contra, vel homicida, vel qui nefarium aliud hujusmodi facinus patrat, haud ita facile cum judice incedit. (Qui enim id fiat ? siquidem toto conatu cavet, ne ipsius conspectum unquam subeat ?) Ita quisquis delinquit, haud incedere cum Domino paratus est, cum odio habeat lucem, judicemque reformidet.

Φωνὴ Κυρίου τῇ πόλει ἐπικληθήσεται, καὶ σώσει φοβουμένους τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ διὰ τούτων διδάσκει ἡμᾶς, ὅτι οὐδὲν ὠφελήσει τὴν πταίσασαν πόλιν ἡ τῶν θυμάτων (82) προσαγωγή· ἀλλ' εἰ τὸ ὄνομα Κυρίου διὰ φωνῆς πάντως λεγόμενον ἐπικληθήσεται, καὶ ἐπιφημισθήσεται ταύτῃ, ὡς καὶ οἱ ἄνθρωποι λέγουσιν, ὅτι ἡ δεῖνα ἡ πόλις τοῦ Ἰωάννου ἐστί· τότε ὠφεληθήσεται ἡ πόλις ἐκείνη. Ἔοικε γὰρ ὅτι διὰ τὸ ἔργα πράττειν ἄξια τοῦ Κυ-

Vers. 9. *Vox Domini in civitate invocabitur, et salvabit timentes nomen ejus.* Per hæc nobis innuit vates nihil omnino labanti urbi profuturam victimarum oblationem ; sed si nomen Domini totis lateribus hac in urbe invocetur laudeturque (quam urbem Domini dicit, ut et vulgo hanc vel illam urbem Joannis (83) esse dicunt) tum demum utilitas in urbem istam redundabit. Urbs enim Domini (84) propterea vocari videtur, quod opera Do-

[74] Matth. XXII, 37. [75] Psal. XLIX, 14. [76] Psal. L, 19. [77] Philipp. I, 23.

Variæ lectiones et notæ.

(80) Scribendum ἀναλύεσθαι, vel ἀναλυθῆναι, ut consideranti patebit.

(81) Ὅγε καὶ πάντα, Cod. Bav.

(82) Θαυμάτων, *miraculorum*, Cod. Bav.

(83) Joanni scilicet dicatam.

(84) Ita ergo ex Theophylacti sententia construendum, ut *vox in civitate Domini*, non, ut prima quidem fronte videtur, *Vox Domini* legatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAER

mino digna faciat. Subjicit enim, *Et salvabit timentes nomen ejus;* non eos qui flocci eum faciunt, quique Deo grata opera despiciunt atque contemnunt. Itaque neque Christiano proderit, ut quidam autumant, simplex Christi invocatio, nec eum a supplicio liberabit, nisi præsto sint et opera.

306 VERS. 9, 10. *Audi, tribus, et quis ornabit civitatem ? numquid ignis, et domus iniqui, thesaurizans thesauros iniquos, et cum contumelia injurias ?* Universas Israelis tribus Deus affatur, et ait : Audi, quæque tribus : numquid urbem ornabit hostium ignis, qui eam incendat ? nonne potius ejus ornatum omnem absumet devorabitque ? Quanquam splendidus est ignis, et eminus apparet ; numquid propterea civitatem ornabit ? Minime. Domus item iniqui, licet splendida sit et conspicua, excidio tamen erit cum sibimetipsi, tum urbi, in qua est ; siquidem iniquitates, in unum quasi thesaurum, congerit, opes videlicet, quæ iniquis e proventibus, per injuriam, superbiam scilicet et arrogantiam, perque violentiam et oppressionem colliguntur. Quomodo ergo civitates suo quamque scelere atque flagitio ornari putatis ? Profecto nec urbem Jerusalem ornavit ignis invidiæ, quo habitatores in Christum flagrabant, neque domus iniquissimi Judæ, qui thesauros iniquitatis colligens (marsupium enim tenens, pecunias in ipsum conjectas gestabat, atque furabatur) optime de se meritum Magistrum injuriis affecit, eumque triginta argenteis inique vendidit [78]. Neque cujusque nostrum urbem exornat ignis iræ et concupiscentiæ ; quippe vir iracundus decorum non servat ; et qui prava libidine fertur, brutis animantibus similis efficitur, suamque dignitatem amittit. Neque demum homo, domus nequitiæ spiritus, iniquitatis omnis auctoris ac ducis, effectus, supernam ornabit urbem, in qua vitam degunt Pauli discipuli, ad quos dicitur : *Templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis* [79].

VERS. 11. *Si justificabitur in statera iniquus ? Et in sacello pondera fraudulenta, de quibus divitias suas impietatis repleverunt. — Si justificabitur*, pro, Justus profecto non fiet. Hæc enim proprietas (88) est sacræ Scripturæ, tali utendi conjunctione in iis quæ prorsus negantur ; quasi Deus, irati hominis instar, gravate ferat. Ait ergo Deus iniquum libripendem haud justum iri factum ex istiusmodi statera, (qui enim fiat, ut eo justus habeatur, quo potius condemnatur ?) neque fraudulenta pondera æqua futura in marsupio, cumulandis videlicet

ρίου, διὰ τοῦτο πόλις Κυρίου καλεῖται. Ἐπάγει γάρ· *Καὶ σώσει τοὺς φοβουμένους τὸ ὄνομα αὐτοῦ* · οὐχὶ τοὺς ἀδιαφοροῦντας (85), καὶ τῶν θειοτέρων ἔργων καταφρονοῦντας. Οὐκ ἄρα οὐδὲ Χριστιανὸν ὠφελήσει, ὡς οἴονταί τινες, πρὸς τὸ μὴ κλασθῆναι ἡ ψιλὴ ἐπίκλησις τοῦ Χριστοῦ, εἰ μὴ ἔργα παρεῖεν.

Ἄκουε, φυλή, τίς κοσμήσει πόλιν ; Μὴ πῦρ, καὶ οἶκος ἀνόμου, θησαυρίζων θησαυροὺς ἀνομίας, καὶ μετὰ ὕβρεως ἀδικίας ; Πρὸς πᾶσαν φυλὴν Ἰσραηλιτικὴν ὁ Θεὸς διαλέγεται, καί φησιν· Ἄκουε, ἑκάστη φυλή· μὴ ἄρα κοσμήσει πόλιν τὸ πῦρ τῶν πολεμίων ἐμπιπρώντων αὐτὴν, ἀλλ' οὐχὶ μᾶλλον (86) πάντα τὸν κόσμον αὐτῆς ἀφανιεῖ διαβοσκόμενον; Καίτοι λαμπρόν ἐστι τὸ πῦρ, καὶ πόρρωθεν φαίνεται· ἆρα οὖν κοσμήσει πόλιν; Οὐχί· ἀλλὰ καὶ οἶκος ἀνόμου κἂν λαμπρὸς ᾖ καὶ περιφανὴς, ἀπωλείας ἔσται πρόξενος καὶ ἑαυτῷ καὶ τῇ πόλει, ἐν ᾗ ἐστι, εἰ θησαυρίζει τὰς ἀδικίας (87), τουτέστι τὰ ἐξ ἀδίκων πόρων συναγόμενα, μετὰ ὕβρεως, ὅ ἐστι, μετὰ ὑπερφροσύνης, καὶ ὑπερηφανίας, καὶ τοῦ στρεβλοῦν καὶ κολάζειν. Πῶς οὖν δοκεῖτε ὑμεῖς, ὅτι ἑκάστην πόλιν ἡ ἀδικία κοσμεῖ; Οὐκ ἐκόσμησε τὴν πάλαι Ἱερουσαλὴμ τὸ πῦρ τοῦ φθόνου, ᾧ ἐξεκαύθησαν κατὰ Χριστοῦ· οὐδὲ ὁ οἶκος τοῦ ἀνόμου Ἰούδα, ὃς θησαυρίζων θησαυροὺς ἀνομίας (τὸ γὰρ γλωσσόκομον ἔχων, τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζε, καὶ ἔκλεπτεν), ὕστερον ἐπὶ τὸν εὐεργέτην ἐξύβρισεν, ἀδίκως πωλήσας τὸν διδάσκαλον τριάκοντα ἀργυρίοις. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἑκάστου ἡμῶν πόλιν τὸ πῦρ τὸ θυμοῦ, ἢ τὸ τῆς ἐπιθυμίας κοσμεῖ. Ἀνὴρ τε γὰρ θυμώδης, οὐκ εὐσχήμων, καὶ παρασυμβάλλεται τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις ὁ κακῶς ἐπιθυμῶν, καὶ τὴν οἰκείαν τιμὴν ἀπόλλυσιν. Ἀλλ' οὐδὲ ἄνθρωπος οἶκος τοῦ ἀνόμου, τοῦ τῆς ἀνομίας ἀρχηγοῦ, γενόμενος, κοσμήσει τὴν ἄνω πόλιν, ἐν ᾗ τὸ πολίτευμα ἔχουσιν οἱ τοῦ Παύλου μαθηταὶ, πρὸς οὓς λέγεται· *Ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.*

Εἰ δικαιωθήσεται ἐν ζυγῷ ἄνομος, καὶ ἐν μαρσίπῳ στάθμια δόλου, ἐξ ὧν τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἀσεβείας ἐνέπλησαν. — Εἰ δικαιωθήσεται, ἀντὶ τοῦ, οὐ δικαιωθήσεται. Ἴδίωμα γάρ ἐστι τοῦτο τῆς Γραφῆς ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένως ἀπειρημένων τῷ τοιούτῳ συνδέσμῳ κεχρῆσθαι, ὡς ἐν ἤθει βαρυνομένου. Φησὶν οὖν, ὅτι ὁ ἄνομος ζυγοστάτης οὐ δικαιωθήσεται ἀπὸ τοῦ τοιούτου ζυγοῦ (89) (πῶς γὰρ, ἀφ' οὗ μᾶλλον κατακρίνεται;)· ἀλλ' οὐδὲ τὰ στάθμια δολερὰ δικαιωθήσεται ἐν μαρσίπῳ, τουτέστιν, ἐν τῷ πλοῦτον κτήσασθαι. Διὰ αὐτὸ γὰρ τοῦτο μᾶλλον

[78] Matth. XXVII, 3. [79] I Cor. III, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(85) Διαφοροῦντας. Cod. Bav.

(86) Deest τὸ μᾶλλον in Cod. Ven.

(87) Καὶ μᾶλλον τὰς ἀδικίας θησαυρίζει. Cod. Bav.

(88) Hebraica enim lingua, sancta cum sit, profanas reticet loquendi rationes, *peream*, *moriar*, et alias hujusmodi, quæ tamen subaudiuntur, ut in vulgato illo Psal. XCIV. *Quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*, ubi subauditur *pereant*.

(89) Ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ αὐτοῦ, *ab statera ipsa*, Cod. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

καταχριθήσονται, ὅτι ἐκ τῶν δολερῶν σταθμίων ἐκτήσαντο πλοῦτον, ἀσεβείας ἔμπλεον. Ἀσέβειαν δὲ τάχα μὲν ἐντρεπτικῶς ἐνταῦθα τὴν ἀδικίαν λέγει, ἐντρέπων τοὺς ἀδίκους, ὡς δι' ὧν τοὺς ἀδελφοὺς ἀδικοῦσιν, εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβοῦντας, τὸν ἀναδεχόμενον εἰς ἑαυτὸν πάντα ὅσα τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιδειξόμεθα· τάχα δὲ καὶ ἐπειδὴ πλουτοῦντες οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ εἰς τρυφὴν ἐκπορνεύοντες, ἐπὶ εἰδωλολατρείας ἐξέπιπτον, τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐμπαθεῖς θεοὺς καὶ αὐτοὶ προσκυνοῦντες, ἵν' ἀνεύθυνον αὐτοῖς ᾖ τὸ ἁμαρτάνειν. διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι *Τὸν πλοῦτον ἀσεβείας ἐνέπλησαν*. Καὶ ὁ ἀνωτέρω δὲ ῥηθεὶς ἄνομος Ἰούδας οὐ δικαιωθήσεται, ὅτε ζυγοστατεῖ Θεὸς τὰ αὐτοῦ, οὐδὲ τὰ δολερὰ αὐτοῦ στάθμια, ὃς δολερὸς ἦν, καὶ ὡς κλέπτων ἀπὸ τοῦ γλωσσοκόμου, καὶ ὡς τῷ ὑπ' αὐτοῦ πωλουμένῳ συνεσθίων, ὕστερον δὲ καὶ καταφιλῶν ὃν προὐδίδου· ἐξ ὧν πλοῦτον συνάγων, ἡτέδησε, Θεὸν σταυρώσας. Ἔχει δὲ καὶ ἕκαστος ἡμῶν ζυγὸν καὶ στάθμια, δι' ὧν ὡρίσθη τῇ τε ἀρετῇ, καὶ τῇ κακίᾳ, ἑκάστῃ τὰ οἰκεῖα ἀπονέμειν. Εἰ οὖν ἀνομήσῃ, καὶ μὴ τὸ οἰκεῖον ἑκάστῃ ἀποδῷ, οὐ δικαιωθήσεται. Τοιαῦτα δολερὰ στάθμια καὶ οἱ Ἕλληνες ἔχοντες, τὸν πλοῦτον τῆς σοφίας αὐτῶν ἀσεβείας ἐνέπλησαν, λατρεύσαντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, καὶ ἀλλαξάμενοι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. Ὁρᾷς ἀδίκους ἀλλάκτας καὶ ζυγοστάτας;

opibus atque divitiis. Ob id enim potius homines condemnabuntur, quod per fraudulenta pondera divitias iniquitatis impietatisque plenas acquisierint. Impietatem hic, opinor, vocat injustitiam, ut acriter injustos homines perstringat, quasi per ea, quibus fratres lædunt, impii in Deum habeantur, qui sibimetipsi fieri putat, quæcunque fratribus faciamus. Fortasse etiam divitias impietate replevisse dicit, propterea quia Israelitæ, cum divitiis affluerent, seque per luxuriam scortis dederent, in idololatriam **307** delapsi sunt, adoraruntque Græcorum numina, pravis affectibus obnoxia, quo impune et ipsi delinquere possent. Propterea divitias impietate eos replevisse dixit. Neque profecto iniquus Judas, de quo superius, justus habebitur, cum ejus facinora ponderabit Deus ; neque hujus ipsius dolosa pondera æqua tum reperientur. Siquidem homo iste fraude plenus ac dolo, pecuniam sibi creditam a loculo surripuit, comeditque una cum illo, quem vendidit, osculatusque demum est, quem prodidit. Quibus ex rebus sibi divitias comparavit, evasitque impius, Deum ipsum crucifigendo. Habet et unusquisque nostrum stateram ac pondera, quibus virtuti ac vitio jus cuique suum tribuere jubemur. Si itaque inique se gerat, neque jus iis suum tribuat, justus profecto non habebitur. Talia fraudulenta pondera habebant et Græci, qui sapientiæ suæ divitias impietate repleverunt ; quippe qui res creatas, quas colebant, Creatori prætulerunt, commutaruntque Dei gloriam cum effigie corruptibilis hominis, tum quadrupedum, tum reptilium animalium. Videsne libripendes iniquos, et injustos commutatores ?

Καὶ οἱ ἐνοικοῦντες αὐτὴν ἐλάλησαν ἄδικα. Ἡ σύνταξις οὕτως· Οὐ κοσμήσει οἶκος ἀνόμου τὴν πόλιν, ἐν ᾗ τὰ προειρημένα κακά εἰσι, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες αὐτὴν πᾶσαν συκοφαντίαν καὶ πᾶν ψεῦδος ἐπιτηδεύουσι.

VERS. 12. *Et qui habitant in ea, locuti sunt mendacia.* Constructio sic se habet : Improbi domus non ornabit eam civitatem, in qua prædicta scelera patrantur, et cujus habitores omne calumniæ et mendacii genus consectantur.

Καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὑψώθη ἐν στόματι αὐτῶν. Τουτέστι, μεγάλην ἐξουσίαν ἔλαβεν ἡ γλῶσσα αὐτῶν, ὥστε λέγειν ὅσα ἂν βούλοιντο, καὶ τὸ μικρὸν μέγα ποιεῖν, καὶ ὄγκον (90) περιτιθέναι τοῖς ψευδῶς λεγομένοις. Οἱ ἐνοικοῦντες τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ ἐλάλησαν ψευδῆ κατὰ τοῦ Κυρίου· Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιός, οὐκ ἂν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν· καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὑψώθη, ὅτε ἔκραζον· *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν.*

Et lingua ipsorum elata est in ore eorum. Amplam scilicet potestatem eorum lingua accepit, ut quæcunque velint, dicere, et parva magnificare, et falsa cum elatione quadam animi objicere queant. Falsa profecto locuti sunt contra Dominum habitatores Jerusalem, cum dixerunt, Nisi enim malefactor esset, tibi non tradidissemus eum [80] : eorumque lingua tum maxime elata est, cum clamarunt, *Tolle, tolle, crucifige eum* [81].

